This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PAULI
AD ROMANOS EPISTOLA.

RECENSUIT

ET

CUM COMMENTARIIS PERPETUIS

EDIDIT

D. CAR. FRID. AUGUST. FRITZSCHE

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI PROFESSOR THEOLOGIAE ORDINARIUS.

TOMUS I.

HALIS SAXONUM

SUMTIBUS GEBAUERIIS

1836.

Digitized by Google

Digitized by Google

PAULI
AD ROMANOS EPISTOLA.

RECENSUIT

ET

CUM COMMENTARIIS PERPETUIS

EDIDIT

D. CAR. FRID. AUGUST. FRITZSCHE

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI PROFESSOR THEOLOGIAE ORDINARIUS.

TOMUS I.

HALIS SAXONUM

SUMTIBUS GEBAUERIIS

1836.

Digitized by Google

Ne mea dona, tibi studio disposta fideli,
Intellecta priusquam sint, contempta relinquas.

LUCRETIUS.

Digitized by Google

VIRO SUMME VENERABILI

JUL. AUG. LUD. WEGSCHEIDERO

THEOLOGIAE DOCTORI
ET IN ACADEMIA FRIDERICIANA PROFESSORI P. O.
ETC. ETC.

PARITER PARITERQUE

VIRO SUMME VENERABILI

GUILIELMO GESENIO

THEOLOGIAE DOCTORI
BORUSSIAE REGI A CONSILIIS IN SENATU SACRO
IN ACADEMIA FRIDERICIANA PROFESSORI P. O.
ETC. ETC.

VIRIS SUMMIS

QUI DE NOSTRIS LITERIS PRAECLARISSIME
ET MERITI SUNT ET MERENTUR
PATRIS OPTIMI PATRONIS VERIUS QUAM COLLEGIS
FILIORUM FAUTORIBUS PIE COLENDIS

Digitized by Google

HUNC LIBRUM

D. D. D.

VENERABUNDUS SCRIPTOR.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

D. Pauli ad Romanos epistolae, quae una omnium Paulinarum et gravissima et difficillima censetur, explicandae consilium, neque nudius tertius cepi, neque vero raptim exsequutus sum. Imo quum horum rationem studiorum vix ingressus animadvertissem, neque Koppii librum, qui tum summi a plerisque recte aestimabatur, ei quam hâc aetate splendere par esset literarum luci satis respondere, neque limatius opus nisi ab eo effici posse, qui aetate, consilio et usu vir factus priusquam negotium laboriosum et difficile aggrederetur diligentissimam praeparationem adhibuisset, re quam juvenili ardore complexus eram in multos annos prolatâ aliquantum temporis ab aliis occupationibus liberi in Paulum conferre statui. Ita duodecim anni praeterlapsi sunt, quibus Pauli epistolas quinquies in scholis accurate enarravi neque spernendam et cum ipso Paulo, cujus scripta nunc criticis, nunc exegeticis, nunc historicis, nunc dogmaticis rationibus adductus saepissime pertractavi, et cum Pauli interpretibus, quorum non solum optimos quosque legi, verum etiam multos infimos attigi, familiaritatem contraxisse mihi videor. Quodsi nunc commentarios ejusmodi confecero, quos viri eruditi non dico post immatura et subitaria multorum scripta, quibus nunc Paulus undique obruitur, sed post doctorum virorum, qui epistolae ad Romanos intellectum adjuverunt ut Koellneri, Reichii et Win-

Digitized by Google

zeri libros literis prodesse judicabunt, diligentiae meae et fidei, quae certe summa fuit, fructum me percepisse existimabo. Constitui autem epistolam ad Rom. eâ subtilitate, curâ et perspicuitate, quae nunc jure postulatur a docto interprete, qui et literas probe didicerit et quid sibi velit non solum ipse satis sciat verum etiam plane dicere possit aliis, ita explanare, ut modicum et quod non magno pretio vendi posset commentariorum meorum volumen efficeretur. Quod ne in nimiam magnitudinem cresceret neque nisi potissimas Cdd. varietates tetigi, et eas tantummodo interpretum sententias examinavi, quae aut speciosae putari possent aut utut falsae alioquin atque adeo ineptae novitatis tamen commendationem haberent, et ea ultimorum capitum loca paucis exposui, in quibus quum satis plana sententia sit inutiles nonnullorum interpretum tricas nemo requireret. Jam quae restat operis nostri pars (in duo enim volumina hunc commentarium distribuimus) mox prelo subjicietur, ut auctumno hujus anni divulgari possit: tum ad Evangelia revertar. Ut quid sit scriptores sacros interpretari h. l. exponam non necesse est. Nam si qui librorum ss. interpretes nuper exorti sunt, qui ne prima quidem disciplinae hermeneuticae elementa percepisse videantur, non idcirco vera ratio in tenebris jacet aut tot Virorum DD., quot nostra aetas genuit, oculi in hoc literarum splendore sic caligant, ut tenebrionum modo in tenebris ruant omniaque misceant. Non magis meae interpretationis, quae jam dudum Viris DD. nota est, rationes explicare aut quae Matthaei et Marci editioni praefatus sum hîc repetere placet. Nam quum verba notionum signa sint, quid scriptor senserit nisi ejus verbis ad linguae, quâ ille usus sit regulas diligentissime exactis, sententiarum nexu accuratissime enucleato ipsis-

Digitized by Google

que sententiis summâ relligione cum iis collatis, quae tum ipsi scriptori tum ejus aequalibus placuerint eruî non potest. In hoc genere nemo, uti spero, meam diligentiam desiderabit reperienturque fortasse hic quoque nonnulla, quae N. T. grammaticis et lexicographis profutura sint. Tametsi enim Lexica N. T. multis modis nuper emendata sunt, tamen difficillimorum quorumque vocabulorum explanatio fere neglecta jacet neque, si a nonnullis b. Tittmanni observationibus discesseris, aliud quidquam nisi Fischeri inventa propinantur. Quae res cujusmodi sit quoniam ex meâ Marci editione intelligi potest, duo tantum vocabula in lexicis tractata commemoro, ἐριθεία et ἐγκομβοῦσθαι. *Summam* autem a Pauli interprete diligentiam in verbis recte et explicandis et consociandis adhibendam esse contendo. Nam quum D. Paulus mente subtilis sit, verbis aptus et pressus, sententiarum frequentiâ creber et toto scribendi genere concitatus, minimâ re neglectâ tota saepe acutissimi Apostoli disputatio pervertitur. Deinde Pauli sententias diligenter explicavi ita ut earum vim, rationem et cum Paulinâ formulâ consensionem exquirerem. Laudo, quod in hanc rem nunc plus acuminis et industriae conferri solet, quam olim: ceterum haec quoque disputatio ex accuratâ eorum locorum, ex quibus colligitur, interpretatione suspensa est. Quare vehementer errant, qui vel acuti philosophi vel ingeniosi theologi famam ita se collecturos sperant ut de Pauli sententiis Paulo non intellecto multa temere effutiant. Quin etiam in iis libris, quibus Pauli formulam dilucidare nonnulli nuper conati sunt, haud paucos errores reperias, quos parum accurata interpretatio pepererit. Tum animo a praejudicatis opinionibus libero interpretis munere functus esse mihi videor, quamcunque sententiam diligens prae-

Digitized by Google

sidiorum usus dici juberet, eam ingenue pro Paulinâ habendam esse arbitratus. Et quis nescit, quantam noctem interpretum animus hominum opinionibus tanquam voci divinae obnoxius libris ss. offuderit? Postremo me ut limate scriberem operam dedisse fateri non poenitet. Sane latinae linguae usum et elegantis orationis studium et diligentiam multi spernant licet atque contemnant: et quovis tempore a tot hominibus ars contemnitur, quot sunt ejus ignari. Illud affirmo, qui sive latinâ sive vernaculâ linguâ usus inquinate festinanter perturbate, non pure, ad rem suam accommodate et luculente scripserit, eum virum parum verecundum mihi videri et qui hominum rationem habere nesciat.

Scribebam Rostochii VII Calendas Februarias

a.

MDCCCXXXVI.

Digitized by Google

PROLEGOMENA *)

IN PAULI EPISTOLAM AD ROMANOS.

§. 1.

DE PAULO APOSTOLO.

Paulus Tarsi, quod Ciliciae caput erat, natus est (Act. 9, 11. 21, 39. 22, 3.) **). Quonam anno in lucem editus sit plane nescimus. Quamquam eum non multo, h. e. vix quinque annis,

---

*) Ne cui Prolegomenorum brevitas mira videatur, quâ in Matthaeo et Marco nonnullos offensos esse memini, hanc legem et mihi me semper statuisse et librorum s. explicatoribus utique imponendam esse moneo, ut nonnisi res, quas lectores ad librum s. recte intelligendum dijudicandumque scire debeant, in praeparatione commemorent, notas et pervulgatas lectoribus paucis verbis in memoriam revocent, dubias et controversas, si dubitationem aut minuere se aut tollere posse confisi fuerint, docte quidem et subtiliter exponant, sed in breve tamen disputationem cogant, VV. DD. commenta denique ab aliis jam pridem explosa, si mentione digna visa fuerint, iis nominatis, qui ea everterunt, missa faciant. Amplus est enim, ubi copiose explicentur, his rebus locus datus, qui Isagogen in libros s. complectitur. Quamquam hîc quoque vana multorum commenta rectius silentio praeterirentur, quam usque memorata refutantur, ea maxime, quae aetas peperit ab historicis et philologicis studiis aversa, nugis et vanis conjecturis oblectari solita. Quodsi interpres lectorem praeparaturus eorum qui libros isagogicos confecerunt ubertatem aemulatus cramben a multis saepe decoctam, a nemine non degustatam exiguo condimento adjecto ambitiose recoquat, chartam perdere et commentarii sui emtoribus non solum nauseam creare, sed etiam injuriam facere mihi videtur neque inepti (Cic. de Orat. II, 4, 17.) nomen ei recusandum est. — Unum adjungo, non eo apud me *Rueckerti* exemplum valuisse, ut Prolegomena in Postlegomena converterem. Sane interpres lectores ad libri s. lectionem nisi libro diligentissime pertractato recte praeparare non potest. Sapienter igitur finito commentario suo Prolegomena scribet. Sed quae a sanis viris conficiuntur Prolegomena, ut *praeparationis* vim habeant, ea in commentarii calce ponere, ut post interpretationem legantur, nulla ratio est. Videlicet novae res hâc tempestate non solum placent rerum publicarum ingenium suum venditantibus turbatoribus, verum etiam nonnullis, qui ingeniosi videri volunt, viris literatis.

**) *Hieronymus* de viris illustr. c. 5. init.: „P. Apostolus — — de tribu Benjamin et oppido Judaeae [Galilaeae] *Giscalis* fuit, quo a

Digitized by Google

minorem Jesu Christo fuisse patet *). Parentes habuit natione Judaeos (Hebraeum ab Hebraeis se natum dicit Phil. 3, 5.) benjaminiticae tribui adscriptos (Phil. 3, 5.), patrem Pharisaeorum sectae addictum (Act. 23, 6.), ceterum civem romanum; quare P., ut ipse ait, civis romanus natus est (v. Act. 22, 28. cl. 16,

---

Romanis capto cum parentibus suis Tarsum Ciliciae commigravit — —." Nihil huic famae veri subest, ut *A. Neander* (Geſchichte der Pflanzung u. Leitung der chriſtl. Kirche durch die App. I, 100.) putat, sed tota nugatoria est. Nam praeterquam quod cum P. narratione pugnat Act. 22, 3. et turpi anachronismo laborat et nata est e l. 2 Cor. 11, 22. Phil. 3, 5. (Rom. 11, l.) parum quidem intellectis. Documento alius est Hieronymi l. (comment. in epist. ad Philem. v. 23.). „*Ajunt* parentes Apostoli P. de Giscalis regione fuisse Judaeae; et eos, *quum tota provincia romanâ vastaretur manu et dispergerentur in orbem Judaei* in Tarsum urbem Ciliciae fuisse translatos: parentum conditionem *adolescentulum* P. sequutum. Et sic posse stare illud, quod de se ipse testatur: Hebraei sunt, et ego: Israelitae sunt, et ego: semen Abraae sunt, et ego (2 Cor. 11, 22.) et rursum alibi: Hebraus ex Hebraeis et cetera quae illum Judaeum magis indicant, quam Tarsensem." Fabulae auctoribus clades obversata est, quam tum tota Galilaea tum oppidum Gischala Titi ductu, h. e. post P. mortem, accepit Joseph. B. J. 4, 2.. Expende v.: „*quum tota provincia romanâ vastaretur manu et dispergerentur in orbem Judaei.*" Sed peperit fabulam vana eorum opinio, quibus P. *Israelita*, *Hebraeus*, *Abrahami progenies* perperam dici videretur, si Tarsi natus fuisset. (cf. v. *Et sic posse stare illud* etc.) Recte vero Judaei extra Palaestinam degentes hos sibi titulos tribuunt, si non proselyti sunt, sed natione Hebraei, ut P., cujus et pater et mater hebraicae stirpis erat. Nam ne quis matrem gentilem fuisse suspicaretur, Phil. 3, 5. non contentus erat verbis ἐκ γένους Ἰσραήλ, sed haec addidit: Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Inepte ubi decora referenda et honorifica nomina ponenda erant dixisset ἑλληνιστὴς ἐξ ἑλληνιστῶν. Ceterum 2 Cor. 11, 22. Ap. honorificos genuinorum Judaeorum titulos de industriâ cumulat.

*) Quas P. quum Romae captivus teneretur Act. 28, 30. ad Philemonem literas dedit, eas scripsit *senex* Philem. v. 9.. Atqui nemo se facile senem appellabit, nisi sexaginta *circiter* annos natus. Quodsi Christum a. 749. ab U. C. in lucem editum esse sumimus, porro Paulum, ut quattuor annis Christo fuerit aetate inferior, a. 753. ab U. C., quo anno Christum natum vulgo volunt, partu editum esse fingimus, postremo epistolam ad Philemonem a. 818. ab. U. C. scriptam putamus, P. tum *sexaginta quinque* annos vixerat. Quae computatio iis placebit, qui Paulum a. 816. ab U. C. (a. 63. aerae vulg. p. C.) Romam primum perductum ibique postea *sub finem imperii Neroniani* (a. 820. ab U. C.) nece affectum esse temere putant. Sed si quod alii rectius existimant, Romae ab a. 814. usque ad a. 816. ab U. C. (61.—63. p. C.) in custodiâ retentus est et a. 815. ab U. C. epistolam ad Philemonem scripsit, sexagesimo secundo aetatis anno senem se Philem. v. 9. vocavit. (v. infra not.). Quum in Christi se disciplinam daret (h. e. a. 783. ab U. C.), *juvenis* erat triginta fere annorum Act. 7, 58. Cf. Commentat. m. de nonnullis P. ad Gal. ep. l. II. p. 30 sq..

Digitized by Google

37.). Sororem Paulo fuisse ex Act. 23, 16. cognoscitur. Ex judaico Sauli (שָׁאוּל h. e. postulatus, expetitus *), quod parentes ei imposuerant, nomine unâ literâ mutatâ, quum Christi Apostolus constitutus cum Romanis et Graecis multum versaretur, romanum Pauli fecit Judaeorum morem sequutus, qui quum Romanis aut Graecis multum uterentur aut judaico nomine deposito romanum sibi graecumve indiderunt (*Συμεών, Νίγερ* Act. 13, 1.; *Ἰωάννης, Μάρκος* Act. 12, 12.), aut judaicum nomen inflexerunt, ut nomen vel graecum fieret, vel romanum (*Ἰησοῦς, Ἰάσων*: *Σαῦλος, Παῦλος*: v. *Grotium* ad Act. 13, 9.) **). Tarsi et philosophiam tum temporis viguisse et optimarum artium studia valde celebrata esse constat (Strab. Geogr. 14, 4, §. 13—15. ed. *Tzschucke*). Nihil tamen P. inde deportasse videtur, nisi haud spernendum linguae graecae usum et politiorem quandam humanitatem, quae ei pueritia inter humanissimos Graecos

*) Paulum parentibus, quum frustra diu filium sibi a Deo precibus expetivissent, primum natum esse *A. Neander* l. c. p. 102. e Sauli nomine conjecit. Apte sane illi filium tandem sibi benigne datum divinitus Sauli nomine ornassent. Sed rem ita evenisse aliunde probari nequit. Recte igitur *Neander* suae hariolationi non multum tribuit. Nihil est enim iis suspicionibus vanius, quarum virtus est haec una, ut rem afferant, quae acta esse *potuerit*; nihil contra iis conjecturis utilius est, quas rationibus communire queas, quum rem aliquo modo cecidisse nonnulla clare indicare subtiliter doceas.

**) Bene multas aliorum de Sauli nomine mutato partim absurdas, partim jejunas, partim longe repetitas et parum probabiles opiniones affert *Kuinoelius* ad Act. 13, 9. et *Reichius* ad Rom. I, 1.. Nuper *Hieronymi* de viris illustr. c. 5. Paulum a Sergio Paulo Proconsule, quem *primum* (? v. Act. 11, 30. 12, 25. 13, 4. 5.) ad Christi sacra adduxisset, honorificum Pauli nomen invenisse opinati sententiam revocavit *H. A. G. Meyerus* ad Act. 13, 9. revocatamque hoc argumento fulsit, quod quem virum Lucas ab Act. 7, 59. usque ad 13, 9. Saulum semper vocasset, eum Act. 13, 9., quo loco Sergii Pauli ad Christi sacra transitum memoriae proderet, primo Paulum appellaret idque nomen deinceps (Act. 13, 13.—28, 25.) constantissime retineret. Speciosa videretur V. D. disputatio, si Lucas *finitâ* de Sergio Paulo Pauli Apostoli operâ Christi alumno facto narratione (h. e. Act. 13, 13.) *Saulo etiam Pauli nomen esse* primum memorasset, ut simul inflexi nominis causam aut accurate referret aut saltem subindicaret. At Saulum etiam Paulum vocari Lucas Act. 13, 9., priusquam Proconsulem ad fidem in Christo collocandam motum esse dixisset Act. 13, 12., sed quum Sergii Pauli nomen paullo ante Act. 13, 7. posuisset, *obiter* monuit. Quare non vereor, ne *Meyerus* hanc sententiam posthac pro absurdâ spernat, Sergii Pauli mentione Act. 13, 7. nominis Pauli, quod etiam Saulus hactenus, ut primo fieri debuerat Act. 7, 58. sq., judaico nomine ab se nuncupatus, gereret, Lucam commonefactum, *dici Saulum etiam Paulum* Act. 13, 9. *obiter* observasse idque nomen deinceps retinuisse, ut maxime tum Christianis frequentatum et quo P. se ipse vocare soleret.

Digitized by Google

transacta afferre potuit. Neque enim ludis Graecorum literariis usum esse, qui judaicae disciplinae esset e Pharisaeorum institutis futurus magister credibile est, et, si non puer, certe admodum juvenis Hierosolyma vel a parentibus missus est, vel iis mortuis orbus ab sorore deductus (Act. 23, 16.), ut ibi quum (a sorore? v. Act. 23, 16. cl. 22, 3.) educaretur, tum a Gamaliele magistro Pharisaeorum studiis initiaretur, et redolent Pauli epistolae eruditionem judaicam, non graecam. Quippe V. T. interpretatio, disputandi ratio et ipsum genus dicendi subtilem et exercitatum Gamalielis discipulum arguunt; quas autem valde celebratas graecorum poëtarum sententias citavit, unam Arati Act. 17, 28., alteram Menandri 1 Cor. 15, 33., tertiam Epimenidis Tit. 1, 12., eas Paulum afferre potuisse, si ne attigisset quidem poëtas graecos, non modo in iis volutatus esset, nemo non hodie concedit. Quidni enim qui in multorum Graecorum ore erant versus auditu perceperit? (v. *Thalemann.* De eruditione P. judaicâ, non graecâ Lips. 1769. 4. cl. *Schramm.* De *stupendâ* eruditione P. Ap. Herb. 1710. 4.). Solebant doctores jud. opificium, quo se sustentarent, addiscere. Et P. quidem ad eorum qui tabernacula i. e. tabernaculorum vela, cilicia maxime, confecerunt artem se contulit, a multis tum in Cilicia cultam (v. Act. 18, 3. et *Hugii* Einl. II, 291. sq. ed. 2.). Cujus opificii tirocinium si in ipsâ Ciliciâ absolvit, puer quindecim fere annorum primum Hierosolyma venit. Ibi Jesum neque vidit neque audivit. Nam Jesum coelo receptum ei Damascum petenti primo se per miraculum obtulisse ex Act. 22, 14. cl. 9, 5. 22, 8. 26, 15. 1 Cor. 9, 1. 15, 8. discimus. Sed Christi doctrina ab Apostolis fortiter tradita a multisque avide excepta Hierosolymis tantam acri juveni et vehementi indignationem tantumque odium movit ut improbo, quem pium tum interpretabatur Act. 22, 3. 26, 9., furore in Christianos saeviret Act. 7, 59. 8, 1. 22, 4. 26, 10. Gal. 1, 13. Scilicet qui nullum Messiae decus in Jesu agnosceret, ei doctrina christ. non tantum inanis, sed etiam improba visa est, ut quam tum divina Mosis instituta, tum sancta Pharisaeorum placita, quorum non minor fuit reverentia et auctoritas Gal. 1, 14., evertere ipsumque Deum oppugnare putaret. Sed quum cupiditate occaecatus suum in Christianos furorem in Syriam transferre pararet iterque, ut in Christianos Damascenos vi grassaretur, ingressus esset Damascum, eventu quodam inopinato et mirabili Deus effecit, ut saevissimus Christi insectator quum optimus maximeque pius Christi alumnus exsisteret tum Apostolus Act. 9, 3. sq. 22, 6. sq. 26, 12. sq.. Diversissimae et sunt et fuerunt Theologorum de re Paulo Damascum petenti objectâ vel sententiae vel opiniones (v. interpretes ad Act. 9. 3. sq.), quas alieno l. hîc examinaremus. Quare tantum contendimus, quantum ab omnibus conceditur, re extra-

Digitized by Google

ordinariâ illâ quidem difficilique ad explicandum, sed *divinitus* tamen oblatâ Paulum ab errore ad veritatem traductum esse. Quamquam scriptorum s. sententia minime obscura est. Lucas enim rem miraculis effectam censuit Act. 9, 3. sq. 10. sq. 22, 6. sq. 26, 12. sq.: neque P. dubitavit, quin sibi quum Damascum contenderet Christus rellicto coelo divinâ luce cinctus obviam factus fuerit, ut ab errore revocatum Ananiae operâ Apostolum constitueret (Gal. 1, 1. 1 Cor. 9, 1. 15, 8. cl. Act. c. 9. 22. 26.), saepeque deinceps mentem sibi moverit divinitus (Act. 16, 10. 18, 10. 22, 17. 23, 11. 2 Cor. 12, 1. sq. Gal. 2, 2.). Quamobrem doctrinam christ. ab homine se accepisse negat, Christo se extraordinario magistro usum esse asseverat Gal. 1, 12.. Ceterum tanto sane P. ingenio fuit tantaque eruditione judaicâ, ut quum principalem sententiam, ex quâ omnia fluunt: *Jesus fuit Messias, qui totum genus humanum, ut V. T. oracula rata fierent, supplicio suo expiavit*: approbavisset, vel sine magistro et omnia e V. T. eruere quae docuit et ei artis formae, cui illigavit, includere potuisse videatur (v. *Winer* Bibl. Realw. II, 516.). Neminem numen div. rapit invitum, quo tendere aut nolit, aut per ingenium ne possit quidem. Unde ne miraculo quidem ad rem, a quâ nostrum abhorreat ingenium, adduci possumus. Quo nixi VV. DD. Paulum, virum maxime idoneum, qui Christi causam egregie adjuvaret Apostolus, nobile iter ita iniisse putarunt, ut causae suae probitati diffideret; inclinatum igitur esse miraculo jam suâ sponte leviter impulsum. Quemadmodum enim vel homines fanatici conscientiae vim nonnunquam experiantur suorumque maleficiorum obscuro quodam sensu passim tangantur, ita Paulo carnificatorum Christianorum constantiam Act. 7, 59., Gamalielis quam recordatus esset lenitatem Act. 5, 34. sq. aliaque dubitationes injecisse illi dixerunt. At pugnat haec disputatio cum Lucae narratione, quo auctore Paulum quum Christianorum pestem spiraret primo perculit miraculum, deinde tribus praeterlapsis diebus Ananias eum, qui mirabili eventu accurate pensitato jam divinitus se monitum credidit, Christianum fecit (v. *Meyerum* ad Act. 9, 3. p. 131.). Divina procul dubio Pauli sunt de relligione christ. merita, ut summus Apostolus rectissime judicetur, quippe qui quum summam pietatem, impensissimum studium invictique animi robur a Mosis institutis ad Christi causam traduxisset, doctrinam christ. cum summo suo labore et periculo 2 Cor. 11, 23. sq. in dissitas regiones pertulerit Act. 13, 2. sqq., Christi disciplinam universum genus humanum complecti et recte intellexerit Rom. 1, 16. 11, 32. et strenue defenderit Gal. 2, 6. sq., legem mos., quae tanquam aliquis murus Judaeos a paganis disclusit, a Christo abolitam esse et pulchre perspexerit et egregie ostenderit Rom. 7, 1. sq. Gal. 3, 1.—4, 11. Eph. 1, 14. sq. al., exemplo scriptis-

Digitized by Google

que et aequalibus suis et posteritati plurimum profuerit, denique doctrinae christ. capita in artis formam redigere primus conatus sit. Tanta Ap. consequi non potuisset, nisi plurima in eo ornamenta fuissent, rara mentis subtilitas, pietas eximia, singularis animi firmitas et constantia, libertas, perseverantia, probitas, benevolentia, modestia, liberalitas, prudentia, eloquentia, non quam in scholae umbraculis sibi comparavit, sed quae a pectore profecta est, aliaeque virtutes (v. *Niemeyeri* Charakteristik d. Bibel I, 95. sqq. ed. 9.). Non sum nescius, fuisse, qui Paulo iracundiam dictorumque impotentiam quâ nonnunquam abripiuntur quorum natura est paullo acrior Act. 23, 3. sq., orationis acerbitatem et insolentiam 2 Cor. 10, 10. 11, 19. sq. Gal. 3, 1., denique assentationem a gravitate et constantiâ remotam, quâ homines leves sui commodi studio ut alios ad quam rem voluerint deducant ad eorum voluntatem quam ad veritatem loqui malunt Act. 16, 3. 23, 6. 1 Cor. 9, 19. sqq. objicerent. Haec crimina a P. propulsare longum est, sed fortasse non nimis difficile. Tantum igitur dico, si quod P. dictum factumve probari non posse videatur, excusandum esse, in tanto praesertim viro, quum mortalem eum fuisse memineris. Paulum vel quum Hierosolymis versaretur Judaeos non palaestinenses ad Christi disciplinam invitasse Act. 9, 29. lubenterque eum postea hanc pactionem cum primariis Apostolis confecisse accepimus, ut homines exteros, quum Judaeos tum paganos, provinciam haberet (Gal. 2, 9., ubi v. meam notam commentat. II, 22. cl. Act. 9, 15. 13, 2.). Scilicet et praeclare hoc negotium gesturus erat Hellenista et metuendum erat, ne Judaeis palaestinensibus parum gravis auctor videretur, quem disciplinam olim ab se conculcatam commendare animadverterent quemque odissent ut suorum institutorum desertorem Act. 22, 18. 21.. Sed quum suam P. provinciam relligiosissime obiret, multo ei melius consilia apud gentiles, quam apud Judaeos processerunt Act. 13, 2.—21, 17.. Impias enim nugas sibique pestiferas Paulum afferre crediderunt, qui Jesum, a quo homine majestas Messiae in V. T. promissa afuisset, Messiam, neque eum Judaeorum sospitatorem, sed totius generis humani servatorem fuisse pronuntiaret contemtaque circumcisione aliisque divinitus imperatis caerimoniis divina jura perverteret, Deum et Mosen injuriâ afficeret et Judaeorum privilegium cum impuris gentilibus communicaret v. Act. 17, 11. (cl. v. 6.) 18, 6. 21, 21. 28. 1 Thess. 2, 16. cl. epist. ad Rom., Gal., Philipp. et Coloss.. Quare maledictis insectati sunt omnique injuriarum genere vexarunt impium div. juris turbatorem Act. 13, 45. 50. 14, 19. 17, 5. sq. 13. 18, 6. 19, 9. 2 Cor. 11, 24. 1 Thess. 2, 15.. Ne igitur miremur, quod P. gentiles, qui et multo se benignius, quam Judaei excepissent et minus praejudicati ad se attulissent, singulari quodam studio

Digitized by Google

complexus non sine voluptate paganorum se Apostolum esse significavit Rom. 11, 13. 15, 15. Eph. 3, 8.. Illud admirabile est excelsique viri indole dignum, quod quae eum natio ad internecionem persequuta est non tamen eam diligere desiit Rom. 9, 1. sq. 10, 1. sq. 11, 14.. Plus negotii Pauli epistolae interpreti facessunt, quam ceteri N. T. libri, non propterea, quod, ut nonnulli putarunt, tam parum linguam graecam calluerit, ut sua cogitata perspicue enuntiare passim non posset, aut quod tanto animi impetu tantave negligentiâ et oblivione fuerit, ut ab alia ad aliam rem temere transiliret (v. Comment. p. 210.), sed has maxime ob causas. Haud paullum difficultatis vel ex eo nascitur, quod P. *epistolas* scripsit; quae quum colloquia inter se notorum esse soleant et tanguntur in iis nemini nisi quibus epistolae reddendae sint cognita et causae expositio non ad rem, sed ad amicorum ingenium et rationes accomodatur. Atque epistolas ante multa secula scriptas fieri non potest quin majores etiam et quas historiae luce plane discutere nequeas tenebrae premant. Quare si P. doctrinae christ. decreta in libros contulisset, quibus a primis initiis profectus rationem accurate concluderet, minus esset nobis laborandum. Deinde ne facile P. mentem assequamur *disciplina* impedit, quâ usus est. Sententias igitur in rem suam convertit, quas in Pharisaeorum scholâ imbiberat: V. T. eâ arte explanat, quae judaicorum magistrorum erat: denique argumentorum conclusio et modus disserendi Gamalielis olent alumnum. Quocirca nisi multum et temporis et studii in P. explicando posueris summamque diligentiam adhibueris, ut judaicam rationem et disciplinam pernosceres, parum P. intelliges. Quodsi quae P. scripsit Aristotelis discipulus literis vel mandasset vel mandare potuisset, nobis, qui Graecorum et Romanorum literis mentes ad humanitatem pueri finximus, minus esset molestiae exhauriendum. Sed summas difficultates *Pauli indoles* parit, quas, ut vir subtilis qui simul pietatis sensu commoveatur superaturus videatur, homo obtusus et frigidus nullo vincet modo. Subtilis est enim P., ingeniosus sententiisque abundans, sed parcus saepe verborum; et conjuncta in eo est summa sententiarum varietas atque crebritas et cum disputationis concitatione, quae abundantium et ferventium scriptorum propria est, et cum orationis ubertate, quam eloquentia gignit ex animi commotione et pietate nata *). Ita fit, ut neque vir subtilis, cujus animus frigeat, P. mentem ubique recte percipere possit, et qui

*) Paulum cum C. Visellio Varrone contendere licet, de cujus oratione apud Ciceronem Brut. 76, 264. haec leguntur: „— praeceps quaedam, et quum idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida et celeritate caecata oratio: sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim, neque sententiis crebriorem."

Digitized by Google

sit paullo tardior aut in ratiocinando non satis exercitatus, etiamsi pietatis sensu incaluerit, P. intelligere nequeat. Ceterum in illâ quam dixi P. indole schematum tum grammaticorum tum rhetoricorum pene omnium, quae attentum ejus lectorem advertant, causa et ratio est. Tum tenebras P. epistolis obduxit *dialectus hellenistica*, quam et ingeniosissimo scriptori interdum nonnihil incommodasse consentaneum est propter inopiam, et nobis multum negotii exhibere constat, quia e multis elementis confusa est. Postremo P. epistolae nonnunquam difficiles explicatu habent propterea, quod quum Ap. doctrinae christ. capita in artis formam redegerit, eam formulam docte non exposuit peculiari libro, ut philosophi sua solent placita aut Theologi doctrinae christ. decreta. Itaque quae P. mens fuerit, ex ejus epistolis neque uno tempore scriptis et ad diversos homines datis laboriose nobis eruendum est. — Eloquutionis Paulinae descriptionem, quae hoc tempore viris doctis probetur, habemus nullam. Nam *C. Lud. Baueri* libri (Philologia Thucydideo-Paullina. Hal. 1773. Logica Paullina 1774. et Rhetorica Paullina 1782.) nunc quidem tantum non inutiles sunt, *Tzschirneri* autem *Observationes ad Pauli Ap., epist. scriptoris, ingenium spectantes* (v. *Tzschirneri* Opusc. acad. ed. *Winzer* Lips. 1829. p. 1.—47.), quas praeclarus vir admodum juvenis (Viteb. 1800.) scripsit, vereor ut jam viris dd. satisfaciant. Pauli formulam enucleare dispari successu nuper conati sunt *Usterius* (Entwickelung des Paul. Lehrbegr. Zürich 1832. 8. ed. 4.), *Schraderus* (libri: der Ap. Paulus. Lpz. 1830—1835. 4 Voll. 8. tomo *tertio*), *A. Neander* (Gesch. der Pflanzung u. Leitung d. christl. Kirche durch die Apostel II, 503.—656. Hamb. 1833. 8.) et *Daehnius* (Entwickelung des paulin. Lehrbegr. Halle 1835. 8.). De Paulo in universum disputavit J. T. *Hemsenius* (der Ap. Paulus. Sein Leben, Wirken und seine Schriften. Götting. 1830. 8. Edidit *Lueckius*) et *Schraderus* l. l.. — Quonam exitu varii ancipitesque Pauli casus conclusi fuerint, non satis constat. Nempe quum Philippis Hierosolyma, ut ibi sacra pentecostalia celebraret, venisset Act. 20, 6. 16. 21, 17., Judaei invisum hominem impetu in eum facto per tumultum interficere agressi sunt eumque discerpsissent, nisi in tempore Claudius Lysias, romanae cohortis praefectus, seditioni intervenisset Act. 21, 30. sqq.. Qui catenis Paulum constrinxit quaestionemque in eum habuit Act. 21, 33.—23, 10.. Sed de insidiis, quas Judaei Paulo paravissent, certior factus Paulum jumento impositum a militibus Caesaream ad Felicem, romanum Judaeae procuratorem, clam deducendum curavit rejecitque ad eum Judaeos accusatores Act. 23, 12.—30.. Is vero, qui venalem habebat justitiam, quia nullâ largitione ejus gratiam P. consectatus est, quamdiu eo munere functus est Pauli causam non judicavit, sed re satis veteratorie

in

Digitized by Google

in Porcii Festi, successoris sui, adventum extractâ reum in vinculis relliquit Judaeis gratificaturus Act. 23, 35.—24, 27.. Ceterum liberiore custodiâ Apostolum Herodis palatio inclusum per biennium continuit Act. 23, 35. 24, 23. 27.. Porcius Festus vix provinciam ingressus *), ut Judaeis sibi instantibus obsecundaret, causâ cognitâ judicium de P. faciendum esse existimavit. Ibi vero P., ne in Judaeorum et Festum judicem et se reum Hierosolyma ad causae disceptationem insidiose evocantium fraudem Festo parum perspectam praecipitaretur, ad Caesarem provocare coactus est Act. 25, 1.—12.. Quo facto quum rei judicium ad Caesarem pertineret, Festus hominem, quem suâ sententiâ absolvit, Romam mittendum curavit Act. 25, 12.—26, 32., cum literis, ut videtur, quibus nullam Paulum capitalem noxam meruisse, sed eum nugacem invisumque Judaeis mystagogum esse Neroni scripsit Act. 25, 26. 26, 24. 31. 32.. Auctumno P. navi impositus est. Sed quia facto naufragio in Melite insulâ, in quam ejectus est, per tres menses cum comitibus ab itinere retardatus est, non nisi proximi anni vere Romam perduci potuit Act. 27, 1.—28, 16.. Ibi per integrum biennium et propter Festi literas et ob commendationem tribuni Act. 27, 3. sqq. *liberali* custodiâ inclusus est Act. 28, 16.—31.. Haec nobis e Lucae Actis comperta sunt. Sed utrum P. in eâ custodiâ jussu Neronis posthac nece affectus fuerit, an mortem obierit non satis liquet, quamquam Apostolum a. 64. quum nefarie in Christianos saeviretur Tacit. Ann. 15, 44. periisse credo Clementis Rom. ep. I. ad Cor. c. 5. verbis motus: *Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον ἐκκλησίας πιστοὶ καὶ δικαιότατοι στῦλοι ἐδιώχθησαν, καὶ ἕως θανάτου δεινοῦ.* Nam dicere videtur Petrum et Paulum. Cf. v. sqq. **). Illud certum est, non esse Paulum ex illo carcere emissum (v. *Eichhornii* Einl. in d. N. T. III, I,

*) Potest Festus a. 59. p. C. (812 ab U. C.) Felici successisse. Hoc sumto P. a. 57. Hierosolymis in vincula conjectus et ineunte a. 60. a tribuno Romam perductus est. Quodsi a. 60. p. C. (813. ab U. C.) Festum procuratoris munus iniisse cum multis VV. DD. statuere malueris, Ap. a. 58. Hierosolymis comprehensus ac vere a. 61. Romam deportatus est. Illud certum est, Festum ante a. 815. ab U. C. (62. p. C.) procuratorem constitutum esse. Quocirca falluntur, qui Paulum a. 63. Romam primum venisse credunt. Cf. *Anger* De temporum in Actis Apost. ratione p. 88.—115. Lips. 1833. et *Winer*i Realw. I, 435 sq. ed. 2.

**) Nam eorum, qui Apostolum imperante Nerone capite truncatum esse referunt, narratiunculae fidem abrogo propterea, quod fabulis innexa est, uni: Petrum et Paulum, quum eodem fere tempore Romae docuissent (Iren. adv. Haer. 3, 1.), sub idem tempus, quid quod *eodem die* (v. *Hieronymus* de viris illustr. c. 5. cl. *Eusebii* H. E. 2, 25.) ad supplicium datos esse, alteri: Paulo quum *iterum* Romae in vinculis esset vim illatam esse (Euseb. H. E. 2, 22. v.

Digitized by Google

364. sqq., *Schmidtii* Einl. ins N. T. p. 198. sq. et *de Wettii* Einl. II, 221. ed. 2. cl. *Wolfio* de alterâ P. captivitate comment. II. Lips. 1819. 20. 8.). Nam eorum opinio, qui (nuper v. c. *Mynster* (Kleine theol. Schriften. Kopenhagen 1825. p. 234.), *A. Neander* l. c. I, 389. sqq., *Boehlius* Ueber die Zeit der Abfassung u. d. Paul. Charakter der Br. an Timotheus u. Titus. Berl. 1829. p. 91. sqq. et *Guerikius* Beiträge zur historisch krit. Einl. in's N. T. Halle 1828. p. 121. sqq.) Paulum Neronis sententiâ tum absolutum recuperatâ libertate doctrinam div. et in Hispaniâ et in Asiâ minore tradidisse, deinde iterum in vincula conjectum Romamque deductum supplicio ibi affectum esse putant, antiquitatis fide destituta est *).

---

not. sequ.). Adde quod PP. ita de Pauli supplicio dicunt, ut quo anno trucidatus esset eos nescivisse appareat (contende v. c. Origenem ap. Euseb. H. E. 3, 1. cum Eusebii H. E. 2, 22. et 25.).

*) Firmissimo, quo suam quos supra memoravi VV. DD. opinionem defendant, argumento itinere utuntur a P. in Hispaniam facto, quandoquidem id Ap. suscipere non potuit, nisi a Nerone absolutus et in libertatem restitutus. At hoc iter commentitium est. Neque enim qui id factum esse testari potuisset Clemens Rom. ep. I. ad Cor. c. 5. testatus est, et qui testari non potuerunt Hippolytus de XII Apostolis (ed. Fabric. Hamb. 1716. fol. Append. p. 31.), Cyrillus Catech. XVII, 26. fin. (ed. Paris. 1720 f. p. 277.), Athanasius epist. ad Dracontium (Opp. T. II, 956. ed. Colon. 1686. f.), Hieronymus ad Jes. 11, 14. aliique, testati sunt. Clementis v. haec sunt: *Διὰ ζῆλον ὁ Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ὑπέσχεν·* [*constantiae praemium sustinuit* i. q. *ὑπομονὴν βραβεῖον ἔχουσαν ὑπέσχεν*, constantiam palmâ ornandam seu summam laborum constantiam subiit: v. Comment. ad Rom. 6, 4. p. 367. seq. Inepte *de Wettius* Einl. II, 222. citavit: *Δ. ζ. ὁ Π. ὑπομονῆς ἀπέσχεν* h. e. a constantiâ alienus fuit!] *Ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, φυγαδευθείς, λιθασθείς, κήρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν· Δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων* [i. e. quum Christum testimonio ornasset coram magistratibus, Act. 1, 8. 22, 15. 18. Matth. 10, 18. cf. *Neander* p. 390.], *οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.* Cupide *τὸ τέρμα τῆς δύσεως ad Hispaniam* referunt. Ac sane vetus geographus in libro, quo locorum situs describeret occidentis terminos non appellaret, nisi Herculeas columnas. Sed Clemens Rom. si in epistolâ paraeneticâ cum Romanorum vulgo loquens Hesperiam Italiâ terminaverit non est quod miremur. Accedit, quod Clemens l. c. Pauli res gestas verbis exaggerat (cf. v. *δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον*); unde Roma haud procul a mari infero ad occidentem sita ita *τὸ τέρμα τῆς δύσεως* vocari potuit, ut cum occidentis terminis compararetur, ubi P. doctrinam christ. tradere coepisset, h. e. cum Hierosolymis Rom. 15, 19., aut Damasco Act. 9, 20. Eodem jure, quo *τὸ τέρμα τῆς δύσεως* de Hispaniâ illi ceperunt, e vocc. *δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον* Paulum ultimos Indos instituisse colligas, h. e. nullo. Postremo si Clemens *τὸ τέρμα τῆς δύσεως* utique Hispaniam dixerit, proxima ejus v. vix aliter

Digitized by Google

§. 2.

DE COETU CHRISTIANORUM ROMANO.

Primam Christianorum coetus Romae conditi memoriam P. ad Romanos epistola continet. Quare neque quo tempore aut quo auctore exstiterit exploratum nobis est, neque de conditione, quâ quum P. literas Romam daret fuerit, quidquam scimus, nisi

---

intelligi possunt, praeterquam sic: *in Hispaniâ* Paulum tum Christi causam coram magistratibus testimonio decorasse, tum exspirasse. Tantum quivis concedere debet, non habere Clementis locum vim testimonii, quo dubia res certa reddatur. Qui autem insequentium seculorum scriptores Paulum in Hispaniam profectum esse testari creduntur ne testantur quidem. Cyrillus l. c., memor loci Rom. 15, 28., Paulum in Hispaniâ *docere cupivisse* contendit: „— κατηχήσαντα δὲ καὶ τὴν βασιλίδα Ῥώμην (de Paulo loquitur: Act. 28, 31.) καὶ μέχρι Σπανίας τὴν προθυμίαν τοῦ κηρύγματος ἐκτείναντα (Rom. 15, 28.) —." Athanasius et Hippolytus ll. cc. Paulum in Hispaniâ fuisse affirmant, sed ita de Pauli actis disputant, ut a solo N. T. eos pependisse appareat. Quocirca aut ex eo, quod P. in Hispaniam proficisci voluisset Rom. 15, 28., profectum eum esse temere argumentati sunt, aut quum memoria eos fefellisset Paulum se in Hispaniâ fuisse l. l. dicere putarunt. Evolve Hieronymum l. c.: „— qui [P.] per — diversas insulas atque provincias ad Italiam quoque et, *ut ipse scribit* [sic], ad Hispanias alienigenarum portatus est navibus." — Nunc locum Eusebii H. E. 2, 22. examinabo, quo maxime nituntur qui Paulum *bis* Romae fuisse opinantur: „— Τότε [tempore, quod Lucas Act. 28, 31. dicit] μὲν οὖν ἀπολογησάμενον αὖθις εἰς τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στείλασθαι τὸν ἀπόστολον, δεύτερον δ' ἐπιβάντα τῇ αὐτῇ πόλει τῷ κατ' αὐτὸν τελειωθῆναι μαρτυρίῳ." [τῷ κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ i. q. τῷ μαρτυρίῳ αὐτοῦ. Male *de Wettius* l. c., p. 220. τῷ καὶ αὐτὸν (τὸν Νέρωνα) τελ. μαρτυρίῳ.] *Fama* (λόγος ἔχει) affertur eaque tam vaga, ut fide prorsus indigna sit. Nescit enim Eusebius, *quo* P. Româ abierit, *ubi terrarum* docuerit, *quando* Romam redierit et *quo consilio* urbem repetierit. Hîc et Hieronymo aqua haeret, qui de viris illustr. c. 5. *Paulum a Nerone dimissum* fingit, *ut Evangelium Christi in occidentis quoque partibus* [in Hispaniâ et Galliâ; videlicet orienti cumulatissime P. satisfecisse putabat] *praedicaretur*, et vel recentissimis vanae opinionis propugnatoribus, qui ea Paulum itinera *fecisse*, quae facere *voluisset* (Rom. 15, 28. Phil. 2, 24. Philem. 22.) aequum rati, Apostolum demtis Romae vinculis tum in Hispaniam tum in Asiam minorem et Macedoniam se contulisse perhibent, quamquam ut in vanâ conjecturisque opportunâ re de eo disceptant, utrum post hispaniense iter asiaticum (v. *Boehlius* p. 102.), an post asiaticum hispaniense iter (v. *Neander* p. 400.) susceptum fuerit. Quasi vero longinqua Pauli itinera tantâ mox oblivione obruta esse consentaneum sit, ut neque initae viae, neque locorum, quae adiisset, neque prosperarum irritarumve rerum, quae ei obvenissent, neque hominum vel affabilium vel importunorum, in quos incidisset, neque rationis, cur denuo ei vincula injicerentur, neque loci, ubi rursus in custodiam traderetur, neque causae, cur iterum

Digitized by Google

quod ex ipsâ P. epistolâ recte colligatur. Christi Apostolum coetum romanum non collegisse ex eo elucet, quod P., qui in collegarum provincias se invadere negavit Rom. 15, 20. 2 Cor. 10, 15. et per literas Romanos commonefaciendos putavit et Ro-

---

Romam mitteretur, memoria conservaretur. Sed ut ad Eusebium revertar, vagam ille se famam rettulisse adeo sensit ipse, eam ut, inepte quidem, Pauli locis 2 Tim. 4, 16. — 18. 11. et 6., alioque imbecillo, vel nullo potius, argumento corroborandam esse arbitraretur. Unde quam impugno opinio, nisi veram esse ex ipso P. ostendi potest, antiquitatis fide destituta est patetque 2 Tim. c. 4. secus intellectum fecisse, ut excogitaretur. Atqui epistola posterior ad Timotheum, quam a Paulo non abjudicabit, qui ejus eloquutionem satis noverit, non minus quam epistolae ad Ephesios, Colossenses, Philippenses et Philemonem tum Romae a Paulo scripta est, quum Caesareâ eo venisset. Quod quamvis tam planum facias, ut adversarii ne hiscere quidem possint, tamen hîc quidem non nisi potissima argumenta adsignificare mihi licet. I. Paulum quum Caesareâ Romam navigaret Aristarchus et Lucas comitati sunt Act. 27, 2.. Hos vero Romae cum P. fuisse epistolae docent ibi scriptae Col. 4, 10. 14. Philem. 24. 2 Tim. 4, 11. At quo tempore epistola II. ad Timoth. confecta est Aristarchus ab urbe abfuit 2 Tim. 4, 11.. Nimirum qui tristem Pauli fortunam consolati sunt amici, quum diu in custodiâ esset non omnes semper apud P. manserunt, sed nonnulli quamdiu eorum rationes patiebantur 2 Tim. 4, 9. — 11. 21. Philem. 24.. Poterat igitur Aristarchus ut sua gereret negotia ad tempus abesse, tum Romam reverti. II. Locus 2 Tim. 2, 9. bene concordat cum Act. 28, 31.. III. Si epistolam II. ad Timoth. tum P. scripsisset, quum iterum Romae in vinculis esset, cur tandem mala per quattuor amplius annos Hierosolymis, Caesareae et Romae Deo adjuvante feliciter exantlata non commemoravit potius, quam vexationes, ex quibus se Deus Antiochiae, Iconii et Lystris benigne eripuisset v. 2 Tim. 3, 11. cl. Act. 13, 14. sqq.? IV. Apostolum quum Romam venisset primo epistolam ad Ephesios, deinde ep. II. ad Timoth., tum epistolas ad Coloss., Philem. et Philippenses dedisse, ex his intelligas: Timotheum ut quam primum et certe ante hiemen 2 Tim. 4, 9. 20. cum Marco 2 Tim. 4, 11. ad se veniat P. hortatur et Tychicum Ephesum ab se missum esse narrat 2 Tim. 4, 12. v. Eph. 6, 22.. Quare epist. II. ad Timoth. post epistolam ad Ephes. exarata est, h. e. per aestatem, ut videtur, a. 61., quum ineunte hoc anno P. Romam venisset (v. supra). Sed post Timothei et Marci adventum, quum etiam Demas Romam reversus esset 2 Tim. 4, 10. Col. 4, 14., primo scripta est ep. ad Coloss. v. Col. 1, 1. 4, 10., quam Tychicus, ut prius ad Ephesios confectam, perferendam suscepit Eph. 6, 21. Col. 4, 7., deinde epistolae ad Philem. et ad Philipp. consignatae sunt Philem. 1, 24. Col. 4, 9. Phil. 1, 1. 2, 19.. Nempe interposita aliqua mora Tychici abitum in Timothei, Marci et Demae adventum extraxerat. V. Epistolam II. ad Tim. quum jam diu P. Romae in custodiâ fuisset et paullo ante ejus mortem conscriptam esse neque ex 2 Tim. 4, 16., qui l. contrariam potius sententiam fulcit, neque ex 2 Tim. 4, 6. consequitur. Nam qui in ancipiti fortunâ constituti sunt, eorum animi, ut in incertâ re, modo spe eriguntur Phil. 1, 25. sq. 2, 24., modo metu franguntur Phil. 2, 17.. VI. Loca 2 Tim. 4, 13. 20. ad iter spectant Act. 20, 4. 5. 15.

Digitized by Google

mam se venturum pollicitus est, ut Romanos corroboraturus doctrinam div. ibi traderet Rom. 1, 11. sq. 15, 23.. In errore igitur opinio versatur olim a Pontificiis, quum famam de Petro postquam impiis Simonis Magi fraudibus disjectis per XXV. annos Romanorum coetui praefuisset Romae quo tempore P. ibi interfectus fuerit in crucem acto (v. Hieron. de viris illustr. c. 1. cl. Euseb. H. E. 2, 14. 25. 3, 1.) cupide in rem suam convertissent acriter defensa: *Petrum* Romanorum coetum condidisse (v. *Baronii* Annal. eccles. I, 254. sqq. 533. sqq.). Nihil veri illi famae subest, ne hoc quidem, Petrum Romae quum postea quam P. suas eo literas misisset urbem adiisset supplicio affectum esse. Quippe nullum itineris a Petro in Italiam facti in N. T. vestigium est: Petrum Romae se convenisse P. in epistolis Romae scriptis ne subindicavit quidem: ipsa autem fama ejusmodi est, ut vel homini non admodum suspicioso scrupulum injicere debeat quum alias ob causas, tum propterea, quod sine idoneis auctoribus primum edita dum augetur manifestis erroribus (v. c. de Simone Mago expugnato, de P. *bis* Romae vinculis constricto v. not. p. XVIII. sq.) implicatur et cur excogitata ac facile credita sit probabiliter dici potest *). *Hug*ius Einl. II. §. 109. Chri-

---

expositum. Si qui per nonnullos annos in vinculis fuerit amicum roget, ut itineris opportunitate usus pacnulam ante tres quatuorve annos alicubi relictam libros que, quibus aegre careat, secum afferat, non est quod miremur, tantoque minus, si vel neminem antea invenerit, qui caras res commode ac sine negotio apportare posse videretur, vel eas sibi afferri propter libertatis proxime recuperandae spem nihil ante laboraverit. Locus tamen 2 Tim. 4, 20. cum Act. 21, 29. cl. Act. 20, 4. 15. pugnat. Sed ubi Lucas et P. dissentiunt, Paulo credendum est. Confudit igitur Lucas Act. 21, 29. Trophimum cum alio quodam Pauli comite, qui olim gentilis fuerat. Ceterum quod dubitatum est, *quo sensu* P. Col. 4, 10. Aristarchum et Philem. 23. Epaphram τὸν συναιχμάλωτον αὐτοῦ appellaverit, eâ de re sic sentio. Dabatur ad P. aditus Pauli amicis Act. 28, 30., sed, quemadmodum in tali re fieri solet, statis tantummodo horis. Qui ut adversas amici res aliquamdiu omnibus viribus sublevarent dies noctesque cum P. ad tempus versari voluissent, ita admissi sunt, ut quamdiu ab amico distrahi nollent cum P. in custodiam includi se paterentur. Viros igitur, qui forte suam secum fortunam amore adducti participarent, quantum sibi quum maxime officium praestarent testificans τοὺς συναιχμαλώτους αὐτοῦ Paulus vocavit.

*) Cf. Fr. Spanhemius (*De temere creditâ Petri in urbem Romam profectione* Opp. II, 331.), *Eichhornius* Einl. in das N. T. III, 203. et 603.), *de Wettius* (Einl. II, 325.), *Baurus* (Tübinger Zeitschr. für Theol. 1831. Fasc. IV. p. 151.), *A. Neander* (l. c. II, 462.), *Reichius* (I, 40.), *Koellnerus* (p. XXVII.) al.. Ceterum Petro necem illatam esse minime narrat Clemens Rom. ad Corinth. ep. I. c. 5., ut multi etiamnunc credunt: Πέτρος διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ δύο ἀλλὰ πλείονας ὑπήνεγκεν πόνους καὶ οὕτω μαρτυ-

stianos Claudio imperante Romae fuisse ex Act. 18, 1. sqq. apparere putat (cf. *Rueckert.* p. 659.). Male. Praeterquam enim quod Suetonius Claud. c. 25. et Lucas l. c. *Judaeos* a Claudio Româ expulsos esse referunt, Lucae narratio sic comparata est, ut Aquilam Corinthi a P. ad Christi sacra adductum esse, attentus lector existimare debeat (v. *Reichium* I, 45. et *Meyerum* ad Act. 18, 2.). c. Neque *Bertholdti* (Einl. p. 3271.) fuisse, qui vivo Christo christ. disciplinae notitiam Romam perferrent (cf. Clementis Rom. Recogn. l. 1. §. 6. ed. *Coteler.* I, 488. et Joh. 12, 20.) opinati suspicio verisimilis est. Tum Romanos, qui summo miraculo quum Apostoli per sacra pentecostalia divino spiritu afflati diversissimarum nationum linguis uterentur, interfuissent Act. 2, 10. doctrinam christ. Romam rettulisse (v. *Michaelis* Einl. p. 1255.) quis praestet? Nam ne quid miraculi tum editum fuerit Theologos vehementer dubitare demonstrem, Romanos per illas ferias Hierosolymis fuisse res ipsa sane docet; sed ex Act. 2, 10. minime consequitur. Scilicet nationum, ex quibus Judaei tum Hierosolymis versati fuerint, enumeratio Lucae artificio tribuenda est, qui praesentes Judaeos mirum in Galilaeis plurimarum linguarum usum sic admirantes fecit, ut non quidem, quod eos dixisse compertum haberet: hi Galilaei nullam Judaeorum, quotquot nunc Hierosolymis adsumus, linguam non callent: eos profiteri juberet, sed eorum sententiam magis illustraturus oculisque subjecturus populorum, quibus potissimum multi tum Judaei immixti vixerunt, catalogum iis subjiceret Act. 2, 7. sqq. Quum quo tempore P. ad Romanos literas dedit romana ecclesia floruerit Rom. 1, 8. 16, 5. 10. 11, 14. 15. 19., eam haud paullo ante constitutam esse credibile est (expende etiam Rom. 15, 19. — 24.). Iis tamen assentior, qui coetum romanum sensim sensimque per multa commercia, quae Romae cum provinciis romanis fuerunt coactum esse arbitrantur. Nam quum magnus Judaeorum numerus Romae illis temporibus vixerit (v. Philo de virtutibus II, 568. sq. ed. *Mang.* Joseph. A. J. 17, 11, 1. et Dio Cassius 37, 17.), qui in sanctam Hierosolymorum urbem commearent stipemque eo quotannis perferrent (Cicero pro Flacco 28, 67. Joseph. A. J. 18, 3, 5.), quidni primis statim annis, quibus Apostoli doctrinam christ. Hierosolymis et fortissime et felicissime tradiderunt, nonnulli qui Româ Judaei excesserant Christiani eo redierint? Quibuscum nonnullos gentiles mox societatem coivisse admodum probabile est. Nam Graecorum Romanorumque mythologiâ a philosophis in contemtum adductâ et

---

ρησας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. *Μαρτυρησας* eam vim habet, quam paullo post, ubi de Paulo dicitur. Cf. not. p. XVIII.

in ludibrium conservâ pios Romanos patriarum religionum taedium cepit: et compulit eos pietas quum ad barbaras religiones tum ad sacra judaica (Juvenal. Sat. 14, 96. sq. Tacit. Hist. 5, 5. Annal. 15, 44.). Neque Christianorum romanorum numerus augeri non potuit, postquam in Graeciâ, Macedoniâ et Asiâ minore christiani coetus Pauli maxime operâ conditi sunt. Quum enim summum Romam inter et romanas provincias commercium intercederet fieri vix potuit, quin et aliqui Christiani ex illis provinciis Romam commigrarent et Romani quum in illis provinciis ad tempus commorarentur ibi sacra christ. susciperent. Fortasse etiam Claudiana illa Judaeorum ex urbe ejectio Christianorum romanorum rebus profuit, quum aliquot praeter Aquilam et Priscillam (Act. 18, 2. sq. Rom. 16, 3 sq.) Judaei foris Christianorum sacris initiarentur. Sic qui idoneus Christianorum numerus post paucos annos Romam confluere potuerit probabiliter docueris. Sed ut legitimus Christianorum coetus coiret ordinatusque non solum conservaretur verum etiam augeretur magistrorum disciplinâ opus erat. Jam quis dubitet, quin ipsa fama de doctrinâ christ. nonnullis Romanis probatâ magistros christ. urbis, unde totus terrarum orbis regeretur, amplitudinem contuitos ad institutionis fortunam ibi tentandam ex sedibus suis exciverit? Paulo quoque nihil optatius visum est, quam Romam denique videre (Rom. 1, 10. 15, 23. Act. 19, 21.)? Sed utrum homines Rom. 16, 3. 7. 9. a P. nominati Romanos primi instituerint, an aliis successerint, quorum memoria aboleverit, in medio relinquendum est. *Idoneos* quidem magistros Romanos habuisse P. declaravit Rom. 16, 17. Ceterum *Eichhornii* (Einl. III, 208.), qui *a P. discipulis* Romanos primum edoctos esse perhibuit, opinionem vanam esse ex epistolae argumento cognoscimus. Ita enim P. disputat, ut eum cum hominibus caute egisse appareat, qui summi facerent legem mos., circumcisionem jud. admirarentur, natalibus judaicis delectarentur et Judaeorum gentem admodum diligerent (v. v. c. 2, 28. 3, 1. sq. 7, 1. sq. 7. 9, 1. sq. 10, 1. sq. 11, 1. sq. 12. 15. 15, 7. — 9. cl. *Reichio* I, 46. sq.). Imo, ut in coetu sensim ac paulatim constituto et in quo homines essent natione, ingenio animique cultu discrepantes, alii animos gesserunt jud. opinionibus, quas pueri imbiberant, obnoxios, alii liberius cum P. senserunt Rom. 14, 1. sq. 15, 1. sq.

Nunc qualis fuerit et qua conditione Romanorum coetus, quum P. epistolam scriberet, quaeritur. Sed quae ex ipsâ P. epistolâ recte concludantur ad pauca capita redeunt. Scilicet I. Christiani romani partim Mosis assectatores olim fuerant, partim superstitionis gentilis ritus coluerant, id quod tum multa l., v. c. 15, 7. sq., docent, tum totius epist. argumentum. Horum nonnulli castimoniam, priusquam Christiani fierent, de Pytha-

Digitized by Google

goricorum sententiâ indixisse sibi videntur (v. Comment. ad 14, 2. 21. cl. Seneca ep. 108. et *Eichh.* l. c. p. 222.): II. Romanorum coetus quo tempore P. epistolam consignavit et numerosus erat 16, 3. sqq. et pietatis famâ clarnerat 1, 8. 16, 19. III. Quamquam P. nullam episcoporum et diaconorum mentionem injecit 1, 7., tamen tales praefectos romanae ecclesiae non defuisse 12, 6. sqq. indicavit. IV. Non mutuas tum inimicitias Christiani et Judaei Romae, ut alibi, exercuerunt. Id credo fatebitur, qui epistolae l., unde haud vulgare Christianis, qui antea Judaei fuissent, jud. nationis et disciplinae studium fuisse discimus (v. supra) cum Act. 28, 22. sq. contenderit, ubi Judaei Christianorum sectam sane contemnunt sed non inclementius aut exulcerato animo in eam invehuntur. V. Utrum P. Romanos, ut magistratibus obedirent 13, 1. sqq., ut mutuâ viverent concordiâ, quum opinionum morumque discrepantiâ non consternati alteri alteris obsequerentur c. 14. et 15., ut a rixosis et qui sibi potius quam Christo deservirent magistris sibi caverent 16, 17. sqq. idcirco cohortatus sit, quod ab amicis suis 16, 3. sq. de Romanorum studiis certior factus ne quid secus facerent nihil admoniti metuisset, an in universum illa praecepta dederit, quod vitiis quae alias committi sciret Romae quoque locum esse posse credidisset, de eo anceps est disputatio. Qui posteriorem sententiam probant, hoc unum P. c. 12. sqq. egisse observant, ut Romanis vitae sanctitatem generatim commendaret 12, 1. 2. 15, 14.. Itaque eas illum admonitiones posuisse, quas hominibus, quales sibi Romanos finxisset, commode dari putasset. Sed ut priorem sententiam veram esse existimem moveor loco 15, 14. 15., ubi P. fuisse quod ista Romanis praeciperet adsignificavit. Quod autem et tecte et leniter nonnullorum Romanorum studia taxavit, id fecit memor humanitatis, quae ne peccata, de quibus amici familiariter nobiscum communicarint, hominibus ignotis vehementer exprobremus vetat.

§. 3.

DE PAULI AD ROMANOS EPISTOLA.

a.

DE EPISTOLAE AUTHENTIA.

Quin epistolam, quae a Paulo Ap. se ad Romanos datam ipsa profitetur 1, 1. 7. 15.*), P. et confecerit et Romanis scri-

*) Nihili esse eorum, qui Rom. 1, 7. ἐν Ῥώμῃ omittunt, lectionem (cf. G. Boern. et schol. cod. Roe 2. [47.]: τὸ ἐν Ῥώμῃ οὔτε ἐν τῇ ἐκθέσει [neque in enarratione] οὔτε ἐν τῷ ῥητῷ [neque in textu] μνη-

Digitized by Google

peperit dubitari prorsus non potest. Nam 1. tota antiquitas epistolam Paulo auctori et Romanis lectoribus attribuit. Personatus Petrus et Paullinarum epistolarum corpus vidit 2 Petr. 3, 16. et epistolae ad Romanos rationem habuisse videtur v. 2 Petr. 3, 15. cl. Rom. 2, 4. *). Patres apostolici epistolâ ad Romanos usi sunt, Clemens Rom. ep. I. ad Cor. c. 35. (cf. Rom. 1, 29. —32.) et Polycarpus ep. ad Philipp. c. 6. (v. Rom. 14, 10. 12.). Permulti sec. II. tum hujus epistolae l. in rem suam converterunt, Basilides ap. Orig. comment. in ep. ad R. p. 549. et 583. T. IV. ed. de la Rue Rom. 7, 9., Ptolemaeus ap. Epiphan. Haeres. 33, 6. T. I. p. 221. ed. Col. 1682. Rom. 7, 12., Heracleon ap. Orig. comment. in Joh. (T. IV. p. 234.) Rom. 12, 1., Christiani Viennenses et Lugdunenses in ep. ad Christianos asiaticos scriptâ apud Euseb. H. E. 5, 1. Rom. 8, 18. aliique, tum *Pauli ad Romanos epistolae l.* citaverunt, Irenaeus contra Haereses 3, 16, 3. ed. Massuet Paris. 1710 f. Rom. 1, 1. — 4. et 9, 5., Clemens Alexandrinus Paedagogus l. 1. c. 8. p. 87. ed. Commel.

μονεύει· [scil. vetus, nescio quis, quem dicit interpres]) omnes fatentur. De omissionis causâ disceptari potest. Quam non temere in calami errore aliquis quaesiverit. Nam pro πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς θεοῦ per errorem facile scribebatur πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ἀγάπῃ θεοῦ (G. Boern.). Hinc per διττογραφίαν natum est πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἐν ἀγάπῃ θεοῦ (v. Clarom. cl. Ambrosiastro). Quo facto nonnulli ἀγαπητοῖς θεοῦ s. ἐν ἀγάπῃ θεοῦ induxerunt propter Gdd. discrepantiam sibi suspectum (E. 82.). Adde quod etiam 1 Cor. 1, 2. incisa per oculorum errorem confuderunt librarii, quos sequutus est *Lachm.*. Sed consulto factae Rom. 1, 7. mutationis suspicionem illud confirmat, quod G. Boern. etiam Rom. 1, 15. τοῖς ἐν Ῥώμῃ praetermittunt. Quare Rom. 1, 7. ἐν Ῥώμῃ in Lectionariis ita demtum videtur, ut Apostoli oratio ad homines christ. lectionem audituros dirigeretur. Utcunque est, et disparem ob causam Eph. 1, 1. Ἐφέσῳ nonnullos antiquitus obliterasse et falli *Reichium* I, 123. Paulum in nonnullis epistolis lectores sic compellasse, quemadmodum homines christ. alloquare, illorum domicilium de suo addidisse librarios ratum affirmo.

*) Jacobus 2, 14. sqq. impugnavit ille quidem Pauli formulam, quod male nuper negavit *Bleekius* (Versuch einer vollst. Einl. in den Br. an die Hebr. Berl. 1828. p. 90.) et *Frommannus* (Theol. Studien u. Krit. 1833. p. 93. sqq.), sed eam illi ex epistolis ad Rom. et ad Gal. datis innotuisse (v. Jac. 2, 21 sq. cl. Rom. 4, 1. — 3. Gal. 3, 6.) sine idoneâ causâ multi credunt, v. c. *Mynsterus* Kl. theol. Schr. p. 103. sq. *de Wettius* Einl. II, 319., *Reichius* I, 21., *Koellnerus* p. XL. al.. Erat Pauli sententia in vulgus tum nota, neque argumenta aut exempla, quibus firmata esset quisquam ignoravit. Multo minus Petrum priore epistolâ Paullinarum epistolarum loca imitatum esse *Eichhornio* Einl. III, 610. sqq. aliisque concedimus. V. *Meyerhoffii* Hist. krit. Einl. in die Petrin. Schriften. Berl. 1835. p. 107. sqq.. Sed quod *Reichius* I, 21. epistolae ad Rom. in ep. ad Hebraeos rationem haberi *Bleekium* l. c. p. 89. antestatus contendit, id quale sit ne intelligo quidem.

Digitized by Google

Lugd. Bat. 1616 f. Rom. 11, 22., ibid. p. 88. Rom. 3, 21 sq. et 7, 12., c. 9. p. 92. Rom. 13, 4., l. II. c. 1. p. 104. Rom. 14, 16. 17., Strom. I., p. 232. Rom. 2, 14., III, p. 316. Rom. 7, 24., p. 322. Rom. 3, 8., p. 330. Rom. 5, 12., Tertullian. adv. Praxean c. 10. fin. p. 416. (ed. *Frobenii* Basil. 1562. f., non, ut *Reichius* ait I, 24., ed. *Rhen.*!) Rom. 9, 5., ibid. c. 17. p. 428. Rom. 1, 8., de coronâ militis c. 5. init. p. 450. Rom. 2, 14., ne plura diserta testimonia cumulem. Origenes comment. in ep. S. P. ad Rom. Praef. et Eusebius H. E. 3, 25. Pauli ad Rom. literas scriptis annumerant ab Apostolis, quibus vulgo tribuuntur, omnium consensu confectis. Ebionaei (Iren. adv. Haeres. 1, 26, 2., Euseb. H. E. 3, 27., Hieron. in Matth. 12, 2.) et Elcesaei (Epiphan. Haeres. 30, 3.) contemserunt illi quidem Pauli epistolas et maledicta in P., legis mos. ruptorem, conjecerunt (Epiphan. Haer. 30, 16. et 25.), sed a P. illas compositas esse minime negarunt. Idem de Encratitis et Severianis valet (Euseb. H. E. 4, 29.). Et ut fuerint, qui quo commodius se e laqueis expedirent et nonnullas Pauli epistolas (h. e. utramque ad Timoth. et ep. ad Titum) a P. abjudicarent et quas probassent mutilarent, quod de Cerdone Tertullianus adv. haereticos p. 116., de Marcione Hieronymus praef. in Tit. memoriae prodidit, nemo tamen antiquitus inventus est, qui nostram epistolam totam adulterinam esse affirmaret. Deinde II epistolae indoles Paulum scriptorem arguit. Tantopere enim et verbis sententiisque cum epistolis quas Paulo nemo non vindicat congruit, et rebus cum ejus temporis, ad quod refertur, memoriâ concordat (v. Rom. 15, 25. cl. 1 Cor. 16, 1. sq. 2 Cor. 8, 1. sq., Rom. 15, 30. sq. cl. Act. 20, 22. sq., Rom. 15, 24. cl. Act. 19, 21.) ut Pauli sentiendi loquendique genere assuefactum rerumque ab illo gestarum notitiâ imbutum vehementius ipsa epistola movere debeat, quam veterum magistrorum testimonia. Nihilominus epistolae authentiam *Evansonus* The dissonance of the four generally received evangelists. 1792. p. 259. impugnavit, futilibus quidem argumentis, v. c. neque Lucam in Actis, ubi commodo potuisset 19, 21., neque Paulum ipsum in epistolis serius scriptis epistolae ad Rom. mentionem injecisse [at argumento, quod a *silentio* repetitur, nihil levius est, nisi rem utique memorandam fuisse ostendere potueris]: quo tempore P. Romam venisset nondum ibi doctrinam christ. traditam esse, nedum ut numerosus ibi Christianorum coetus coactus fuerit, ex Act. 28, 16. sq. [at cf. v. 15.] intelligi; epistolam simul Paulum nondum Romae fuisse, quum illam scriberet docere 1, 10. sqq., simul ibi jam scriptorem fuisse indicare, qui et accuratissime coetus romani statum cognovisset et permultos ibi amicos habuisset Rom. c. 16. [At quae de coctus romani conditione P. subindicavit ejusmodi sunt, ut pleraque ex

Digitized by Google

amicis comperisse, nonnulla etiam ipse conjicere potuerit; quos autem homines salute impertiit, eos partim aliis in locis primum visos ac deinde Romam digressos, partim ne visos quidem nec nisi fama celebratos salutavit.] Evolve *Ammonium* pone *Koppii* Proleg. p. 22. sq., *Ruckertum* p. 653. sq. et *Reichium* I, 26. sqq.

β.

DE EPISTOLAE ARGUMENTO.

Primariae, quas ep. ad Rom. continet, sententiae hae sunt: P. hâc lege Apostolus constitutus, ut omnes nationes doctrinae christ. obsequentes redderet, Romanos per literas commonere jus sibi esse putavit, 1, 1. — 7.. Quod frustra saepe optavit, ut Romam quum venisset celebratae fidei Christianos instituerat et corroboraret Apostolus, id nunc per literas consequi studet 1, 8. — 13.. Quippe ne Romae quidem, doctâ in civitate, promte ac sine rubore evangelium tradere abnuet, h. e. *potentem Dei doctrinam, quae sempiternam felicitatem omnibus quotquot fidem habuerint hominibus parat.* Patefacit enim rem olim opertam, integritatem Deo probatam, quâ destitutus aeternâ beatitate non potiaris, *fide in Christo repositâ* comparari, 1, 14. — 17.. Contra iratum potius quam propitium Deum habent, quotquot illâ fide destituti non sint integri, sed impii atque improbi, cujusmodi tum pagani sunt tum Judaei. Illi enim postquam Deum quem cognorant impie deseruerunt et absurda, sapientes videlicet homines, de numine div. commenti sunt et in summam morum turpitudinem delapsi 1, 18. — 32.. Hi autem si improbe vivunt non minus aeternâ felicitate excident, quam illi. Nam Deum quia sanctus est et omnes promiscue improbos punire et quicunque pie et honeste vixerint praemiis ornare oportet. Unde non qui *legem mos. didicerint*, sed quicunque ejus legis praecepta servarint integri ac sempiterna beatitate digni a Deo judicabuntur, et *circumsectus* ab eo censebitur, cujus *animus* sordibus purgatus sit, non praeputium 2, 1. — 29.. Quae ita, P. inquit, pronuntio, ut vera Judaeorum jura minime minuam 3, 1. sqq.. Esse autem omnes non solum gentiles, verum etiam Judaeos gravissimae culpae obnoxios literae ss. docent 3, 9. — 19.. Nolite mirari; nam fieri plane non potest, ut quum legi mos. prorsus satisfeceris et Deo proberis et sempiterna beatitate potiaris 3, 20. [His lectis *unum Christi evangelium* viam ad Dei integritatem et aeternam felicitatem consequendam hominibus munire Romani sentire debebant, quum et qui olim pagani fuissent de idololatriae vanitate admoniti essent, et qui Mosis alumni aliquando fuissent quam esset Mosis lex inops atque infirma audivissent.] Atqui ratio patet, quâ sine legis mos. interventu Deo proberis, *non illa ab hominibus excogitata, sed a Mose et prophetis testimoniis ornata* 3, 21.. Nempe gratuito Dei beneficio sine ullo suo merito et Judaei et gentiles (quandoquidem unum Deum omnium hominum saluti prospicere par est) per fidem in Christo collocatam, quem Deus sapientissimo consilio victimam piacularem caedi voluit, insontes a Deo declarantur 3, 22. — 30.. Ne Mosis autem et prophetarum testimonia 3, 21. lectores desiderarent et illustre P. Abrahami *ob fidem* Deo probati exemplum et nobilem Davidis, quae rem comprobaret, vocem attulit 3, 31 — 4, 25.. Ita quum P. integritatem fide in Christo collocatâ parari firmis argumentis docuisset ad cohortationes conversus sic disputavit: quum igitur nos

Digitized by Google

fide Dei favorem consequuti simus, agite, pacem cum Deo Christi operâ coagmentatam servemus et gloriemur de spe beatae, quam Deus nobis olim daturus est vitae 5, 1. 2.. Quin etiam de calamitatibus, quibus afflictamur, triumphemus, quum eas et ipsas denique vitae aeternae spem, quâ nihil certius est 5, 5.—11., afferre sciamus 5, 3. 4.. Et quoniam Christus sempiternae vitae spem nobis fecit, hoc pie teneamus, Deum sapientissime rem sic instituisse, ut quum Adamus, quem Deus alterum Adamum hominibus per ambages ostendere voluisset, mortis acerbitatem in genus humanum derivasset, alter Adamus (Christus) absolutionem vitalem omnibus hominibus afferret 5, 12.—19., mos. autem lex hoc consilio daretur, ut multiplicatis peccatis eximia exsisteret div. clementiae abundantia 5, 20. 21.. [Haec disputatio lectorum animos vehementer ferire debebat et efficere, ut totâ mente Christi evangelium amplecterentur, quum omnia Deum consilia a mundi primordiis eo direxisse comperissent, ut *per Christum salus* hominibus daretur, quam ipsi fide sibi acquisivissent, et ipsam legem mos. non fuisse, nisi *clementiae div. per Christum in lucem proferendae famulam* cognovissent.]. Inepte ex iis, quae 5, 20. 21. dicta sunt, impuri Christiani hanc flagitiosam sententiam eruant: est hominibus christ. in peccando perseverandum, quo opulentior exsistat div. clementia 6, 1.. Nam quum homines christ. ii simus, qui vitam peccatis dicatam posuerimus novamque et honestam vitam nunquam non agendam inierimus, nostrum ipsi ingenium exueremus, si Christiani facti peccata nobis indulgeremus 6, 2.—11.. Quare ob id ipsum honeste nobis vivendum est, quod non legi mos. paremus, sed clementiae div. subditi sumus 6, 12.—14.. At, inquit, peccare nobis licet propterea, quod non legem mos., peccatorum vindicem, sed div. clementiam, quae dat peccatorum veniam, gubernatricem habemus 6, 14.. Haec objectio absurda est. Nam quum homo christ. sit, non qui Peccato, sed qui Pietati serviat, hominem christ. exuere, qui peccandi licentiam sibi sumat apparet 6, 15.—23.. Quod autem legi mos. nos subesse supra 6, 14. 15. negavi, hoc nimirum mihi volui, Christi mortem nos legi mos., quae magnum excitaret pravarum cupiditatum incendium, eripuisse 7, 1—6.. Quamquam, ut planius dicam, non ipsa Mosis lex, quâ nihil sanctius est, ad peccandum nos pellexit, sed pravae cupiditates praeclarâ re abusae per eam se inflammari passae sunt. Ita enim res habet, ut honesta mens nostra approbet, animus noster vetitorum illecebris irretitus ad deteriora inclinatus sit 7, 7—23.. Ex hâc miseriâ, quâ nobiscum ipsi discordes vivebamus, Christus nos exemit fracto pravarum cupiditatum dominatu et spiritu div., qui ornat Dei filios, nobis dato, sempiternae vitae sponsore 7, 25—8, 17.. Quamquam vel hujus vitae aerumnas et beatae vitae spes consolatur et div. spiritus, qui afflictis benigne succurrit 8, 18.—27.. Praeterea hoc pie meditemur, nobis qui et Deum diligamus et quos Deus Christo misso diligat tum nihil mali in bonum non vertere, tum sempiternam felicitatem aliquando utique concessum iri 8, 28.—39.. [Quae omnia Romanis et summam evangelii, quod nullam prorsus daret peccandi licentiam, reverentiam injiccre 6, 1.—7, 6., et eam mentem afferre debebant, ut summas Deo gratias haberent, quod beneficii omnium praeclarissimi sese participes reddidisset 7, 7.—8, 39.]. Quo impensius Judaeos, populares meos, summis a Deo privilegiis ornatos, amo, eo molestius fero, quod multis eorum salus a Christo parta non contigit. Sed nimirum Dei promissa ad nonnullos, non ad omnes Abrahami posteros pertinent 9, 1.—13.. Neque idcirco Deus injuste agit. Nam Deum benevolentiâ complecti *quemcunque voluerit* libri ss. testantur 9, 14.—18.. Noli objicere: hoc pacto injuriâ Deus de meâ perversitate conqueritur, quum ejus

Digitized by Google

voluntati nemo obsistere possit 9, 19.. Nam et inverecunda haec objectio est 9, 20. 21., et iniqua, quia Deus, quamvis suam et in puniendo severitatem et in beando beneficentiam ostendere voluisset, tamen pravos homines magnâ cum patientiâ tulit 9, 22. sqq.. Sed, ne quid dissimulem, qui Judaei nullum ex Dei munificentiâ fructum perceperunt, suâ ipsorum culpâ Dei gratiâ exciderunt. Suis enim meritis temere confisi div. favoris per fidem in Christo collocandam comparandi legem, tum Judaeis tum paganis illam datam inconsiderate repudiarunt 9, 30. — 10, 21.. Ergo Deus Israelitarum gentem, delicias quondam suas, abjecit, quispiam dixerit. Meliora verba, quaeso. Nam primum quidem nonnulli Judaei Deo obsequuti ad Christi sacra transierunt, quamquam plerique adhuc Dei consilio refragantur 11, 1. — 10.. Deinde etiam atque etiam considerandum est, Deum, quum omnes homines per Christum beare decrevisset, rem sic instituisse, ut per Judaeorum contumaciam salutaris Christi doctrina ethnicis tradi posset, iisque ad Christi disciplinam perductis etiam omnes Judaei paganorum exemplum aemulati Christi disciplinam susciperent 11, 11—32.. Haec lege et admirare summi numinis sapientiam humanis mentibus non perceptam 11, 33. — 36.. [Hic quoque locus neminem non percellere potuit, qui quae res sollicitos tum animos habebat permultorum Judaeorum contumaciam saluti fuisse exteris eoque moderante Deo aliquando valituram ostenderet, ut *omnes* homines per Christum so beari sinerent; judaicae quidem stirpis Christianos vehementissime movere debuit, quorum multi jud. gentem et Judaeorum jura etiamnum admirari soliti et Judaeorum vicem haud dubie dolerent et angerentur, quod dilectam Deo gentem disparia jam studia sequi et in duas partes discessisse viderent.]. Nunc P. Romanos, ut ad sanctissimae Christi disciplinae praecepta vitam suam conforment fugiantque omnia dedecora hortatur 12, 1. sq.. Quare quum alia eos monet, tum ut magistratibus obediant c. 13., alteri alterorum opiniones et instituta amanter ferant 14, 1 — 15, 16. et rixosos homines caveant 16, 17 — 20. postulat. Ac nonnulla de suis rebus praefatus 15, 17. — 33. Phoeben commendat 16, 1. 2. saluteque ab se et comitibus dictâ bonis votis et Dei laudatione epistolam concludit 16, 3 — 16. 21 — 27..

Recte igitur hanc epistolam in duas partes distribuas, quarum alteram a *primario* disputationis argumento *dogmaticam* appelles c. 1 — 11., alteram *paraeneticam* c. 12. — 16..

γ.

QUA RE PROVOCATUS ET QUO DUCTUS CONSILIO P. LITERAS ROMANIS MISERIT, QUAERITUR.

Quae res Paulum saepe stimulavit, ut qui exterorum esset Apostolus constitutus 15, 16. Romanos ore voceque instituere et commonere cuperet, urbis, quae orbis terrarum lux esset, amplitudo et magnificentia Act. 19, 21. Rom. 1, 10. sq. 15, 23., eadem ut Romanis epistolam scriberet eum movit potissimum. Nam quod officium Romanis praesens praestare antea non potuisset, ut eorum animis robur adderet, id se absentem per literas exsequi ipse adsignificavit 1, 10. sq. cl. 1, 5. 6. 15, 14. sq.. Adde quod amicos tum Romae habuit auctoritate et meritis conspicuos c. 16., a quibus de coetus rom. statu ita certior factus est, ut epistolam Romanorum ingeniis et necessitatibus accom-

Digitized by Google

modatam facile conscribere posset (cf. §. 2.). Itaque Phoeben nactus, cui literas Romam perferendas recte committeret, accuratam et praeclaram Tertio dictavit epistolam, quam Phoebe per itineris Romam faciendi opportunitatem Romanis redderet 16, 1. 2. 22.

Hoc autem consilio P. epistolam composuit, *ut Romanorum qui Christo se in disciplinam dedissent studium animumque firmaret* 1, 11. sq. 15, 14. sq. 16, 25.. Jam certum quoddam vivendi genus ingressum, ut in sententiâ persistat et quae probarit instituta persequatur, perpellere si volueris, *duo* ut assequaris laborandum tibi est. Nam primum quidem eo te contendere oportet, ut instituto, in quo tuendo aliquem confirmare decreveris, nihil verius, nihil honestius, nihil salubrius inveniri posse doceas, quo ille consilio suo gaudeat. Deinde ut ad disciplinae suae formulam vitam dirigat amicus admonendus est, ne per levitatem potius quam rationibus diligenter subductis alicujus sectam sequutus esse videatur. Hanc, quam res ipsa praescribit, disputandi viam P. ingressus est. Qui ut Romanos in Christi disciplinâ corroboraret duo sibi efficienda esse vidit: unum, ut *Christi doctrinam tanquam rem omnibus gemmis longe praestantiorem totâ mente fovérent et amplexarentur*: alterum, *ut ex sanctissimis Christi praeceptis viverent*; ne leves potius Christi assentatores, quam obsequiosi discipuli existimarentur. Hoc *paraeneticâ* epistolae parte c. 12. sqq. egit. Illud *dogmaticâ* literarum suarum parte c. 1. —11. consequi studuit, quae tota ad doctrinae christ. reverentiam et admirationem in lectoribus excitandam augendamque egregie composita est. Quippe non poterant Romani non sibi gratulari, quod essent Christiani, quum, quod neque paganorum superstitiones neque div. Mosis praecepta efficere potuissent, unam Christi doctrinam omnibus promiscue hominibus quotquot fidem in Christo collocassent et summa quaeque ornamenta tribuere et sempiternae vitae portas recludere a diserto et qui rerum div. studio flagraret Apostolo moniti essent c. 1.—3. 5, 1.—11. c. 7. et 8.. Admirabilis autem Christi disciplina Romanis videri debebat, quod a Deo profecta esset, quod dignam eam Deus censuisset, quam Moses et prophetae per involucra quaedam atque integumenta futuram ostenderent 3, 21. 4, 1. sqq., quod rem omnium gravissimam Deus suis ad eam a mundi primordiis consiliis accommodatis ipse declarasset 5, 12. sq., quod sapientissime eam Deus gubernaret, ut *omnes* per eam homines aliquando beārentur c. 9.—11., quod sanctissima esset morum magistra c. 6. (v. omnino §. 3. *β*.).*).

*) Virorum DD. de consilio, quo motus P. epistolam ad Romanos confecerit, sententias partim prorsus commentitias, partim minus

δ.

QUANTI EPISTOLA AD ROMANOS FACIENDA SIT, DISQUIRITUR.

Magno haud dubie haec epistola aestimanda est. Nam primum quidem tam accurate scripta est, ut, si aetatem non tulisset, et P. formulam et rationem docendi minus cognitam haberemus. Quamquam falluntur, qui eam non tam familiare alloquium, quam commentationem vocarunt, quae doctrinae christ. rationes egregie et ut nihil supra fieri posset describeret. Nam Paulo propositum fuit, *Romanos, aequales suos*, confirmare, non rationes exponere, quibus ductos omnes omnium temporum Theologos relligione christ. nihil divinius aut salutarius existimare oporteret. Et quamquam P. bene meditatus ad hujus epistolae confectionem accessit, non tantâ tamen diligentiâ singulas in suo quamque loco sententias collocavit, quantae philosophi operam dant et Theologi, ubi docte rem explicant, sed sivit orationem, *ut in epistolâ*, passim paullo moveri liberius abductusque a re alius rei expositione ad illam rursus reversus est. Utrum epistola ad Rom. epistolae ad Gal., an haec illi, anteponenda sit (v. *Winer.* ad Gal. p. 16. sq. ed. 3.), non audeo decernere, quum ambae in dispari genere eximiae sint. Deinde si ingeniose et pie scripta, quoniam et ingenium acuunt et pietatis sensus excitant, merito extollimus, durus sit homo christ. oportet, cujus mentem animumque summi Apostoli epistola tam sententiosa, tam pia, tam ad honestatis commendationem composita non alat. Tum praeclaris praeceptis abundat, et sententiis, quarum veritatem nullum unquam tempus redarguet. At insunt ei dogmata, quae hujus seculi literis doctrinisque praeclare excultis hominibus Theologus probare frustra conetur et

---

accuratas, quum epistolae partem, non totam epistolam complectantur, sine fructu percenserem. Cf. *Reich.* I, 70—84. Sed miram *Eichhornii* Einl. III, 215. sqq. opinionem stringere placet. Qui quum Judaeos, ne proselyti a Mosis disciplinâ ad Christi sacra deficerent, judaica sacra homines beare nec novis sacris opus esse, Romae contendisse finxisset, Paulum, ut Romani in Christi disciplinâ manerent, Judaeos ita oppugnasse putavit, ut Mosis disciplinam mancam et inopem esse ostenderet. *Eichhornii* sententiam epistolae argumentum redarguit. Nam praeterquam quod P. non solum legis mos. tenuitatem, verum etiam exterarum relligionum vanitatem perstrinxit 1, 18. sqq., non obliquo Ap. pro animi sui libertate disputandi genere usus esset, si judaicas captiones discutere voluisset, sed ita cum Romanis egisset: veram et quae vos utique beabit doctrinam amplexi estis; cavete igitur Judaeos, qui quum in tantâ mentis caecitate versentur, ut Jesum Messiam esse, de quo Moses et Prophetae cecinerunt, non intelligant, tamen vos ad tenuia mos. disciplinae elementa reducere conantur (v. Rom. 16, 17. Gal. 5, 1. sq. 4, 9. Act. 13, 17. sq. al.).

Digitized by Google

nonnulla argumenta, quibus suas P. sententias munivit partim omni vi destituta, partim ejusmodi sunt, iis ut rectius adstupeas, quod ingeniosa sint, quam quod rem comprobent assentiaris (v. *Rueckert.* p. 695. sqq. et *Reichius* I, 91. sqq.). Quae quidem res, quam non omnes Theologi veram esse concedunt, tantum abest, ut justas epistolae laudes minuat, ut mirum potius videretur, si quae P. *ante duodeviginti secula Romanis familiariter* scripsisset omnia nunc nostris hominibus satisfacerent.

§.

DE TEMPORE ET LOCO, QUO P. EPISTOLAM AD ROM. SCRIPSERIT.

Quum P. Romanis scriberet, in eo erat, ut pecunias a Christianis per Macedoniam et Achaiam dispersis in pauperum Christianorum qui Hierosolymis degerent usum collectas Hierosolyma perferret Rom. 15, 25.—27., quo negotio confecto et Romam abire et in Hispaniam proficisci voluit Rom. 15, 23. 28.. Jam P. peragratâ *Macedoniâ et Achaiâ* Hierosolyma, ut collectas stipes Hierosolymariis redderet, petere, tum iter *Romam* facere cogitavit Act. 19, 21. 1 Cor. 16, 3. sqq., quod inceptum sic exsequutus est, ut, quum ex Macedoniâ in Achaiam venisset, non rectâ inde in Syriam contenderet, sed Judaeorum insidias devitaturus (metuit enim, ne si Judaei Corinthii se jam in Palaestinam proficisci comperissent ab irâ recenti Judaeos palaestinenses per literas in se concitarent Act. 20, 3.) quaesitâ ambage in Macedoniam reverteretur atque inde in Palaestinam navigaret Act. 20, 1.—21, 17.. Ceterum Hierosolymis in vincula conjectus est, nec vidit Romam prius, quam captivus eo deductus est Act. 21, 18.—28, 16.. Porro P. verba Rom. 15, 25. sq. ejusmodi sunt, ut *in promptu fuisse* pecunias, quas Hierosolyma deportaret, pateat. Eae vero quum epistolae ad Cor. conficerentur in Macedoniâ et Achaiâ adhuc cogebantur 1 Cor. 16, 2. 1 Cor. c. 8. et 9.. Prior ad Cor. epistola Ephesi scripta 1 Cor. 16, 8. 19. tempori tribuenda est, de quo Act. 19, 22. exponitur. Posteriores ad Cor. literae in Macedoniâ confectae sunt 2 Cor. 2, 13. Act. 20, 1.. Quocirca epistola ad Rom. et post utramque ad Cor. epistolam et tum scripta est, quum P. ultimum iter Hierosolyma initurus esset, h. e. aut a. 57. p. C. exeunte, aut a. 58. ineunte (v. Act. 20, 2—6. 16. cl. supra §. 1. not. p. XVII.). *Corinthi* autem P. epistolam ad Rom. Tertio dictasse ex his intelligas: I. Quamquam Lucas Paulum ex Macedoniâ reversum *Corinthum* adiisse non refert, sed eum tantummodo *in Graeciâ* per tres menses commoratum scribit Act. 20, 2., tamen probabile est, eum ultimum illius temporis spatium Corinthi transegisse, et quia Corinthiorum coetus primarius erat in Achaiâ

Digitized by Google

Achaiâ, et quia pecunias Hierosolyma perferendas ibi acceptu-rus erat 1 Cor. 16, 2. sq. 2 Cor. 9, 4., et quoniam commodissi-mus locus erat, unde in Syriam transmitteret Act. 20, 3. 18, 18.. II. Commemorantur in ep. ad Rom. Corinthii, qui partim Ro-manis salutem dicunt, partim a P. Romanis commendantur, Cajus, Pauli hospes, Rom. 16, 23. 1 Cor. 1, 14., Phoebe, coe-tus Cenchreensis diaconissa Rom. 16, 1. et Erastus, qui quae-stor factus Corinthi remansit, Rom. 16, 23. cl. Act. 19, 22. et 2 Tim. 4, 20.. Nempe componitur Erastus 2 Tim. 4, 20. cum Trophimo, quem diutius secum profectum P. in itinere hierosolymitano aegrotum *Mileti* postea relliquit Act. 20, 15.. Est igitur ep. ad Rom. *Corinthi* confecta, paullo quidem ante, quam Ap. ex eâ urbe digressus Macedoniam repetiit, ut se per lon-gam ambagem Hierosolyma conferret Act. 20, 3.. Recte hanc sententiam, quam tantum non omnes interpretes *) probarunt, subjectus epistolae titulus tuetur: *πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης, τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.*

§.

QUA LINGUA EP. SCRIPTA SIT, CONSTITUITUR.

Graece Ap. hanc epist. scripsit. Nam I. P. ut Hellenista et qui Christi Apostolus factus perdiu inter Graecos versatus es-

*) Vanam *Tobleri* (Einige theolog. Aufsätze. Zürich 1796. p. 41. sqq.), qui quum epistolam ad notos *et quos P. antea vidisset* homines di-rigi sibi persuasisset (at v. Rom. 1, 9 — 15. 15, 22 — 32.), Paulum *Romae absolutum* (at cf. supra §. 1. not. p. XVIII.) *Caesareae* Romanis scripsisse perhibuit, opinionem refutavit *Flattus* Progr.: Nonnulla ad quaestionem de tempore, quo P. ad Rom. ep. scripta *sit*, pertinentia. Tubing. 1798.. Perperam autem *Paulum* Heidel-bergensem (Progr.: De originibus ep. Paulinae ad Rom. Paralipo-mena. Jenae 1801. 4. cl. l.: Des Ap. P. Lehrbr. an die Gal. und Römer-Christen. p. 130. et 321. Heidelb. 1831.) Paulum Ap. epi-stolam ad Rom. quum *in aliquo Illyriae oppido* versaretur compo-suisse e Rom. 15, 19. collegisse et manifestum est et permulti mo-nuerunt. Nempe Ap. Rom. 15, 19. loca remotissima, in quae ab Hierosolymis profectus doctrinam div. pertulisset nominare voluit. Multo longius autem tum Illyricum ab Hierosolymis distabat, quam Corinthus, tum, si Rom. 15, 19. *exclusos* terminos putaris, Illyriae fines. Quocirca Ap. sive Corinthi sive quocunque alio loco consti-tutus si ultima loca, quae Hierosolymis termino usus doctrinae div. interpres adiisset, nominare voluit, Illyriam memorare debuit. Quae vir celeberrimus ex interpretatione verborum Rom. 15, 19. — *ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ*, quâ non aliam vidi magis miram („— so daß ich von Jerusalem her und im Cirkel bis (?) in das Il-lyricum — wo ich so eben bin — vollgültig gemacht — im vol-len, besten Sinne verbreitet — habe die Heilsverkündigung von dem Gottgesalbten.") opinionis suae praesidia repetiit digna non sunt, quorum ratio habeatur.

Digitized by Google

set idoneum habuit linguae graecae usum Act. 17, 22. 21, 37. omnesque ejus epistolae graece scriptae sunt. Deinde II. nemo antiquitus dubitavit, quin *graecum* quod habemus opus Paulo assignandum esset. Tum III. graeca verborum conformatio ita comparata est, ut ingeniosum, subtilem et vehementem qui eam dictarit scriptorem ubique facile agnoscas, nusquam interpretis vel negligentiam, vel nimiam diligentiam, vel jejunitatem vel denique errorem deprehendas. Maxime ad permulta l., ad quae in Commentariis animos advertere jussimus, attendendum est, ubi agnominationibus aliisque verborum lenociniis nunc orationi leporem nunc argumentationi vim scriptor quaesivit (cf. v. c. 1, 19. 25. 26. 28. 29. 2, 4. 5. 8. 12. 13. 14. 17. 3, 2. sq. 30. 4, 18. 19. 5, 10. 6, 16. 19. 7, 13. 8, 23. — 35. 9, 17. cl. 22. 12, 3.). Nam e *graecae* linguae usu progerminarunt et si alii linguae includi potuissent *divinum* dicerem interpretem, qui tanto illa ingenio tantaque felicitate imitatus esset. Postremo IV. Paulo Romanis graece scribere licebat. Neque enim Romae deesse poterant, qui quotquot graece nescirent Christianis Pauli epistolam interpretarentur, natione Graeci, quos nonnullos in coetu rom. fuisse probabile est, homines, qui ex multo Graecorum usu haud spernendam linguae graecae scientiam sibi comparassent, ut Aquila, viri non dico doctrinis expoliti, sed liberaliter educati tantoque postea ardore graecam linguam complexi, ut graecas P. literas intelligerent. Sed errares tamen, si tantum non omnes coetus rom. Christianos Pauli literas percepisse ex eo cum nonnullis concluderes, quod homines ingenui tum graece balbutire, quam latine loqui Romae maluissent *), non magis quam si quis nunc elegantes homines, qui de rebus in vitâ communi obviis francogallice garrire didicissent, accuratam intellectuque difficilem epistolam, quae de rebus divinis francogallice scripta iis reddita esset, non posse non intelligere argumentaretur. Olim Pontificii, ut Vulgatae auctoritatem adjicerent, Paulum aut latine Romanis scripsisse finxerunt (sic *Salmeron*, non *Bellarminus*, qui de verbo Dei l. II. c. 7. omnes P. epi-

*) Ovidius De A. A. II, 121. Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes | , cura sit, et linguas edidicisse duas. Tacit. Dial. de oratoribus c. 29. init. At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae —. Martialis Epigr. XIV, 58. Rusticus es? nescis quid Graeco nomine dicar, | Spuma vocor nitri: Graecus es? *αφρόνιτρον*. Juvenalis Sat. VI, 185. Nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla | Formosam, nisi quae de Tuscâ Graecula facta est? | De Sulmonensi mera Cecropis? Omnia graece | Quum sit turpe magis nostris nescire latine. | Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas | , Hoc cuncta effundunt animi secreta: quid ultra? | Concumbunt graece.

Digitized by Google

stolas exceptâ ep. ad Hebr. graece scriptas esse defendit), aut epistolam graece dictatam statim a Tertio in latinam linguam conversam latinamque Tertii interpretationem Romanis redditam esse perhibuerunt (Cornel. a Lap. Comment. p. 27.). Videlicet Romanis latine scribendum fuisse sumserunt firmaruntque suum commentum eo, quod Tertius, P. amanuensis 16, 22., *latinum* nomen gereret! Nihilo melior *Bertholdti* Einl. p. 3287. sq. opinio est, qui *Bolteno* assensus P., linguae graecae ignarum, omnes epistolas *aramaice* scripsisse, epistolam autem ad Rom. Tertium in graecam linguam transtulisse 16, 22. (!) putavit. Nempe l. dictiones, quae hebraicarum et aramaicarum loquutionum umbram referant, non offendunt in P., viro sacris Judaeorum disciplinis initiato: II. ad *ἀββᾶ* Rom. 8, 15. (ubi v. not. cl. Marc. 14, 36.) temere provocatum est: III. Rom. 1, 5. non erravit interpres, quod חִנָּא *decus, dignitatem* male verterit *χάριν*, sed *Berth.* peccavit. Nam חֵן, חִנָּא, quemadmodum *χάρις*, *venustatem* sane declarat, *dignitatem* non significat.

ζ.

DE EPISTOLAE INTEGRITATE.

Quam nunc habemus in XVI. capita dispertitam ad Rom. epistolam ea integrum quoddam P. opus est uno tenore in Romanorum usum confectum et quod multis elapsis seculis non tantam injuriam expertum est, ut vel aliqua ejus pars intercideret vel alienis capitibus a librariis interpolaretur. Nam I. Cdd., versiones vetustae et PP. eccles. sedecim illis capitibus unam ad Rom. epistolam absolvi documento sunt. Marcioni, famoso librorum ss. interpolatori, qui auctore Origene (Rufino) ad Rom. 16, 25. et nobilem doxologiam 16, 25.—27., et totam caput 15. et 16. expunxit, nulla fides est. Credibile est, hominem quaecunque suis opinionibus adversarentur licenter eradere suetum doxologiam ob v. 16, 26. — *διά τε γραφῶν προφητικῶν — γνωρισθέντος* et cap. 15. et 16. idcirco abjecisse, quod *ineunte* cp. 15. (v. 1.—11.) nonnulla V. T. l. citantur. Tertullianum c. 15. et 16. ab ep. ad Rom. seclusisse minime ex eo efficitur, quod adv. Marc. 5, 30. p. 319. ed. Bas. locum Rom. 14, 10. ita tetigit, ut eum in epistolae *clausulâ* legi diceret. Disputavit enim cum Marcione, qui truncatâ nostrâ epistolâ Rom. 14, 10. sane habuit in clausulâ. Ruthalium autem quoque l. epistolae argumentum exposuit c. 16. silentio transiit (v. *Zacagnii* Collectanea monum. veterum ecclesiae gr. et lat. Romae 1698. 4. p. 573. 576.) c. 16. ad ep. ad Rom. rettulisse ex eo cognoscimus, quod hujus cp. versibus numeratis epistolae ad

Digitized by Google

Rom. 920. *στίχους* tribuit p. 537.. Restat *Codex latinus*, qui fidejussore *Wetstenio* II, 91. *habet capitula ep. ad Rom. 51. et in cp. 14. desinit.* Sed neque quemnam ille dixerit Cd. latinum liquet neque ubi asservetur scimus. Quare utrum mutilus sit, an Marcionis editionem exprimat (*Wetst.*), an vetustam Lectionarium, quod c. 15. et 16. excluserit, referat (*Reich.* I, 1.) decerni nequit. Deinde II. et ipsum ep. argumentum omnia quae nunc epistolâ ad Rom. continentur eodem tempore Romanis scripta esse testatur (v. §. 3. *β.*), et ultima in his literis sic respondent primis, ut unam Pauli Romanis missam epistolam ad nos propagatam esse appareat. Bene posterior ep. pars 12, 1. cum priore connectitur et c. 15, 1. cum c. 14. cohaeret (v. Comment.). Rom. 15, 22. sqq. cum 1, 9. sqq. prorsus concordat. Quae 15, 14. sq. et 16, 22. leguntur ejusmodi sunt, ut ea ad longiorem, quae praecedit, ep. ad Rom. pertinere in promtu sit. Denique III. quae ex ultimis ep. capitibus allata sunt, quibus nonnulla nunc in unam ep. digesta aut alio quam quae Rom. c. 1.—11. (s. c. 1.—14.) leguntur tempore Romam scripta aut aliis potius hominibus, quam Romanis, destinata esse ostenderetur, nullam vim habent. Nam *α.* incerta doxologiae sedes, quam alia subsidia in fine c. 14., alia in ep. clausulâ 16, 25.—27. exhibent, diversorum corporum membra, ut unum corpus efficerent, male conglutinata esse minime docet, quandoquidem non solum doxologiam et a P. profectam esse et in ep. ad Rom. collocatam facile demonstres, verum etiam quo eam epistolae l. Ap. posueris liquido confirmes (v. infra). Neque *β.* bonorum vetorum, quae lectoribus valedicentium sunt, iteratio (15, 33. 16, 20. 24.) caput 15. et 16. aut epistolas diversis temporibus ad Rom. consignatas, aut epistolarum ad nescio quos alios homines datarum fragmenta compleoti probat. Quemadmodum enim finem epistolae impasituri nonnulla saepe addimus, quae carissimo amico non dixisse nos poeniteat, tum vel dictâ salute alia, quae amicum non minus scire volnerimus adspergimus, sic P. quoque facere potuit Phil. 3, 1. 4, 1. 9. 20. 23.. Postremo *γ.* hoc nonnullos offendit, quod P. tot familiares et cognatos tum Romae habuerit, quot 16, 3. sqq. ab eo salutantur, quum praesertim eorum mentionem neque Lucas fecerit Act. c. 28., neque P. in epistolis Romae scriptis Col. 4, 14. 2 Tim. 4, 10. 16. 21. (v. Van. *Schulzius* in Stud. und Krit. 1829. p. 609. sq. et v. *Schottus* Isag. p. 249.). Sine idoneâ causâ. Nam, ne superiora dicta (§. 3. *α.* fin.) repetam, fieri sane potuit, ut quum P. Romam venisset nonnullos non inveniret, qui tribus annis ante quum literas Romam daret ibi fuissent. Praeterea nihil obstat, quominus nonnullos ex illis tum quoque Romae fuisse putemus 2 Tim. 4, 21.. Certe Timotheum P. non aliam ob causam Ro-

Digitized by Google

nam arcessivit, quam quod amico destitueretur, qui *intimâ* familiaritate secum junctus *totus* sibi viveret 2 Tim. 4, 9. sqq.. Non rectius *Schulzio* et *Schotto* illud suspicionem movit, quod Aquila et Priscilla Claudii interdicto Româ ejecti Act. 18, 2. sq. quum prior ad Cor. ep. scriberetur domicilium Ephesi collocassent 1 Cor. 16, 19. Act. 18, 19. 26., iidem paullo post quum literae ad Rom. darentur Romae habitassent Rom. 16, 3., denique quum P. Romae posteriores ad Tim. literas conficeret rursus in Asiâ minori et quidem, ut videtur, Ephesi vixissent. Tantum enim spatii (et sufficit quattuor mensium) inter ep. I. ad Cor. et epistolam ad Rom. interjectum est, quanto opus erat, ut et *Romam* abirent Aquila et Priscilla et P. quo loco eorum res ibi essent comperiret. Quod autem tribus exactis annis Aquila et Priscilla rursus in Asiâ minori fuerunt, mirum non videtur. Multa enim fingas, quae ut pristinum domicilium aut reviserent aut repeterent eos movissent, v. c. negotia cum Ephesiis contracta, opificii, ex quo plus lucri Ephesi quam Romae facerent, rationes, alia.

Nihilominus haud pauci VV. DD. epistolam ad Rom. quae nunc circumfertur e pluribus vel epistolis vel scriptis conflatam esse sibi persuaserunt. *Heumanni* (Erkl. des N. T. VII. 7. sq. 538. sq.), *Semleri* (v. Diss. de duplici appendice ep. P. ad Rom. Hal. 1767. pone *Semleri* Paraphr. ep. ad Rom. Hal. 1769. cl. *Koppii* Exc. II. ad ep. ad Rom.), *Pauli* (v. De originibus ep. ad Rom. Jen. 1801. et Des Ap. P. Lehrbr. an die Gal. u. Röm. Christen. p. 350.) et *Eichhornii* (Einl. III, 232.—246.) opiniones a multis explosas (v. *Bertholdti* Einl. p. 3289. sqq. et *Reich.* I, 11. sqq.) neminique ignotas silentio licet praeterire. Sed ne *Schulzio* quidem et *Schotto* assentior. Quorum ille argumentis, quae paullo ante refellere studui, nixus Paulum caput 16. *Romae ad Ephesios* scripsisse conjecit l. c. p. 612.. *Schottus* autem iisdem rationibus adductus l. c. p. 251. cap. 16. e diversis alius cujusdam brevioris, maximam partem amissae, epistolae, quam P. Corinthi ad coetum quendam asiaticum scripserit, fragmentis ita compositum esse statuit, ut singulis quae haec fragmenta continerent schedulis sensim sensimque repertis continuâ serie unum adjiceretur alteri. Primum fragmentum facit 16, 1—16., secundum v. 17—20. hâc lege, ut qui fragmenta collegerit, Paulum h. l. epistolam solemnibus v. finiisse ratus vocc. v. 20. ἡ χάρις κ. τ. λ. ipse adjecerit, tertium v. 21—24. et quartum v. 25—27., quod ex aliâ quadam ep. parte ceteris amissis (mire opinor nec sine numine) conservatum fragmentorum compositor clausulae 16, 24. addiderit, sed alii post 14, 23. (cur hic potissimum?) inserere maluerint. Si casu, miro sane acciderit, ut salutationes, quae nisi eorum qui salutati

Digitized by Google

sunt neminis animum recreare potuerunt, conservarentur, ingeniosae Apostoli disputationes et salutaria praecepta exceptis paucis versibus 17—20., 25—27. perirent. Deinde si doxologiam utique Romanis scriptam esse ostendi potest, *Schotti* conjectura continuo corruit.

Superest, ut epistolam ad Rom. alieno capite a librariis interpolatam non esse doceam. Quod factum esset, si doxologia 16, 25—27. adulterina esset. Eam fortasse spuriam esse quum nullis additis rationibus dixissent *Schmidtius* (Einl. ins N. T. p. 227. et *Vaterus* ad N. T. p. 493. 494., nuper *Reichius* frigidam, contortam et ineptam doxologiam 16, 25.—27. ab homine, qui locum Judae 24. 25. imitari voluisset e paullinis formulis absurde consarcinatam esse iis argumentis efficere conatus est II, 527. sqq. I, 6. sq., quibus, si satis firma visa fuerint, Pauli epistolas ineptum hominem ex Apocalypsi composuisse nullo negotio demonstres, accessitque *Reichio* de *Wettius* in brevi nostrae ep. interpretatione (Leipz. 1835), quam V. D. admodum festinanter conscripsit. Recte hos versus, quibus in toto Paulo non alios magis paullinos invenias, Paulo vindicavit *Koellnerus* p. 419. vereque judicavit b. *Schottus* Isag. p. 250. „Quominus hanc doxologiam spuriam censeamus, indoles ejus *prorsus paullina* impedit." Vide etiam *Boehmium* p. 206.. Itaque ut totum hunc locum hic absolvamus *tripartita* erit nostra disputatio. Nam primum quidem doxologiae interpretationem e commentariis sumtam h. l. ponemus, ex quâ illam et Paulum auctorem habere et ad ep. ad Rom. pertinere elucebit. Deinde quo eam epistolae ad Rom. l. Ap. posuerit dispiciemus. Postremo causas exquiremus, quibus ducti librarii doxologiam suo motam loco in alium locum conjecerint.

Doxologia haec est: 25. *Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου*, 26. *φανερωθέντος δὲ νῦν διά τε γραφῶν προφητικῶν κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος*, 27. *μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.*

Κατά prius v. 25. *quod attinet ad* (11, 28. Hebr. 9, 9. Soph. Trach. 102. *ὦ κρατιστεῦων κατ' ὄμμα*) valet arcteque cum v. *στηρίξαι* cohaeret (*Boehm. Rueck.*). Loquutio autem confirmare aliquem *quod ad alicujus doctrinam attinet* sensu cum hâc dictione congruit: confirmare aliquem *in alicujus doctrinâ* (*Syr.*, *Vatabl.*, *Grot.*). *Τὸ κήρυγμα Ἰ Χρ.* neque doctrinam *quam Christus quum inter homines viveret tradidit* (*Theophyl.*, *Grot.*, *Wolf.*, *Kopp.*, *Boehm.* al.), neque doctrinam *quae de Christo exponit* (*Syr.*, *Calvin.*, *Tholucc.*, *Rueck.*, *de Wettius* al.) declarat. Illa ratio non propterea

repudianda est, quod vaniloquentiam nescio quam inferat (*Reich.* II, 530.: neque enim is erat P., qui se genuinam Christi doctrinam tradere quia jactantiae crimen extimesceret dicere nollet 1 Cor. 3, 10 sq. Gal. 1, 8.), sed quod cur h. l. suum evangelium cum Christi institutione amicissime conspirare Ap. observarit causa nulla apparet. Hoc autem consilium idcirco improbo, quia cur P. quod doctrinae suae argumentum esset hîc diligenter dixerit non magis intelligitur. Tu expone *exhortationem*, *quam Christus Paulo*, ut homines evocaret, *mandavisset* (expende 2 Tim. 4, 17. Tit. 1, 3. cl. Act. 26, 17.). Sic P. v. κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου exaratis quam nihil sui haberet recordatus, *suum* evangelium non esse nisi evocationem a Christo suae fidei commissam modestiâ adductus verbis καὶ τὸ κήρυγμα Ἰ. Χρ. monuit aptissime (1 Cor. 15, 8.). Neque minus apta est Dei circumloquutio τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κ. τ. ε. μ. κ. τ. κ. Ἰ. Χρ. in clausulâ epistolae, quam hoc fine P. composuisset, ut Romanos in Christi doctrinâ corroboraret (1, 11. v. supra §. 3. β.). Ad hanc enim sententiam redit: is autem Deus pie celebretur, qui vobis in meâ doctrinâ et (genuit hanc ubertatem Ap. pietas, v. supra) in exhortatione a Christo mihi creditâ corroboratis meum, quod his literis exsequi studui, consilium fortunare potest. Quae qui tenuerit quanti sint *Ruckkerti*, *Reichii* et *de Wettii* observatiunculae faciendae facile intelliget: quid sit στηρίζειν τινὰ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον dici vix posse (*Reich.* I, 6. II, 529.): ineptam esse duarum rerum compositionem in v. τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰ. Χρ. (*Reich.* I, 6. II, 530.): voce. κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου apta non esse tum quia neque Pauli evangelium aliorum hominum doctrinae hîc opponatur Gal. 1, 6. sq., tum quoniam P. Romanorum coetum non condiderit (*Rueck.* p. 648., *Reich.* II, 530., *de Wettius* p. 157.): itaque jejunum doxologiae auctorem illa v. e Rom. 2, 16. sumsisse videri *Reich.* 1, 6.. Sententiam quâ opus est (confirmare *in* evangelio) sic quoque indipiscaris, ut κατά cum v. στηρίξαι arcte consociatum secundum i. e. *ad normam* exponas h. r.: qui potest vos confirmare *ad normam mei evangelii* h. e. *tam firmos reddere*, *quam mei evang. regula poscit*, cujusmodi homines exacte faciunt, quae postulo (v. *Theophyl.*: — στηρίξαι· πῶς; κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, τουτέστιν ἵνα κατέχητε ἃ διδάσκω. cl. *Chrys.*, *Theodoreto*, *Wolfio*, *Koellnero* al.). Hoc vero contortum. Minus etiam κατὰ τοπικόν (Soph. Oed. R. 636. εἶναι κατὰ στέγας. Luc. D. D. 20, 13. καὶ ἄστυ ζῆν) h. l. admitti potest, ut quia recte dicatur στῆσαί τινα κατὰ τόπον re ad animum translata στηρίζειν τινὰ κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν τινος alicujus animum in alicujus doctrinae tanquam loco et fundo firmum collocare explices. Hoc enim magis etiam contortum videtur. Ceterum errant qui κατά, quod sit *secundum*, laut, a voce. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑ. στηρίξαι suspendunt (*Luther.*, *Reich.*). Nam jejunam in hunc l. invehunt sententiam; quandoquidem *posse* Deum homines corroborare ita cuivis tum persuasum fuerit, ut mirum videretur, si P. hoc esse aliquod (haud dubie praecipuum) suae institutionis caput h. l. asseveraret. V. κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου, quae quoniam neque recte intelligi neque ab aliquo verbo suspendi possint personatus Paulus ex Eph. 3, 3. male arripuit judice *Reichio* I, 6., pendent non a solo v. στηρίξαι ut vocabula antecedentia, sed a verbis τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι h. s.: qui *potest* vos *corroborare* in — *secundum* (zufolge) *patefactionem arcani* h. e. postquam facta est patefactio arcani i. q. ἐπεὶ ἀπεκαλύφθη μυστήριον. Ut μυστηρίου, quod eodem jure, quo passim νόμος *lex mos.*, sine Articulo ponitur (quamquam quia sequitur accu-

Digitized by Google

rata arcani descriptio non reprehendam qui μυστήριον ein Geheimniß cum *Rueck.* vertere maluerit) ad arcanam Christi doctrinam (Grot. v. Eph. 6, 19.), non ad arcanum doctrinae christ. caput, quod est de gentilium ad Christianorum jura invitatione (*Beza*, *Bengel.*, *Boehm.*, *Flatt.* al. cl. Eph. 3, 6. Col. 1, 27.) referamus ipsa sententiarum ratio flagitat, quae haec est: ei qui potest vos confirmare *in evangelio*, postquam *arcanum Christi evangelium* retectum est —. Ne Articulum κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν expetas contende 1 Petr. 1, 7.. ubi ἐν ἀποκαλύψει Ἰ. Χρ. de *solemni Christi reditu* legitur. Sed quam P. arcani patefactionem memorat, ea Christi ad homines adventu continetur 2 Tim. 1, 10.. Mire eam *Chr. Fr. Schmid.*, *Boehm.* al. ad div. monitum, per quod *Paulus* evangelium edoctus est Gal. 1, 12. 15. rettulerunt. Nonnihil contorti habere praeverbii κατά diverso sensu repetitionem concedo. Sed num minus contorte Ap. scripsit Rom. 3, 23 sq. Eph. 1, 5. sq. 11 sq. et saepe alias? Interpretum commenta, qui hunc l. aut *utcunque* reddiderunt aut quum quid syntaxis leges postularent nescivissent valde perverterunt percensere nolo. Sed ne lector cujusmodi sint ignoret pauca delibabo. Syrus non Pauli v., sed haec vocc. expressit: — κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, ὃ κηρύσσεται περὶ Ἰησοῦ Χρ. ἓν ἀποκαλύψει (κατ' ἀποκάλυψιν) μυστηρίου —. *De Wettius* quum *Rueckerto* obsequutus κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου cum v. καὶ τὸ κήρυγμα Ἰ. Χρ male junxisset temere supplevit τὸ γενόμενον ante κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου „welche Predigt erfolgt iſt durch Offenbarung eines Geheimniſſes —." *Lutherus* licenter vertit: — laut meines Evangelii und Predigt von Jeſu Chr., durch welche das Geheimniß geoffenbart iſt —. Nunc P. arcani rationes explicat dicitque id χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένον, φανερωθὲν δὲ νῦν i. e. *sempiternis temporibus* (Dativus tempus notat, per quod aliquid factum sit Soph. Trach. 596. Act. 8, 11.) *silentio abrutum* (σιγᾶν τι tacere aliquid, v. Eur. Med. 81. cl. Iph. T. 1076.), in lucem autem nunc (np. postquam Christus Dei legatus ad homines venit Eph. 3, 11. v. supra) protractum. Saue *simpliciter* haec P. dixit. Patet enim arcanam Dei doctrinam tum primum auditam esse, quum Christus eam traderet et Apostoli constituti essent, qui eam docerent Tit. 1, 3.. Qui Pauli orationem aut eo excusarunt, quod V. T. prophetae suorum sententiam oraculorum ipsi non satis percepissent (*Calvin.* cl. 1 Petr. 1, 12. 2 Petr. 1, 20.), aut eum *comparate* loquutum voluerunt, quum τὸ μυστήριον per aeternitatem silentio tectum nunc in lucem prolatum dici putarent, quia et multo melius et a pluribus hominibus nunc intelligeretur quam olim, ubi non nisi e prophetarum oraculis, quae nimis essent obscura, peti potuisset (*Calv.* deinceps, *Bengel.*: „V. T. est tanquam horologium in suo cursu tacito; N. T. est sonitus et pulsus aeris:" *Morus*, *Flatt.* al.), ii partim τὸ μυστήριον male ad paganorum invitationem rettulerunt (v. supra), partim Paulum non de arcanae Dei doctrinae praedictione, sed de *ipsâ* Christi doctrinâ hîc commoto animo loqui non attenderunt. Χρόνους αἰωνίους Ap. dixit quidquid fuit temporis ante Christum Eph. 1, 4. Col. 1, 26. cl. 2 Tim. 1, 9. Eph. 3, 11. 1 Cor. 2, 7.. Magis nunc exponit Ap. φανερωθέντος δὲ νῦν verbis διά τε γρ. πρ. — γνωρισθέντος, quibus arcani notitiam ad omnes nationes perlatam esse ita monet, ut *quibus praesidiis* (διὰ γρ. πρ.), *cujus mandatu* (κατ' ἐπιταγὴν τ. αἰων. θ.) et *quonam consilio* (εἰς ὑπ. π.) id factum fuerit adjungat. Τε, quod D. E. 34. 87. Syr. Erp. Copt. Aeth. Arm. Slav. Vulg. Clar. Germ. Chrys. et nonnulli PP. lat. excludunt, nullo pacto expungi potest. Necessaria enim copula est, quae duo Parti-

Digitized by Google

cipia φανερωθέντος et γνωρισθέντος connectat (*Beza*). Quominus autem obliterato τε post προφητικῶν ex Syr., Erp., Aeth. καί inseramus duo impediunt: unum, quod illi interpretes aut quum in suis Cdd. τε non invenissent, deinceps καί suo arbitratu adjecerunt, quoniam copulâ opus esse intellexissent, aut, quum in suis libris καί e καὶ natum reperissent, τε deleverunt, vocem supervacaneam: alterum, quod v. φανερωθέντος δὲ νῦν διὰ γρ. πρ. falsam fundunt sententiam. Neque enim arcanam Dei doctrinam prophetarum scripta in lucem protraxerunt, sed Christus et Apostoli ab eo constituti Eph. 3, 10. Col. 1, 26 sq. Tit. 1, 3.. Quod il antiquitus senserunt, qui (*Orig.* ter et *Hieron.* ad Eph. 3, 5.) καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρ. huic l. post προφητικῶν ex 2 Tim. 1, 10. inseruerunt. Proba est loquutio γνωρίζειν τὸ μυστήριον εἰς πάντα τὰ ἔθνη notum facere (Eph. 6, 19.) arcanum *in* omnes nationes (v. *Bernhardy* Wissenschaft. Synt. p. 217. Marc. 14, 9, Joh. 8, 26.), neque εἰς i. q. πρός (Phil. 4, 6.) h. l. valere putabit quicunque non de uno quodam homine, sed de multis hominibus, *in quos* arcani notitia *profecta sit*, hîc agi meminerit. *Omnes* autem nationes ὑπερβολικῶς pro animi sui concitatione Ap. commemoravit pro multis. Sed quod *per prophetarum scripta* (v. ad 1, 2.) arcani notitiam in omnes nationes perlatam P. contendit, hoc sibi voluit, V. T. libros a prophetis divino impetu scriptos adhibuisse Apostolos, quibus esse Christi doctrinam τὸ μυστήριον τοῦ θεοῦ generi humano divinitus promissum ipso Deo teste prolato ostenderent Luc, 24, 27. Act. 17, 2 sq. 28, 23. 1 Cor. 15, 3. sq. al.. Ceterum neque hoc temere P. observavit, neque Dei arcanum per prophetarum libros *sempiterni Dei mandatu* (1 Tim. 1, 1. Tit. 1, 3. 2 Cor. 8, 8.), *ut Christi doctrinae fidem poscenti obsequium praestaretur* (Rom. 1, 5.) in omnes nationes disseminatum esse sine idoneâ causâ adjecit. Nempe quum v. καὶ ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ tantum non otiosa sunt arbitro *de Wettio*, tum mire languet αἰωνίου (cf. *Reich.* II, 532.). Quin aptissimum est attributum αἰωνίου, quandoquidem arcanum *sempiternis* temporibus silentio praeteritum Deus gubernare non potuisset, nisi esset *sempiternus*. Tota autem sententia: Dei arcanum aeternis temporibus silentio obrutum nunc retectum esse *et per prophetarum scripta sempiterni Dei mandatu ut Christi doctrinae fidem postulanti obediretur* in omnes nationes propagatum: eo valet, ut quod Paulus et Apostoli Dei arcanum sempiternis temporibus tectum se afferre dicerent, id ipsum eos evulgare, quippe quod neque Apostoli ipsi excogitassent neque suâ auctoritate divulgarent et eo referrent, quo omnia Dei consilia dirigentur, ut Christi doctrinae fidem poscenti obtemperaretur (Rom. 1, 5. 3, 21. 22. al.), lectores sentirent. Praeterea cur Dei arcanum sempiternis temporibus silentio obliteratum tum temporis patefactum esse Ap. h. l. dixerit *Reich.* II, 529. se intelligere negavit. Scilicet quam beati essent praedicandi sui aequales, quod dum viverent arcanam Deus doctrinam evulgasset patrum avorumque tempore et per tot seculorum decursum silentio obrutam et P. ipse sensit et lectores sentire voluit Eph. 3, 5. Col. 1, 26. Tit. 1, 3. 1 Petr. 1, 10 sq.. Quocirca P. sententia haec est: is autem pie celebretur, qui potest vos (quod equidem his literis effectum reddere studui) pro suâ omnipotentiâ in Christi doctrinâ corroborare, postquam vestrâ aetate beatus dies illuxit, quo arcana Dei doctrina, sempiternis temporibus silentio obruta, patefacta et (ne vobis arcanam illam doctrinam ab Apostolis offerri dubium sit) *per prophetarum libros sempiterni*

Digitized by Google

Dei mandatu ut fidem poscenti doctrinae obediretur in omnes nationes disseminata est. *μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰ Χρ.*] Appositio, quâ P. Dei circumloquutionem v. 25. ita illustrat, ut Dei virtutem (sapientiam) memoret, cujus eum quae de arcanâ Dei doctrinâ v. 25. 26. monuerat commonefecissent. Ut *Theophylacti* opinionem, qui tum *τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι διὰ Ἰησοῦ Χρ.*, tum — *εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος διὰ Ἰ. Χρ.* strui posse sibi persuasit et similia aliorum commenta refellam non opus est. Item male v. sic copules: *μόνῳ σοφῷ θεῷ ἡ δόξα διὰ Ἰ. Χρ. εἰς τοὺς αἰῶνας* (*Syr.*, *Luth.*, *Beza*, *Grot.*, *Heum.*, *Morus* al.), quandoquidem quod sequitur ᾧ neque deleri potest cum *Beza* et *Grot.*, neque ex Hebraismo redundat (*Wolf.*, *Boehm.*, al.). Quare vocc. *διὰ Ἰ. Χρ.* nisi ex v. *μόνῳ σοφῷ θεῷ* apta esse nequeunt. Praebent autem v. *soli sapienti per Jesum Chr. Deo* non hanc sententiam: Deo, qui solus sapiens est per Christum, quum Christo interprete usus sit qui Deum solum sapientem esse hominibus diceret (*Rueck.*, *Koelln.*, *de Wettius*). Haec enim sententia pro hujus l. indole frigidior est. Imo v. *soli sapienti per Jesum Chr. Deo* hoc enuntiant: Deo qui solus sapiens per Jesum Chr. est eatenus, quatenus Christus Dei doctrinâ, quae omnes sapientiae thesauros reconditos haberet Col. 2, 3., cum hominibus communicatâ effecit, ut homines solum sapientem Deum esse persentirent. Nempe quoniam quidquid sapientiae est Christi doctrinâ continetur, ipsi angeli rerum christ. cognoscendarum cupiditate flagrant 1 Petr. 1, 12. voluitque Deus *regionum caelestium* principibus per Christianorum coetum *in terrae orbe* constitutum suam sapientiam innotescere Eph. 3, 10.. Recte autem P. illam sententiam h. l. eloquutus est. Nam neque arcanae Dei doctrinae, quae quum sempiternis temporibus in silentio jacuisset suâ aetate evulgata esset, mentio non potuit hanc Paulo cogitationem injicere, nihil eâ doctrinâ, quam Deus nihil non sapientissime instituere solitus tot seculis silentio tectam nuper demum, ut genus humanum bearet, promulgasset sapientius aut perfectius aut quod ad majorem maturitatem pervenisset fieri posse, et iterum iterumque P. sapientissime Deum rem sic gubernasse, ut omnes homines *per Christum* felices evaderent in hâc epistolâ monuerat 5, 12 sq. 11, 25. sq.. Nunc levem *Reichii*, viri egregii, sed qui hîc valde festinavit, disputationem exagitemus. Is attributum *σοφῷ* h. l. ineptum (v. supra) jejunum hominem, qui doxologiam e diversorum locorum pannis consarcinaverit, ex Jud. 25. repetivisse perhibuit II, 532.. At *σοφῷ* et *h. l.* genuinum esse ex Cdd. consensu cognoscas, et Jud. 25. 1 Tim. 1, 17. e nostro sumtum loco librarios addidisse res ibi et variantes lectiones docent. Tum v. *διὰ Ἰ. Χρ.* *Reichio* judice sensu destituuntur hausitque ea personatus Paulus ex Jud. 25., diversae indolis loco et cujus non bene meminisset (sic. cf. supra). *ᾧ ἡ*] om. 33. 72. | *αὐτῷ ἡ* 31. 54. Chrys. ms. et in Mt. 3. 8. ed. Colinaei. Nihil his auctoribus tribuendum, ut vel ᾧ expungas (*Beza* scripsit: — *μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰ. Χρ. ἡ δόξα κ. τ. ἑ.*), vel *αὐτῷ ἡ* (Eph. 3, 20 sq.) recipias. Nam difficultas in ᾧ sita fecit, ut ea vox aut praetermitteretur aut mutaretur. Neque eorum commenta, qui ᾧ vel redundare (v. supra), vel i. q. *αὐτῷ* valere (*Beng.*, *Flatt.* al.) vel h. l. per *καὶ αὐτῷ* resolvendum esse dictitarunt, digna sunt quae refutentur. Tu ne secus hunc l. explices haec maxime considera: ita tum Paulum incipere verbis v. 25. *τῷ δὲ δυναμένῳ κ.τ.ἑ.* (Eph. 3, 20. sq. Jud. 24.), tum interjectis nonnullis sententiis interruptum orationis filum v. 27. appositione *μόνῳ σοφῷ θεῷ δ. Ἰ. Χρ.* resumere, cum ut *Deum* celebrare voluisse in promtu sit (Jud. 25.). Quamob-

Digitized by Google

rem ᾧ ad *Deum*, de quo potissimum h. l. exponitur (Hebr. 13, 21.) pertinet et fallitur *Tholuccius*, qui Paulum quum Deum celebrare secum constituisset multis v. interpositis ita a suo consilio discessisse putavit, ut laudibus *Deo* tribuendis per anacoluthon *Christum* deinceps afficeret. Neque minus eos errare patet, qui Paulum, quum τῷ δὲ δυναμένῳ — μόνῳ σοφῷ θεῷ scriberet quidvis aliud agere potius quam Deum laudare voluisse opinati deinde per anacoluthon prius Dei laudes celebrasse statuerunt, quam verbum addidisset, unde Dativi τῷ δὲ δυναμένῳ — μόνῳ σοφῷ θεῷ regerentur. *Erasmus* Paulum scribere voluisse credit εὐχαριστῶμεν (*gratias agamus*), *Er. Schmidius* et *Gloecklerus* συνίστημι ὑμᾶς (παρατίθεμαι ὑμᾶς Act. 20, 32.) *commendo vos*, *Koppius* προσεύχομαι περὶ ὑμῶν, ἵνα — *precor propter vos ad eum, qui* —, *ut* —. Haec ridicula. Neque *Zegeri* opinio non absurda, qui Dativos ab Ἀμήν v. 24. suspendit: *Amen autem ei sit, qui* —. Imo P., qui dicere debuerat: τῷ δὲ δυναμένῳ — μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰ. Χρ., ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας., periodi amplitudine in ante dictorum oblivionem adductus, quum aliquam sententiam de Deo, *plenam per sese* sed quae Dei laudes nondum celebrasset posuisse sibi videretur, per anacoluthon Dei laudes attexuit: — — cui (Deo) debita laus in aeternum tribuatur! Simile obtinet anacoluthon Act. 24, 5. 6. — ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν (dicendum fuerat ἐκρατήσαμεν αὐτόν). Tum si ab anacolutho discesseris, recte cum h. l. contendas 2 Tim. 4, 18. Hebr. 13, 20. 21. — Ceterum *Reichii* sententia, quam et hic et alio l. (v. Allgem. L. Z. 1835. N. 222.) evertere studui, parum probabilis est per sese. Nam homo, qui Paulo *doxologiam* supponere voluisset, non eam ex formulis composuisset, quas undique, h. e. tum e Pauli tum ex aliorum scriptis corrasisset, sed ex *solis Pauli doxologiis* temere eam conflavisset. Deinde quum ejusmodi homines maxime usitatam et quasi rotundam verborum constructionem consectari soleant, nugator anacoluthon ᾧ ἡ δόξα κ.τ.λ. haud dubie devitasset, quod praesertim in nullâ Pauli doxologiâ invenisset. Tum interpolationes ex summâ lectionis inconstantiâ cognoscuntur. At in totâ doxologiâ ne una quidem varietas est, quâ sententiae summa mutetur. Denique Pauli imitator jejunam, verbosam et aliunde expressam doxologiam componere potuit: doxologiam tam novam, tam expeditam et quam pium virum commoto animo subito scripsisse, non frigidum compilatorem laboriose contexuisse facile sentias, sententiis paullinis tam refertam et argumento epistolae ad Rom. tam accommodatam conficere non potuit.

Duo, nisi fallor, nostra doxologiae interpretatio demonstrat: *Paulum* esse doxologiae auctorem et in aliquo *epistolae ad Rom.* l. eam scriptorem posuisse. Rectissime enim P. in ep., quâ Romanos in Christi doctrinâ corroborare voluisset 1, 11. sq. Deum eum esse dixit, qui lectores in illâ doctrinâ confirmare posset 16, 25.. Neque minus recte P. Romanos, quos se per literas Apostolum jure suo commonere ex eo ostenderat, quod ut *omnes nationes* doctrinae christ. obsequentes redderet factus esset Apostolus 1, 5., ad pietatem et gratiarum actionem eo adducere conatus est, quod arcanam Dei doctrinam nuper demum promulgatam per prophetarum scripta aeterni Dei mandatu, ut ei obtemperaretur, cum *omnibus* (multis) *nationibus neque non cum Romanis* communicatam esse monuit 16, 26.. Sequitur, ut *in quo ep. ad Rom. l.* P. doxologiam collocaverit anquiramus. Nempe doxologiam in c. 16. calce exhibent B. C. D. a p. m. E. 16. (quod e *Wetstenii*, qui hunc Cd. contulit, silentio colligitur) 66. (eras-

Digitized by Google

micae editionis apographum, quod doxologiam *ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις* in fine c. 14. inveniri docet) 80. (fortasse etiam 31. 73. cf. infra) Cdd. Origenis (Rufini) ad Rom. 16, 25. Cdd. ap. Erasm. Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. ms. et ed. Germ. Ambrosiast. Pel. ceterique latini. Hos auctores *Erasmus*, *Stephanus*, *Beza* ed. 3—5., *Beng.*, *Kopp.*, *Knapp.*, *Boehm.*, *Tittm.*, *Lachm.* aliique sequuti sunt permultique id jure factum esse defenderunt, ut *Wolf.*, *Bertholdt.* Einl. p. 3303. sq., *Gablerus* (v. *Griesbachii* Opusc. acad. II. Praef. p. XXIV.), *Rinck.* Lucubr. crit. p. 135. sq. al.. | Deinde doxologiam post 14, 23. habent A. J. et cdd. cifris insigniti 91. h. e. cdd. *minusculis* literis scripti omnes exceptis tantum *α*. cdd. 16. 66. 80. (v. supra) *β*. cdd. 31. 73. (v. infra) *γ*. cdd. 27. 53. 64. qui hanc epist. non habent *δ*. cdd. 25. 28. passim mutilis et *ε*. cdd. 13. 15. 50. 78. 93. 95. 100. 105. 106. 111. 112. non collatis, sed nonnullis tantum in l. examinatis. Cf. *Griesb.* N. T. II. XXII sq. et 212.. Adde *Matthaeii* cdd. 13. (i. e. omnes in ed. maj. consultos praeter g. et q. hic mutilos) et *septem* postea collatos (v. ed. min.), lectionaria gr., Verss. arab. in Polygl. Slav. ms. et ed. Cdd. ap. Ruf. l. c., Chrys. (etiam in Mt. 3. 8.), Theodoret. Damasc. Theophyl. Oec. Theodul.. Hoc l. Paulum doxologiam collocasse *Grot.*, *Mill.*, *Wetst.*, *Morus*, Rueck. p. 687. et multi alii putarunt eamque in hunc l. conjecit *Griesb.* et *Matthaeius.* | Tum *utroque* l. doxologiam continent A. 17. | Postremo doxologiam *prorsus omittunt* nonnulli Cdd. ap. Hieron. ad Eph. 3, 5. („Qui volunt prophetas non intellexisse quod dixerint — illud quoque quod ad Rom. *in plerisque* cdd. invenitur ad confirmationem sui dogmatis trahunt legentes: ei autem, qui potest vos roborare etc.") D. a sec. m. (nam a p. m. exstat c. 16., sed emendator delenda ibi esse indicavit, neque h. l. supplevit) F. G. (quamquam librarius cd. G. post 14, 23. lacunam sex linearum gr. et lat. reliquit [p. 18. b.], unde eum doxologiam *in eo quem describeret Cd.* pone c. 14. lectam, quam sibi loci inconstantia suspectam reddidisset, exarare non ausum esse verisimile est.). Adde quinque Cdd. *Treschovii* 57. 67. 68. 69. 70. et Cdd. ap. *Erasm.*. Denique Marcion et doxologiam de epistolâ penitus abstulit et a c. 14. v. 23. usque ad finem ep. cuncta dissecuit auctore Origene (Rufino) ad Rom. 16, 25.. Jam quum doxologia et Paulum auctorem referat et epistolae ad Rom. attribuenda sit (v. supra), omni auctoritate eos cdd. destitui patet, qui illam vel *utroque* l. vel *neutro* habent. Ubi enim vel sententia vel caput incertae sedis est, religiosi scribae, ut lectoribus judicium integrum relinquant, quotiescunque in suis Cdd. repererint iterant, leves librarii sententiam diversis l. in Cdd. jactatam adulterinam esse per tumultuariam *κρίσιν* ex loci inconstantiâ argumentati prorsus omittunt. Valeat igitur *Reichii κρίσις* qui doxologiam quoniam tum in calce c. 14., tum in fine c. 16., tum utrobique in Cdd. legatur, *tribus* eam l. in Cdd. comparere narrat et regulam sequendam ducit, quâ lectionem brevissimam, si cetera in id congruant, genuinam existimandam esse monemur (I, p. 3. 4.). Deinde subsidia quae doxologiam ponc c. 14. collocant iis multo praeponderantur, quae eam in ep. clausulâ praebent. Hanc enim sedem doxologiae assignarunt Syrus, Itala et B. C. D.* E. Cdd. antiquissimi, eosque secutus est Origenes (Rufinus). Contra in fine c. 14. doxologiae domicilium esse voluerunt, si a paucis Cdd. discesseris, vulgaria tantum subsidia et quae vel emendatam vel depravatam Chrysostomi conformationem exprimunt. Quanquam etiamsi antiquissimorum optimorumque subsidiorum multo plura doxologiam pone c. 14. locarent, mirandum non esset in vetustissimâ interpretum de verâ

Digitized by Google

doxologiae sede dubitatione (v. *Orig.* l. c.). Hinc vero optimis subsidiis ita demum fidendum esse emergit, ut eo loco apta doxologia sit, in quo eam collocaverint. Inepta est autem doxologia in fine c. 14., in ep. clausulâ aptissima. Nam si eam in illo l. a P. positam esse defendere decreveris, aut eam cum c. 14. argumento arctissime connexam esse, aut ad totius ep. argumentum pertinere, quum Ap. qui eâ epistolam finire voluisset postea aliquanto plus quam speravisset temporis nactus et in superiore disputatione perrexisset 15, 1—13. et alia quaedam adjecisset statuas necesse est. Prius v. c. *Chrysostomo*, *Theodoreto*, *Theophylacto* et *Wetstenio* placuit, quibus verbis v. 25. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι infirmorum Christianorum, de quibus c. 14. Ap. disputasset, ratio haberi videretur. Male. Nam primo quidem illis v. non de robore agitur, quo superstitiosis, de quibus c. 14. disputatum est, Christianis opus esset, sed quo nemo non Romanorum indigeret (v. 1, 11. et supra). Deinde ut illa v. recte ad infirmiores Christianos, de quibus c. 14. expositum est referantur, quod nego et pernego, quae deinceps sequuntur κατὰ ἀποκάλυψιν — μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰ. Χρ. nullo prorsus vinculo cum praecedente disputatione c. 14. cohaerent, quae ejusmodi sunt, ut cum totius epistolae argumento pulcre conspirent. Postremo mire P. disputationem, quam solemnibus verbis 14, 25—27. absolvisset, statim continuaret 15, 1—13. Sed ne posterior quidem sententia, in quâ fuerunt *Grot.*, *Mill.*, *Morus*, *Rueck.* p. 687. al., ferri potest. Nam Paulum priusquam amicos salutasset et solemne sibi in valedicendo votum adscripsisset 16, 24. 1 Cor. 16, 23. Eph. 6, 24. Phil. 4, 23. etc. doxologiâ finem epistolae imposuisse temere credas. Ne temporis quidem angustiae Paulum, ut tam subito epistolam clauderet, compulissent. Quod si tamen temporis angustiis coactus fecisset, postea quum plus temporis nactus et nonnulla ad superiorem disputationem c. 14. adderet et alias appendices adjiceret, doxologiam *totius epistolae argumentum complexam* eo loco, quo disputationis ordinem perturbaret obliteratam *apto loco* posuisset, h. e. vel in ep. clausulâ, vel post 15, 13., ubi bona vota bene exciperet et primariam epistolae partem, quâ absolutâ de suis potissimum rebus agere Ap. decrevisset 15, 14 sq., recte concluderet (v. *Beza*). Viros DD., ut doxologiam pone c. 14. ab Ap. positam esse opinarentur illud potissimum movit, quod quî doxologia ex ep. clausulâ, ubi multo rectius collocata videri debuisset, in locum, ubi disputationis ordinem interrumperet, conjici potuisset vix appareret; contra ex fine c. 14. idcirco in ep. clausulam vel a librariis vel ab ecclesiâ transferri potuisset, quod illic Pauli disputationem manifesto perturbaret (v. *Mill.*). Illa dubitatio nullam vim habet propterea, quod cur doxologia in ep. fine locata antiquitus displiceret et quid sequuti essent qui eam in c. 14. clausulam transfunderent probabiliter doceri potest (v. infra). Haec autem observatio *historiae* repugnat. Nemini enim antiquitus doxologia pone c. 14. posita incommodum l. habere visa est. Imo doxologiâ capiti 14. annexâ Apostoli disputationem optime procedere putarunt graeci interpretes v. c. Chrys., Theodoret. et Theophyl.. Quod in tantâ artis criticae et exegeticae infantiâ non mirum videtur. Illud mirum est, quod vel recentiores Critici, ut *Wetst.*, *Matthaeius* ed. min. al. (v. supra) doxologiam ad c. 14. rejectam cum c. 14. argumento apte connecti sibi persuaserunt. Sed quod doxologiam in ep. clausulâ optime ab Ap. positam esse contendi, non ignarus eorum, quae vulgo contra dici solent affirmavi. Negant enim aptum doxologiae pietatis plenae nec sine magno animi motu scriptae locum esse post salutationes et post vulga-

Digitized by Google

res et domesticas res, quas P. sedato animo c. 16. peregisset (v. *Wetst.*). Non illud objiciam, quod non sine omni veri specie obvertere possem, pietatis sensum animique ardorem pio voto 16, 24. in P. revocatum esse, sed tantam illud argumentum vim habere ingenuo fatebor, ut *non continuo* post salutationes et pium votum 16, 24. doxologiam exaratam esse ostendat. Deinde doxologiae post pium votum 16, 24. omnino locum esse infitiantur (*Reich.* I, 6. *de Wettius* al.) eamque delendam censuerunt *Kopp.*, *Lachm.*, *Reich.* et *de Wettius* nonnullis Cdd. *male* confisi (v. infra). Quamquam autem P. non alias doxologiâ post pium votum collocatâ epistolas suas conclusit, hîc tamen id sic facere potuit, ut absolutâ epistolâ 16, 24., quum eam vel ipse legisset vel ab alio lectam audivisset, epistolae argumento valde commotus, piam quae cum epistolae consilio et argumento congrueret doxologiam literis suis subjiciendam amanuensi dictaret. Atque sic factum esse prorsus credo. Nam quominus doxologiam Pauli manu epistolae subscriptam esse, ut Romani literas Pauli nomine sibi redditas Pauli esse scirent, *Heumanno*, *Koppio*, *Boehmio* XXIII et 206. altisque largiar, eo impedior, quod ne literâ quidem P. se Dei laudes ipsum scripsisse indicavit, quod secus est 1 Cor. 16, 21. Col. 4, 18. 2 Thess. 3, 17..

Restat difficillima nostrae disputationis pars, quâ quî factum sit, ut doxologia ex suo loco depulsa in locum non suum truderetur, constituere conemur. Nam jam Origenis aetate (sec. III. v. Orig. ad Rom. 16, 25.)et fortasse jam sec. II, quo tempore vixit Marcion, doxologiae sedes incerta erat. Quamquam enim Marcion summâ licentiâ in libros ss. grassatus est, tamen fieri potest, ut temerario conatui, quo c. 15. et 16. induxit, Cdd. de doxologiae domicilio fluctuationem praetenderit, quum ab eo l. interpolatorem sua epistolae ad Rom. assuisse perhiberet, ubi doxologia diversis jactata locis in Cdd. primum legeretur et interpolationem fieri coeptam esse argueret. Jam loci translationem *primis* seculis factam quid peperierit nisi argumentis *historicis* demonstrare potueris, conjecturis nunquam ita ostendes, ut assensionem Viris DD. exprimas. Multa enim horae momento facile et excogites et exornes, quae historiae testimoniis non confirmata vanum ingenii lusum referant, historiae indiciis confutata viris eruditis risum moveant. Sic post 14, 23. nonnullos vss. jam seculo II. periisse fingas (et possunt in *epistolâ* quo loco de unâ quadam re uberius tractatur, nonnullae enuntiationes sic intercidere, ut apta tamen sententiarum cohaerentia relinquatur) eamque lacunam librarios doxologiâ ex c. 16. huic loco tributâ vulgo explevisse, Marcionem conjecturae suae, quâ c. 15. et 16. a P. abjudicavit, obtendisse. Sed apage has nugas! Illud in hâc disquisitione molestum est, quod indicia historica criticis subsidiis comprehensa fortasse recentiora sunt, quam quae translationis sec. III. factae causam prodant, et fieri potest, ut qui primum doxologiam suo loco movendam censerent, aliâ ratione ducerentur, quam quâ ii moti sunt, quos doxologiâ in ep. clausulâ collocatâ offensos esse nostri Cdd. arguunt. Quamquam ita res comparata est, ut et conjecturas hactenus propositas facile refellas, et historicis vel testimoniis vel indiciis nixus satis probabilem transpositionis causam afferas. A Marcionis fraude varietatem *Beza* et *Wolf.* repetierunt. At quum v. v. 26. *διά τε γραφῶν προφητικῶν — γνωρισθέντος* Marcioni probari non potuerint (v. supra), haud dubie ille doxologiam neque in fine c. 14. inventam integram sivisset. neque in c. 16. clausulâ vulgo lectam ita retinuisset, ut eam in epistolae ab se mutilatae fine (c. 14.)

Digitized by Google

collocaret. Neque Marcionis temeritatem effecisse, ut permulti deinceps librarii quâ epistolam claudi scivissent doxologiam eo l. scriberent, quo truncata Marcionis editio epistolam finiret concedo (*Zeger.*, *Boehm.* XXIII., Rinck. l. c.), tum quia Catholicos depravatam Marcionis editionem angue pejus cavisse credibile est neque ullo testimonio eos Marcionis exemplaribus sibi imponi passos esse constat (alioqui Codices haberemus qui et c. 15. et 16. omitterent et aliis Marcionis corruptionibus inquinati essent), tum quoniam Origenes (Rufinus) ad Rom. 16, 25. illius negligentiae suspicione liberavit: „— In aliis vero exemplaribus, i. e. in his, *quae non sunt a Marcione temerata*, hoc ipsum caput (16, 25—27.) diverse positum invenimus. In nonnullis enim cdd. post eum l. quem supra diximus, h. e. *omne autem quod non est ex fide peccatum est* statim cohaerens habetur: *ei autem, qui potens est vos confirmare.* Alii vero Cdd. in fine id, ut nunc est positum continent." Alii multos Cdd. doxologiam post 14, 23. male continere credunt propterea, quod librarii per errorem ei locum dedissent, quem in Lectionariis olim obtinuisset. Nam quia antiquitus c. 15. et 16. non lecta essent in ecclesiâ, in *pervetustis* Lectionariis *pulcrum* doxologiam *ne periret* ultimo loco annexam esse, qui publice legeretur, *de Wettius* putavit. Contra *Kopp.* Exc. II, p. 404., *Gabler.* l. c. XXVI., *Koelln.* al. quum c. 15. publice lectum esse fatenturnec nisi caput 16., quia salutationes ad pios sensus excitandos inutiles complecteretur, praetermissum esse contenderent, dignam quae publice recitaretur doxologiam in *perantiquis* Lectionariis capiti 14. idcirco additam esse opinati sunt, quod et ibi apte poni visa esset neque 15, 13. aut 15, 33., quae l. clausulas habuissent, recte collocari potuisset. Ita quum doxologiam alii codices suo, alii eo l. exhibuissent, quo Lectionaria habuissent, Marcionem Cdd. fluctuatione abusum esse, ut quaecunque post 14, 23. legerentur adulterina diceret opinati sunt. Vana haec conjectura est, nisi et c. 15. primis seculis non lectum esse publice et Christianos antiquitus doxologiâ mirifice delectatos esse ostenderis. Nullum equidem utriusque rei vestigium deprehendi. Nam nostra Lectionaria c. 15. et 16. complecti constat (v. indicem lectionum eccles. apud Matth. ed. maj. p. XXI. sq.). Mire autem *Kopp.* c. 16. in ecclesiâ non recitatum esse ex eo apparere dixit, quod Euthalius, quem epistolae ad Rom. 19. κεφάλαια tribuisse nemo nescit, undevicesimum caput loco 15, 33. terminaverit (v. Collect. monum etc. ed. *Zacagnii* p. 576.). Hoc quale sit ne intelligi quidem potest, nisi forte *Koppius* κεφάλαιον cum ἀνάγνωσμα ἐκκλησιαστικόν confudit. Quin recte nullum Euthalius κεφάλαιον (argumentum, summarium) ultimo capiti dedit, quia nihil paene nisi salutationes continet. Item Euthalii κεφάλαια epistolae I. ad Cor. caput 16. non complectuntur (v. *Zacagn.* p. 593.). Num idcirco hoc caput non publice lectum est? Ceterum Euthalium caput 15. et 16. ad ultimam (quintam) epistolae ἀνάγνωσιν rettulisse στίχων computatio docet (v. *Zacagn.* p. 538.). *De Wettii* autem opinio vanissima est. Nam si loca, quibus de suis rebus P. ageret publice legenda non duxissent Christiani antiquitus, Lectionaria male exclusis vss. 15, 1—13. temere finivissent 14, 23.. Sed jam seculo tertio Christiani tantâ scriptorum ss. reverentiâ imbuti erant, ut ne litera quidem ab Evangelista aut Apostolo scripta iis non gravissima videretur. Et quis nescit, interpretes et oratores ss. operam dedisse, ut vel vulgaribus Apostolorum dictis nescio quid *profundi* subesse docerent? Dicendum nunc est de *Bengelii* sententiâ, qui Appar. crit. p. 657. „Videntur Graeci, inquit, ne lectio publica [Rom. 14,

Digitized by Google

19 sqq.] in severam sententiam *quicquid non est ex fide peccatum est* desineret [14, 23.], hanc ei clausulam attexuisse [Rom. 16, 25—27.]. cf. var. Matth. 3, 11." Talem ob causam neque erat, quod in Lectionariis sententiae e diversis libri locis depromtae temere conjungerentur (*omitti* enim poterat [*ὑπέρβα*] quae in publicae lectionis fine vel nervosior vel tristior visa esset enuntiatio), neque in nostris quidem Lectionariis prima sacri libri elementa cum ultimis, ultima cum mediis temere commista sunt. *Griesbachius* (Opusc. II, 62. sq.), ut tum incertam doxologiae sedem, tum Marcionis, qui c. 15. et 16. sustulit, consilium explicaret talem rem confinxit: Apostolum epistolâ ad Rom., vel quia membrana deficeret vel quia tabellarium jam literas ab se postulaturum putasset, raptim 14, 23. finitâ paulo post tres scidulas adjecisse, quarum prima doxologiam, secunda locum 16, 21—23., tertia solemne valedicentis votum 16, 24. habuisset. Tum absolutâ epistolâ quum nondum praesto fuisset tabellarius, qui epistolam Romam perferret, Paulum resumto quod c. 14. abruptum fuisset orationis filo in aliquâ scidâ 15, 1—33., in aliâ autem 16, 1—20. exarasse. Quam parum haec opinio et per se credibilis sit et antiquitatis ingenio respondeat persequi nolo. Unum dico. Si P. quae post 14, 23. leguntur in singulis, quas ad epistolae volumen addidisset, scidis perscripsisset, summa esset in nostris Cdd. locorum in scidis scriptorum confusio, ut v. c. in aliis libris 16, 1—20. post 14, 23., 16, 21—23. post 15, 1—33., in aliis 16, 21—23. post 16, 25—27. et sic porro ponerentur, non sola doxologia stabili domicilio destituneretur. Ego historicis quae in nostris subsidiis latent indiciis nixus sic censeo: Quum doxologia in ep. clausulâ collocata Christianis sec. II. aut III. et quia P. non alias literas doxologiâ conclusisset et quoniam *post votum*, quo suas epistolas terminare consuevisset (v. supra) posita esset, exilii, quo male affecta esset, suspicionem injecisset, falsa verborum *τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κ. τ. ε. μ.*, quae perperam ad infirmiores Christianos, de quibus c. 14. disputatum esset, referrentur (ei qui potest *vos qui estis parum firmi roborare secundum* meam doctrinam) interpretatio fecit, ut qui illam in patriam reducere voluissent post 14, 23. locandam ducerent. Nempe bonum votum 16, 24. subsidia, quae doxologiam c. 16. vel primum vel iterum exhibent, partim omittunt (A. C. Copt. Aeth. Vulg. ms. Rufin.), partim post doxologiam rejiciunt (17. 80. Syr. Erp. Syr. p. Ambrosiaster et *fortasse* etiam 31. 73. *) non aliam ob causam, quam quod doxologiam cum bono voto aut omnino non consistere aut ita tantummodo conciliari putavissent, ut voto *post doxologiam* posito P. solemni modo epistolam finiret. Quum igitur quae subsidia doxologiam *suo* l. continent bonum votum 16, 24. excludant et genuinum id

*) *Millius* Codicem 31. tum doxologiam post 14, 23. habere, tum 16, 24. (quem vs. Cd. 31. teste *Wetstenio* omittit) in epistolae *finem* (h. e. post doxologiam 16, 27.) rejicere contendit. Idem *Aurivillius* de Cd. 73. affirmat. Errorem subesse *Griesb.* II, 222. recte monuit. Cd. 31 bonum votum 16, 24. post doxologiam 16, 27. ponere certum videtur, quum *Mill.* Cov. 2. cum Syro et Ambrosiastro componat. Idem fortasse de cd. 73. valet. Certe erravit *Rinck.* Lucubr. crit. p. 135., quum 31. 73. *bonum votum* 16, 24. *cum doxologiâ* ad calcem c. 14., quod in nullo cd. factum est, rejicere narraret.

Digitized by Google

esse (male damnavit *Kopp.*, delevit *Lachm.*) neque nisi illo quem dixi errore ductos scribas illud omisisse apparet; quâ re ne nimis offendaris vel nuper fuisse, qui doxologiam cum bono voto 16, 24. conjungi posse negarent (v. supra), memento. In hâc igitur nonnullos opinione antiquitus fuisse historia testatur, ut doxologiam in ep. fine locatam cum voto 16, 24. non consistere putarent, eamque offensionem ab aliquibus voti 16, 24. exstirpatione sublatam esse. Sed poterant alii, ut ei, de quo dolerent, malo mederentur, contrariam viam ingressi *doxologiâ in alium l. translatâ votum* 16, 24. *in epistolae calce salvum rellinquere*, quum praesertim rationes, quas supra dixi, quantumvis leves sed quae tamen illis criticis sufficissent doxologiae sedem suspectam reddidisset. Hoc factum esse ex eo cognoscimus, quod *quae subsidia doxologiam post* 14, 23. *continent bonum votum in ep. clausulâ habent.* At cur tandem, inquit, doxologia *post* 14, 23. collocata est? Nempe quibus doxologia per errorem in ep. calce posita videretur, ii loco 14, 4. *σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν*, quocum verba *τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κ. τ. ε. μ.* in hanc sententiam explicata: ei qui potest *vos, imbecilliores Christianos*, roborare etc. contulissent in eam sententiam inducti sunt, ut doxologiam et in illâ de infirmioribus Christianis disputatione a Paulo positam et a librariis in alium l. conjectam esse crederent. Quam quum de exsilio reducere voluissent, vix poterant alio l. ponere, quam quem ei dederunt. Certe is l. ei assignandus erat, quo infirmiores Christiani apte possent ab Ap. compellari: *τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κ. τ. ἑ.*, quod non fieri posse videbatur, nisi post 14, 23. *ὁ δὲ διακρινόμενος ἐὰν φάγῃ κατακέκριται κ. τ. ἑ.*. Nam in ceteris illius disputationis locis P. aut *firmiores* Christianos admonet 14, 1. 4. 10. 15. 20. 22. 15, 1., aut firmiores infirmioresque lectores ad mutuum obsequium cohortatur 14, 5. sq. 13. 19. 15, 5. 7. 13. *).

Superest, ut de hujus ep. interpretibus, qui sunt paene innumerabiles, disputem. Ubi Viris DD. non satisfacerem, si aut omnes vel plerosque interpretes simpliciter nominarem, aut optimos stellis ornarem, pessimis cruces figerem. Merito enim ab accurato explicatore postulatur, ut interpretationis, quam editus ab eo liber expertus est, historiam contexat, quae interpretationi ab eo evulgatae ambitu respondens quae cujusque temporis voluntates fuerint, quae virtutes, quae vitia et qui quaque

*) Celeberrimus philologus, quocum mihi amicitia est, quum ei aliquando tum VV. DD. de doxologiae sede dubitationem tum meam sententiam accurate exposuissem, Paulum doxologiâ ipsam epistolam conclusisse 15, 13., deinde ad suarum rerum enarrationem se contulisse 15, 14 sqq. firme credidit. Scilicet mox exstitisse putavit, qui doxologiam, quia totum epistolae argumentum complecteretur commodius in epistolae clausulâ poni credidissent. Quorum errorem qui corrigere voluissent et ipsos errorem commisisse existimavit, quum doxologiam in domum suam, quam satis scivissent, revocassent, sed quia de cubiculo dubitassent paullo (i. e. tredecim versibus) altius ei domicilium assignassent. Probabilis haec conjectura videretur, si Codices invenirentur, qui doxologiam post 15, 13. praeberent. Sed verum doxologiae domicilium oblivione prorsus obrutum esse mihi persuadere non potui.

Digitized by Google

aetate tum virtutibus tum vitiis maxime insignes fuerint sine ullâ cupiditate doceat. Hanc historiam, quoniam et in breve contrahi et paullo uberiore filo pertexi potest, pone volumen II, quod, si Deo placuerit, sex exactis mensibus divulgabitur, rejecimus, veriti, ne copiosiore, ad quam et inexhausta materia et utilium praeceptorum opportunitas neminem non facile vel invitet vel abripiat, disputatione h. l. interpositâ ultimorum capitum interpretatio in nimis angustum locum concluderetur. Ita enim mihi cum honestissimis redemtoribus convenit, ut mei commentarii, quos modico pretio vendi volo, circiter quadraginta duas plagulas complerent.

Digitized by Google

COMMENTARII

IN

PAULI EPISTOLAM AD ROMANOS.

CAP. I.

ARGUMENTUM.

Paulus, qui Apostoli munere hâc lege fungatur, ut omnes nationes ad obsequium doctrinae christianae praestandum adducere studeat, quum hominibus christ. qui Romae vivunt cunctis, et notis sibi et ignotis, epistolam inscribit suo jure utitur (v. 1—7.). Romanis a Deo et Christo optima quaeque precatus (v. 7.) gratias agit Deo, quod constantem et firmam eorum fidem nemo non celebret (v. 8.). Tantâ enim in eos voluntate propendet, ut omnibus semper Deum precibus oret, velit benigne concedere, ut consilium Romam proficiscendi saepe jam captum tandem aliquando exsequutus Romanos videat iisque docendo commonendoque prosit Apostolus (v. 9—13.). Nam qui tam Grajorum quam barbarorum constitutus sit Apostolus, is etiam in *doctâ* Romanorum civitate promte ac sine ullo pudore *evangelium* tradet h. e. *firmam Dei doctrinam quae omnes promiscue homines, qui fidem habuerint, ad sempiternam beatitatem perducat* (v. 14—16.), quum rem recludat olim nimirum opertam, integritatem quae Deo satisfaciat et in quâ sit aeternae felicitatis causa, *fide* parari (v. 17.). Contra iratum Deum habent *omnes* homines impii et facinorosi, quicunque quod in rebus div. verum sit improbe impediant, ergo etiam gentiles (v. 18.), quorum in animis plana sit Dei scientia a Deo ipso suppeditata, quum mundum conderet et hominibus mentem daret, ut numinis div. gubernationem majestatemque, quae oculis non cernitur, mentis agitatione perspicerent (v. 19. 20.). Frustra igitur peccatum excusare conentur, quo Deum, quem cognoverant, ingrato animo deseruerunt et qui sapientiae laudem venarentur in summam denique inscitiam delapsi Dei, qui non perit, majestatem hominis, qui perit, tum volucrium, quadrupedum et reptilium imaginibus permutarunt (v. 20—23.). Itaque Deus justas has de iis poenas sumsit, ut libidinosos homines impurissimae vitae (v. 24—27.), improbos taeterrimis vitiis traderet (v. 28—32.).

Vs. 1. *Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ,* 2. *ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις* 3. *περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρ-*

Digitized by Google

ματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, 4. τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, 5. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, 6. ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, 7. πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. 8. Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. 9. Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι, 10. πάντοτε ἐπὶ τῶν [προσευχῶν μου δεόμενος, εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. 11. Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς, 12. τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ. 13. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο), ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. 15. Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. 16. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον· δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. 17. Δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται· — ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

Vs. 1—7. Paulus ad coetum hominum christianorum Romae collectum, quem neque ipse condidisset [Rom. 15, 20. sq.] neque aliquando invisisset [Rom. 1, 10. sq.] epistolam daturus, quâ magistri christiani monitorisque personam gereret, duo maxime in ipsâ literarum suarum inscriptione lectoribus declaranda existimavit, et esse sibi id juris divinitus concessum et pertinere suum munus etiam ad Romanos. Quare non solum esse se Apostolum consti-

Digitized by Google

tutum docuit (vs. 1. et 5.), verum etiam esse Romanos fidei suae commissos ostendit (vs. 6.). *Παῦλος*] Vide Prolegomena. *δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ*] Quum עַבְדֵי יְהוָה, *δοῦλοι θεοῦ*, in literis s. tum ii vocentur, qui vitam suam totam ad Dei praecepta componere constituissent h. e. *cultores Dei*, (fromme Verehrer Gottes) sive per legem mosaicam (Ps. 113, 1. 134, 1.) sive Christi institutione cogniti (Apoc. 7, 3.), tum il appellentur, quibus peculiaria quaedam mandata Deus exsequenda dedisset, ut Moses (Jos. 1, 1. Apoc. 15, 3.), Josua (Jos. 24, 29.) et prophetae (Jerem. 29, 19. Apoc. 10, 7.), h. e. *administri, interpretes Dei* (verordnete Diener Gottes), non mirum est interpretes in explicandis v. *δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ* in duas partes abisse. Alii enim, et plerique quidem [v. c. *Beza*, *Wolfius*, *Heumannus*, *Koppius*], explicuerunt *Jesu Christi ministrum*, alii *Jesu Christi cultorem* [Ephes. 6, 6.] interpretati sunt. Male illi. Primum enim in Apostoli orationem invexerunt tautologiam intolerabilem. Nam bis idem diceret, esse se Jesu Christi interpretem: *Paulus*, *minister* Jesu Christi, *constitutus Apostolus*. Deinde haud dubito, quin Paulus, si id bis eloqui voluisset, potius ita scripturus fuerit: *Παῦλος, ὑπηρέτης* (1 Cor. 4, 1.) sive *διάκονος* (1 Cor. 3, 5.) *Ἰ. Χ.*. Unde enarra: *Paulus*, *Jesu Christi cultor*, *constitutus Apostolus*, ut manifestum sit, Paulum se *δοῦλον Ἰησοῦ Χριστοῦ* vocare, ut virum Christo pietate devinctum, i. e. hominem christianum. Eadem est ratio locorum 2 Petr. 1, 1. *Συμεὼν Πέτρος, δοῦλος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ* —. et Tit. 1, 1. *Παῦλος, δοῦλος θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ* —. Item nihil prohibet, quominus Gal. 1, 10. — *Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην* explanetur: — *non essem homo christianus*. Sed videntur passim interpretes ex hoc ipso, quod *Apostolus* se *δοῦλον θεοῦ* s. *Χριστοῦ* dixisset, collegisse significari ejusmodi in locis Dei s. Christi *interpretem*. Quasi vero *Christi Apostoli* non simul fuerint *homines christiani*! Perperam *Heumannum*, vocem *δοῦλος* pro *ὁ δοῦλος* h. l. collocari male opinatum vertisse der Knecht Jesu Christi vere monuit *Rueckertus*. Neque enim erat, quod se *Paulum*, *Christi cultorem* ab aliis ejusdem nominis viris, qui non essent Christi disciplinae addicti, distingueret et praeter rem se *Christi cultorem*, qui prae ceteris recte sic appellaretur, dixisset contentus eo, quod esset ein frommer Verehrer Christi, ein erkohrner Apoſtel. — *κλητὸς ἀπόστολος*] *ἀπόστολος*, i. e. *legatus*, in N. T. *κατ' ἐξοχήν* vir dicitur *a Christo ipso edoctus legatusque ab eo* ad suam *doctrinam propagandam*. Est igitur nomen duodecim Christi discipulis proprium [Luc. 6, 13. Act. 1, 26.], quorum munus

Digitized by Google

propterea τῆς ἀποστολῆς vocabulo nuncupatur [Act. 1,25.]. Sed quoniam horum virorum officium in explicandâ commendandâque Christi doctrinâ cernebatur, factum est, ut deinde etiam Apostoli appellarentur *doctores christiani*, *non ab Jesu instituti*, ut Barnabas [Act. 14,4.], ut Andronicus et Junias [Rom. 16,7.]. Illo sensu Paulus se dicit Apostolum, et recte quidem. Nam et fecerat eum Christus ipse in itinere Damascum suscepto legatum suum [Act. 9,6. 15. 26,16.], neque doctrinam divinam hominibus acceptam rettulit P., sed Christo [Gal. 1,12.]. Cur P. se κλητὸν ἀπόστολον [cf. 1 Cor. 1,1. si lectio vera], *divinitus delectum* [cf. not. ad v. 6.] *Apostolum*, h. l. dixerit varie disputant. Modestiâ ductum scriptorem id fecisse, ut significaret, non semet ipsum quaesivisse Jesum, sed arcessitum demum ad eum accessisse, post *Chrysost.* opinatur *Theophylact.*. Ita nimirum P. potius suam fortunam admirari, quam modeste de se sentire videretur. Accedit, quod commentitia illa modestia in verbis κλητὸς ἀπόστολος deprehendi nequit, quae ut cognosceretur dicto opus erat κλητὸς ὑπὸ Ἰησοῦ ἀπόστολος. Etenim κλητός in N. T. non *arcessitum* notat, sed *divinitus invitatum*, *delectum*. Alii vocem κλητός Paulum adjecisse putant, aut ut se a ceteris hominibus christianis, qui κλητοί quidem omnes fuerint [1 Cor. 1,24.], verum non Apostoli [ita schol. ap. Matth. ed. maj.] discriminaret, aut ut se non minus, quam duodecim Apostolos idque gratuitâ Dei benevolentiâ, quum ipse Apostoli provinciam minime invasisset, factum Apostolum ostenderet [sic v. c. *Ch. Fr. Schmidius*, *Flattus* al.]. Verum enimvero utrovis modo satis erat omissâ voce κλητός vocabulum ἀπόστολος. Nam si modo erat Paulus *Apostolus*, et provinciam gessit sibi minime cum omnibus hominibus christ., sed cum paucis tantum communem, et muneri divinitus sibi demandato praefuit. Illud omitto, quod Paulus praeter idoneam rationem alterutro modo auctoritatem suam Romae a nemine labefactatam h. l. exaggerasset. Mihi ita videtur. Non differt κλητὸς ἀπόστολος *divinitus delectus Apostolus* a simplici ἀπόστολος, *Apostolus*, nisi quod illa formula solemnior est, quo modo vernacule majore cum pompâ dicas: *N. N.* verordneter Diener des göttl. Wortes, quam ita loquaris: *N. N.* Diener des göttl. Wortes. Apprime autem consentanea formula illa solemnior huic loco Paulo videri debuerat, ubi quis, quibus, quâ auctoritate epistolam scriberet, graviter enuntiare constituisset. Falso vulgo ferunt, Syrum κλητὸς καὶ ἀπόστολος in suo Codice habuisse. Nam hoc καί *interpretis libertati* deberi bene vidit *Bengelius*, in eo tamen falsus, quod Syrum voc. κλητός antecedentibus

Digitized by Google

junxisse putavit h. m.: *Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ κλητὸς, ἀπόστολος* etc.. At si quis Rom. 1, 7. et 1 Cor. 1, 1. Syri translationem diligenter contulerit, eum *κλητός* ut Substantivum [ita etiam, male quidem, *Erasmus* et *Rick. Simon*] a reliquis separavisse facile perspexerit, h. r.: *Παῦλος, δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς, ἀπόστολος* etc. *P., Jesu Chr. minister, vir divinitus invitatus* [i. e. vir christianus 1 Cor. 1, 24.], *Apostolus* etc.. Nunc P. muneris apostolici rationes expositurus quo illud consilio nactus sit definit vocc. quattuor sequentibus. *ἀφωρισμένος*] *separatus* i. e. *prae aliis delectus.* Nam quos Deus peculiaribus quibusdam beneficiis ornat, eos a reteris hominibus, quibus illa ornamenta non destinavit, *segregare*, *ἀφορίζειν* Gal. 1, 15. הִבְדִּיל Levit. 20, 26. aut *ex illis sibi deligere*, *ἐξαιρεῖσθαι* Act. 26, 17., in literis s. dicitur. *Irenaeus* et *Augustin.* MSS. habent: *prae destinatus in Evangelium Dei.* ex *interpretamento*, ut recte monuit *Millius*. Etenim fuerunt antiquitus [cf. Chrysost. et Theophyl. ad h. l.], qui *ἀφωρισμένος* male interpretarentur *προωρισμένος ante destinatus.* Quippe Deum suam cuique fortunam aut ab aeterno destinasse [Ephes. 1, 5. 11.] aut priusquam nasceretur [Jerem. 1, 5.], aut a primâ inde juventute [Gal. 1, 15.]. Recte quidem. At aliud est *ἀφορίζεσθαι*, aliud *προορίζεσθαι.* Unde P. si hoc declarare voluerat, esse se *a primis vitae initiis* prae aliis delectum evangelii doctorem, illius temporis notionem addere debuerat h. r: *ἐκ κοιλίας μητρός μου ἀφωρισμένος* etc.. [Gal. 1, 15.] Enimvero satis erat Paulo *in universum* dicere, se, tanquam divinitus constitutum Apostolum, *delectum* esse Evangelii magistrum, tempore, quo id consilii Deus cepisset, non significato. Ad quam rem P. sit prae aliis delectus exprimit verbis *εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ* [cf. Act. 13, 2.]. Perperam vulgo *εὐαγγέλιον* h. l. explicant *doctrinae div. expositionem*, *praedicationem* i. q. *τὸ κήρυγμα* [cf. *Theodoret.*]. Esse enim *εὐαγγέλιον* nihil nisi *doctrinam div.* docent v. seq. *ὃ* [*quam Dei doctrinam*] *προεπηγγείλατο* etc.. Quin obtinet hujusmodi in l. loquendi genus concisum et minus definitum, Paulo multum frequentatum. Explana: *prae aliis delectus ad evangelium Dei*, auserlesen, vor Andern bestimmt, zum Ev. Gottes, für das Ev. Gottes. Quocirca P. hoc unum dicit, esse se *propter evangelium* delectum, rationem, quam Deus inter se et evangelium intercedere voluerit, lectorem e re cogniturum existimans. Cf. v. c. 2 Cor. 2, 12. *Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ* —. *quum vero Troadem venissem propter Christi evangelium* —. Ib. 10, 14. *ἔφθασεν γὰρ καὶ ὑμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χρι-*

Digitized by Google

στοῦ. nam ad vos ipsos pervenimus per Christi evangelium. — Articulum [*τὸ εὐαγγέλιον*] non expetam cum *Rueckerto*. Quum enim non esset nisi *unum evangelium*, poterat id *εὐαγγέλιον* Articulo non adjecto appellari, quemadmodum *νόμος* saepe est N. T. *lex mosaica* [cf. *Winer.* gr. p. 107. ed. 3.]: Documento sunt, quos antiquissimi Cdd. tenent Evangeliorum tituli: *Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Μάρκον* etc.. Falso *Chrysost.* εὐαγγέλιον θεοῦ explicat *evangelium de Deo exponens, idoneam Dei notitiam afferens.* Constanter enim *τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ* sic in N. T. ponitur, ut sit *doctrina Dei* h. e. *doctrina a Deo profecta* [cf. Rom. 15,16. 1 Thess. 2,2. 8. 9. 1 Petr. 4,17. al.]. Ceterum mire multi, ut *Erasm. Beza, Drus., Schoettg., Wolf., Paulus*, scriptorem verbis *ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ* pharisaicam disciplinam, cui olim addictus fuisset Act. 26,5., tetigisse putarunt. Nam quum Pharisaeus, ברש proprie notet *separatum* [*Buxtorf.* Lex. talm. p. 1851. Hesychius: *φαρισαῖος· ἀφωρισμένος* —.], apparere, Paulum verbis *ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ* hoc subindicare: *sum nunc verus Pharisaeus, quippe Dei evangelio dicatus, non falsus, ut olim, quum patrias traditiones acerrime propugnarem* Gal. 1,14. Paulus, ein chriſtlicher (kein jüdiſcher) Phariſäer. Sed praeterquam quod faceta haec cavillatio ab hujus inscriptionis gravitate prorsus abhorret, etiam longe repetita est. Quotusquisque enim *graecum* legens voc. *ἀφωρισμένος* continuo recordetur originationis, quâ Pharisaei nomen a v. ברש ducitur et explicatur *homo qui se separavit*? Recte igitur illorum virorum opinio ab *Elsnero, Heumanno, Koppio* allisque repudiata est. — V. 2. Noli mirari, quod P. h. l. *evangelium* a Deo per prophetas ante promissum esse scripsit. Quum enim singula doctrinae christianae capita vatum hebraicorum oraculis praesignificata contineantur, ut Jesu Messiae adventus Act. 13,32., facta et fata Act. 3,18. 21. 4,25. 1 Cor. 15,3. 1 Petr. 1,11., peccatorum venia per fidem in Christo collocatam obtinenda Act. 10,43., beatitas gentilium Act. 15,15 sq., felicitas aeterna piis Christianis destinata Tit. 1,2., quidni P. doctrinam christ. *ipsam* Deum per prophetas suos ante promisisse jure meritoque dixerit? Paronomasia, quam Ven. *Boehmius* v. — *εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο* —. inesse putavit, nulla est. Sentirem cum V. D., si P. scripsisset: — *εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, ὃ προεπηγγελίσατο* —. V. *Paulus ἐν γραφαῖς ἁγίαις* explicat *in locis literarum s.*, in heiligen Schriftſtellen [Act. 1,16.], credo propterea, quod non scriptum legatur *ἐν ταῖς γραφαῖς ταῖς ἁγίαις*. Quippe

libri s. V. T. vocari solent αἱ γραφαί et ἡ γραφή, die Bücher, das Buch κατ' ἐξοχήν Joh. 5, 39. Rom. 4, 3.. Sed γραφαὶ ἅγιαι Articulo non adjecto declarare possunt *libros s. V. T.*. Satis enim de quibus libris h. l. agatur Adjective ἁγίαις indicatur. Sic Rom. 14, [16,] 26. γραφαὶ προφητικαί sunt die prophetischen Bücher. Unde verte: in den h. Büchern. Sequitur, ut exponatur, quo P. consilio hanc h. l. sententiam enuntiaverit, esse Evangelium a Deo per prophetas in libris s. ante promissum. Plerique, Patres gr. sequuti, Paulum aut efficere voluisse, ne novas res moliri crederetur, qui evangelii a Deo per prophetas antiquitus promissi esset interpres [cf. *Theodoret.*], aut se iis purgasse, qui novam ab eo doctrinam tradi calumniarentur, [cf. *Chrysost.*] existimarunt. Quorum in errore sententia versatur. Paulus enim, ut res ipsa postulavit, nonnisi tum nihil se praeterquam a Mose et veteribus vatibus praedicta docuisse neque se a patriis ritibus defecisse testatus est, quum se injuste ab Judaeis, qui eum desertae legis disciplinaeque mosaicae postulassent, accusatum esse ei esset demonstrandum [cf. Act. 21, 28. 24, 5. 14. 25, 8. 26, 22. 28, 17.]. Hîc autem neque cum Judaeis agit neque erat pro se coram magistratu romano [Act. 26, 22.], sed epistolam inscribit hominibus christ., inter quos Deum evangelium multo ante per prophetas portendisse prorsus constaret. Praeterea si illa Paulo mens fuerat, rem ita instituere debuerat, non ut se *evangelii a Deo per prophetas ante promissi* constitutum magistrum diceret, sed ut se doctrinam div. *ad veterum vatum sententiam exponere* solere moneret. Alii h. vs. hanc sententiam contineri putant: *evangelium jam pridem homines exoptasse.* Ita nimirum evangelium *jam diu ab hominibus desideratum*, non *a Deo per prophetas ante-promissum* Paulo dicendum fuerat. Sunt etiam, qui vs. 2. explicent *evangelium non ex inopinato sed ita datum, ut hominum animi ad ejus satus accipiendos rite essent praeparati.* Haec sententia ad hujus l. gravitatem justo est debilior. Quin evangelii gravitatem majestatemque celebraturus P. vocc. ὃ — ἐν γραφαῖς ἁγίαις addidit. Nam evangelium, quod Deus per prophetas in libris s. multo ante denuntiasset, non poterat non gravissima res esse et praeclarissima. Itaque P. *sum*, inquit, *evangelii interpres divinitus delectus, quo, quum a Deo per prophetas ante promissum sit, nihil cogitari potest divinius.* Quam sententiam non obiter adjectam aut parentheticam cum *Beza* multisque aliis judicabit, qui hujus tituli commoto animo scripti vim ubertatemque persenserit. Quare qui hunc vs. parenthesis signis circumscripserunt impetum fregerunt

Digitized by Google

scriptoris ardoremque restinxerunt. V. 3. et 4. *περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ*] Plerique explicatores cum *Grotio* et *Bengelio* haec v. cum vocc. *εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ* v. 1. consociant h. r.: *delectus ad evangelium Dei — quod de ejus filio exponit* [cf. Joseph. A. J. 15,7,2. — *τῇ γυναικὶ περὶ τούτων εὐηγγελίζετο.*] Quorum interpretationem repudio. Neque enim est satis simplex et fluxit ex eo errore, quo vs. 2. in parenthesis vincula conjectus est. Quare cum iis facio, qui *περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ* cum v. *προεπηγγείλατο* v. 2. jungunt: *quod evangelium Deus ante promisit* [sine idoneâ causâ multi vertunt: *promiserat*] *per suos prophetas in libris s. de suo filio*, de quo scilicet evangelium potissimum exponit et quo tantum non absolvitur [cf. not. ad Matth. p. 4 sq.]. Negari sane non potest, esse *τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ* meram emphasique destitutam appellationem regis et servatoris Judaeis in V. T. promissi, h. e. Messiae, inter Judaeos vulgo receptam [Matth. 4,3. Luc. 22,70. Joh. 1,50.], quae e l. Ps. 2,7. 12. ab Judaeis ad Messiam relatis manavisset. Sed quum Paulo Jesus Messias fuerit natura augustior, divinis virtutibus ornata, cum Deo ab aeterno intimo vinculo nexa, mundi opifex, ad homines ad generis humani salutem procurandam demissa, denique in coelum rursus recepta [Phil. 2,6 sq. Col. 1,15 sq.], haud scio an ei *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ numen augustum cui cum Deo arctissima conjunctio intercedat*, significet, quum praesertim primi temporis Christianos, originis formulae *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ* simpliciter de Messia poni solitae immemores, ad id proclives fuisse constet, ut ex illâ formulâ nescio quid sublimius philosophando exsculperent, quod in Jesum Messiam ultra humanam sortem promotum melius convenire videretur. Sic Luca 1,35, vel Gabriele potius angelo auctore Jesus *υἱὸς θεοῦ* appellandus erat, ut a spiritu s., non a parente humano satus. Vicissim, nisi fallor, formula *ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* [Rom. 15,6. 2 Cor. 1,3. 11,31. Ephes. 1,3. Col. 1,3.] non quo sensu nos numen div. *Deum et patrem nostrum* vocamus, accipienda est, sed numen div. declarat, quatenus cum eo intime et singulari modo conjunctus erat Jesus, *Dei filius* sensu paullino. Cf. Joh. 20,17. *ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν.* i. e. *ascendo ad eum, qui alio sensu meus, alio vester est Deus et pater.* Filio Dei, quem evangelium antiquitus a Deo promissum portenderet, commemorato Paulus, quo est in Christum amore singulari, facere non potest, quin *qualis inter homines exstiterit* duobus membris *τοῦ γενομένου — — ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν* persequatur. Quibus non per gradationem oratio assurgit, ut sibi per-

Digitized by Google

suasit *Tholuccius*, quamquam negari non potest, posteriori τοῦ ὁρισθέντος κ. τ. λ. graviorem sententiam subesse, quam priori τοῦ γενομένου — κατὰ σάρκα, sed habent illa ἀντίθεσιν. Nam describens Paulus filii Dei *in genere humano collocati* conditionem, eum e gente Davidis natum esse monet *ut hominem* (τοῦ γενομένου — κατὰ σάρκα), *Dei filium* constitutum contendit non unâ re, sed pluribus (τοῦ ὁρισθέντος — ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν). Qui v. τοῦ γενομένου — ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν in parenthesin tanquam in custodiam concluserunt, non reputarunt admiratione Christi et amore ductum scriptorem quae illius fuisset inter mortales conditio graviter eloquutum esse, non obiter addidisse. τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυΐδ] Quippe erat in fatis, ut Judaeorum sospitator originem duceret a Davide [Jerem. 23, 5. Ps. 132, 11. Matth. 22, 42. Joh. 7, 42.]. κατὰ σάρκα] *quod ad carnem attinet* h. e. *quatenus carne* i. e. *corpore constabat* sive *quatenus homo erat*. [cf. *Bezam.*]. Etenim σάρξ, *caro*, ut primaria corporis pars, *hujusmodi* in locis de *corpore* dicitur ipso [Act. 2, 31. Ephes. 2, 15. 5, 29. Rom. 2, 28. Ephes. 2, 11.] imbecillitatis fragilitatisque humanae notione, quae in eâ passim quaesita est, plane seclusâ. ὁρισθέντος] Barb. 1. al. προορισθέντος. It. et Vulg.: *qui praedestinatus est filius Dei*. Haec lectio glossema est pii lectoris, consilia divina ab aeterno capta [Ephes. 1, 4.] observantis. Vide *Millii* Proleg. §. 737.. Tantum non omnes interpretes, Syrum et Patres graecos sequuti, ὁρισθέντος explicuerunt: *qui declaratus s. manifestatus est Dei filius*. *Theophyl.*: τοῦ ὁρισθέντος, τουτέστιν ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, κριθέντος. Non enim *factum* esse Jesum Dei filium suo in vitam reditu, cui haec dignitas jam fuerit ante mundi initia [Col. 1, 15. sq.], sed *cognitum hominibus*. Bene quidem, neque loci *sensum* non recte illi explicatores perceperunt, sed errarunt eo, quod et ὁρίζειν significare *declarare* opinati sunt neque illam sententiam tum quoque huic l. inesse intellexerunt, quum verbo ὁρίζειν certum et consuetum *constituendi* significatum subjeceris. Nam qui ὁρίζειν esse *declarare* putarunt, aut in verbi etymologiâ argutati sunt, ut *Theophyl.*, aut aliena l. attulerunt, ut *Elsnerus*, aut nimis festinanter argumentati sunt, ut *Rueckertus* propterea v. ὁρίζειν *declarare*, erweisen, significare posse ratus, quoniam sit *accuratissime définire*, feſtſtellen, vollkommen beſtimmen, aut *declarandi* significationem precario sumserunt, ut *Schleusn.*, *Bretschn.* al.. Quin hic quoque ὁρίζειν nihil nisi *definire*, *constituere*, beſtimmen, notat, ut jure contendit *Koppius*. Quippe P. h. l. de *Christi inter mortales conditione* disputans tum *na-*

Digitized by Google

tum eum dicit e gente Davidis, ut hominem, tum *definitum*, s. *constitutum* (nimirum *inter homines*, id quod *orationis perpetuitas* docet) Dei filium eo, quod mortuus in vitam redisset. Fuerit enim Christus, ut fuit, ante mundum conditum Dei filius [Col. 1, 15 sq. Hebr. 1, 1 sq.], hoc certe apparet, eum *inter mortales* iis demum rebus talem a Deo constitutum esse, sine quibus eum esse Dei filium homines cognoscere non potuissent, velut reditu ex inferis. Loquitur autem P. h. l., ut saepe jam dico, de Christi *inter homines* vitâ et fortunâ. *Schoettgenius* aliique arcte consociant v. *υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει* h. s.: *qui constitutus est Dei filius potens*, der bestimmt ist zum Sohne Gottes bei Kraft [cf. 1 Chron. 26, 14. יוֹעֵץ בִּינָה ein Rathgeber bei Klugheit i. e. *prudens consiliarius*.]. Perperam, opinor. Multo enim fortius qualis quantusque sit Christus eo quod revixit a Deo constitutus P. h. l. enuntiat, si eum simpliciter *Dei filium*, cui multo ampliorem quam humanam sortem datam esse nemo ignorat, quam si *Dei filium potentem* constitutum dicit. Praeterea parallelismus membrorum *ἐν δυνάμει*, — *κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης*, — *ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν* et ipsa vicissitudo praeverbiorum *ἐν*, *κατά* et *ἐξ* aliam interpretationem commendant. Iisdem argumentis *Bezae*, *Heumanni*, *Koppii*, *Reichardi* et plerorumque recentioris aetatis interpretum explanatio convellitur, quâ *ἐν δυνάμει* vi Adverbii *potenter* [Marc. 9, 1. Col. 1, 29.], id ut h. l. sit *evidenter*, a Participio *ὁρισθέντος* suspenditur: *qui evidenter est Dei filius constitutus* —. Priusquam meam de toto h. l. sententiam apponam, de vocc. seq. *κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης*, *ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν* sigillatim disserendum est. *κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης*] Substantiva abstracta, quae in — *σύνη* exeunt, ab Adjectivis formantur habentque *ο* ante — *σύνη*, si paenultima Adjectivorum syllaba *longa* est [cf. *δοῦλος δουλοσύνη*, *ἀσχημοσύνη* Rom. 1, 27. *ἀσχήμων*, *ἀγνωμοσύνη ἀγνώμων*, *ἀφροσύνη ἄφρων*.], sin *brevis* est, *ω* [cf. *ἱερωσύνη* Hebr. 7, 11. *ἱερός*, *ἁγιωσύνη ἅγιος*, *μεγαλωσύνη* Hebr. 1, 3. *μέγας*, *ἀγαθωσύνη* Rom. 15, 14. *ἀγαθός*, quorum tria ultima vocc. senescentis sunt graecitatis.]. Vide *Fischerum* ad Well. II, p. 40. sq. et *Buttmanni* ausf. gr. Sprachl. II, 325.. *De Ammon* Exc. A. ad *Koppii* Comment. verbis *κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης* ad spiritum s., cujus instinctu V. T. prophetae vaticinati sunt 2 Petr. 1, 21., relatis enarrat: *qui destinatus est Dei filius ex quo ex inferis rediit*, *quemadmodum spiritus s. in V. T. portendit*. Nam Paulum diserte docere, Christi reditum ex inferis vatum hebraicorum oraculis praesignificari Act. 13, 34.. Nimirum illud graece sic enuntiandum fuerat: *τοῦ*

Digitized by Google

ὀρ. υἱοῦ θεοῦ — ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, ἦν πνεῦμα ἁγιωσύνης προεῖπεν Act. 1, 16.. Per v. ab Apostolo posita nonnisi sic interpretari licet: *praedixisse spiritum s. in V. T. fore, ut Christus Dei filius tum constitueretur, quum vitam mortuus recepisset.* At hoc non praedictum est in V. T.. Adde quod istâ explicatione manifesta oppositio tollitur, quâ P., ut vulgo putant, v. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ut mihi videtur, voce. ἐν δυνάμει, κατὰ πν. ἁγ., ἐξ ἀν. νεκρῶν cuncta ad κατὰ σάρκα vs. 3. relata voluit. Eodem argumento *Chrysostomi*, *Theophyl.* al. explanatio repudianda est: *qui constitutus est Dei filius — secundum spiritum s., quem nimirum sectatoribus suis largitus est* [Joh. 15, 26. Act. c. 2.]. Accedit, quod hoc pacto v. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης melius post voce. ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν P. collocavisset. Sed falsum est, quod dicit *Rueckert.*, sic necesse esse, ut κατά male explicetur *per*. Esset enim vel ita κατά *secundum* et locum suum bene tueretur. Vera est *Bezae*, *Calixti*, *Cameronis*, *Wolfii*, *Boehmii* aliorumque interpretatio, quae huc redit: *qui constitutus est Dei filius — secundum spiritum s.* scil. *et divinitus concessum.* Nam erat in primariis, quibus Messias cognosci posset notis haec, ut div. spiritus dotibus large esset instructus Matth. 12, 28. Luc. 4, 1. 18. Joh. 3, 34. Act. 10, 38.. Hinc Jesus dicitur 1 Tim. 3, 16. eò Messias comprobatus, quod spiritu div. ornatus esset. Sequitur, ut exponatur, cur P. h. l. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, non κατὰ πνεῦμα ἅγιον scripserit. Quod qui factum credunt, ne quis aut de spiritu s., tertiâ Trinitatis personâ, [*Beza*, *Heum.*] aut de extraordinariis, quae vocant, spiritus s. muneribus [*Tholuccius*; cf. 1 Cor. 12, 4 sq.] cogitaret, fallluntur. Nihil enim quidquam πνεῦμα ἅγιον in toto N. T. significat, nisi spiritum s. i. e. *naturam illam augustiorem* (non *vim* div.), quam nemo ignorat [vid. ad Matth. p. 40.], neque h. l. nisi de illo Spiritu s. agitur. Alii, ut *Lutherus* et *Boehmius*, ἁγιωσύνης vocabulo Spiritus s., hominum animos lustrantis morumque sanctitatem promoventis [Gal. 5, 22.] indolem et naturam describi putant: *qui constitutus est Dei filius secundum spiritum, sanctitatis* [2 Cor. 7, 1.] *auctorem.* Sed quum nihil fuerit, cur P. h. l. Spiritum s. virtutis humanae fautorem celebraret, Paulum in hâc commoto animo consignatâ inscriptione κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης *secundum spiritum sanctitatis*, ut pleniorem gravioremque formulam, quam simpliciter κατὰ πνεῦμα ἅγιον *secundum spiritum s.* ponere maluisse arbitror. ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν] His v. *Christi* reditum ex inferis, non tum Christi tum ceterorum mortuorum resurrectionem indicari

[cf. *Ch. Fr. Schmidius*] vel ex eo elucet, quod messiana Christi auctoritas in N. T. non futuro mortuorum in vitam reditu ostenditur sed eo evincitur, quod Christus mortuus revixit. Est igitur ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν i. q. ἐξ ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν 1 Petr. 1, 3. *Syrus*, *Lutherus*, *Schoettgenius*, *Rosenm.*, *Schottus* al. proverbio ἐκ ad tempus relato [Matth. 19, 12.] hunc l. sic enarrarunt: *qui Dei filius constitutus est — ab reditu ex inferis* h. e. ab eo tempore, quo revixit. Scilicet ea Apostolum h. l. dicere aequum censuerunt, quae Christi reditum ex inferis consequuta sunt quaeque fidem in Christo repositam egregie corroborare videntur, facta miracula Luc. 24, 19. Act. 13, 31. Christi abitum in coelum ejusque commorationem apud Deum Rom. 8, 34. 1 Petr. 3, 22. et suppeditationem div. spiritus Act. 2, 33. Verum enim vero quamquam his rebus l. l. magna vis tribuitur, tamen unice vera eorum [v. c. *Bezae*, *Boehmii*, *Benselii*, *Rueckerti* al.] est interpretatio, qui transferunt: *qui est Dei filius constitutus — per reditum* (s. reditu) *ex inferis* propterea, quod consentientibus Apostolis Christi in vitam reditus certissimum est messianae, quae ei contigit, auctoritatis documentum firmissimumque fidei christianae fundamentum, quo concusso vana ea sit atque inanis [Act. 1, 22. 2, 27. 31. 13, 35. sq. 17, 31. 26, 23. Rom. 6, 9. 1 *Cor.* 15, 3 — 20. 1 Petr. 1, 3. 3, 21.]. At, inquis, male sunt Apostoli messianam Jesu dignitatem ex ejus in vitam reditu argumentati, quum ille non unus omnium revixerit mortuus, sed ante eum ex inferis ad superos redierit Lazarus Joh. 11, 44. aliique Matth. 17, 3. 27, 53. Quem scrupulum ut ex animis evellerent, *Chrysost.*, *Theophyl.*, *Beza*, *Koppius* al. veram esse Apostolorum argumentationem inde apparere observarunt, quod unus Christus *suâ vi divinâ* revixerit Joh. 10, 18, ceteri ab aliis excitati ad superos reverterint. Quorum disputatio falsa est. Nam et summâ constantiâ *a Deo* esse Jesum in vitam revocatum N. T. scriptores docent [Act. 2, 32. 3, 15. 26. 4, 10. 5, 30. 10, 40. 13, 30. 33. 17, 31. Rom. 8, 11. 1 Cor. 15, 15. 2 Cor. 4, 14. Col. 2, 12. 1 Thess. 1, 10. 1 Petr. 1, 21.] neque Joh. 10, 18. [vide ibi *Lueckium*] hoc Jesus dicit, fore, ut *suâ se vi* mortuum in vitam revocet. Minus etiam *Tholuccio*, a *Rueckerto* bene confutato, opera processit, qui Paulum purgaturus ἀναστάσεως voc. apud eum *totum illud tempus*, *quo Christus post* suum in vitam *reditum majestate* (*gloriam* vocant Theologi) *conspicuus fuerit*, significare commentus est. Imo haec est Apostolorum sententia, Jesum esse Messiam certissime ex ejus in vitam reditu cognosci non tam propterea, quod eo in vitam revocando Deus suam vim majestatemque manifestave-

Digitized by Google

rit 1 Cor. 15, 15. (nam id ipsum de ceteris quoque mortuis valeret, qui ante Christum revixerant), quam idcirco, quod in V. T. praedictum sit, fore, ut *Messias* mortuus in vitam redeat [Act. 2, 24 sq. 13, 32 sq. 17, 2. 3. 26, 22 sq.]. Quare si Jesus vitam non recepisset, non fuisset Messias. Tum vero et vana fuisset Apostolorum eum Messiam pronuntiantium doctrina, et inanis Christianorum eum Messiam pie venerantium fides [1 Cor. 15, 14.] neque expiata essent Christi supplicio hominum flagitia [1 Cor. 15, 17.]. Quippe turpi leto periisset ut homo facinorosus, non mortem occubuisset ut Messias, hominum peccata expiaturus. Ceterum P. quum Christum *ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων* 1 Cor. 15, 20. et *πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν* Col. 1, 18. [cf. Apoc. 1, 5.] vocat, alios ante eum mortuos revixisse minime negat, sed nullâ illorum ratione habitâ Christum primum numerat eorum, quos ipse sit Christus aliquando in vitam restituturus. Hoc quum ex 1 Cor. 15, 20—22. intelligitur, quo loco P. Christum vitae restitutorem cum Adamo mortis auctore contendit, tum ex 1 Cor. 15, 23. apparet, ubi initio Christum dicit revixisse eumque consequuturos esse *τοὺς τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ*. Neque obstat l. Act. 26, 22. 23., ubi P. se nihil, praeterquam quae prophetae et Moses futura portenderint, docere profitetur, si verum sit, quod negari nequeat, Messiam morte exantlatâ V. T. oraculis eum constitutum esse, qui primus *post* reditum ex inferis (aut si mavis *reditu suo ex inferis*) felicitatem Judaeis et gentilibus annuntiaret. Non igitur affirmat, esse in fatis, ut Messias primus omnium mortuorum revivisceret, sed fata postulare contendit, aut ut primus *post* reditum in vitam Judaeos et gentiles bearet, quod nimirum ab iis, qui ante eum in vitam redierunt, factum non est, aut ut primus *suo in vitam reditu*, quippe primario messianae, quâ ornatus esset, auctoritatis argumento, beatitatis auctor esset Judaeis et gentilibus. Nunc quum de singulis vocc. disputaverim dicendum mihi de universis est. Permultis V. D. nuper haec interpretatio probata est: *qui evidenter constitutus est Dei filius secundum spiritum div., quo perfusus erat, suo in vitam reditu.* propterea, opinor, quod sic *κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης* ad v. *κατὰ σάρκα* concinne referri arbitrarentur. Quibus praeter ea, quae jam supra exposui, tria argumenta objecerim. Primum enim concinnitatem, quae totum l. complecteretur, minime effecerunt. Ubertate enim membrum posterius *τοῦ ὁρισθέντος — ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν* vincit prius *τοῦ γενομένου — κατὰ σάρκα*. Hoc Christus simpliciter *natus* dicitur *e gente Davidis*, illo *evidenter constitutus Dei filius*; hoc *secundum corpus a Davide ori-*

Digitized by Google

ginem repetere affirmatur; illo *secundum* dic. *spiritum*, *qui ei inesset*, *reditu ex inferis Dei filius evidenter constitutus* perhibetur. Deinde P. melius hoc pacto ἐν δυνάμει, quoniam in notione *evidenter* primaria vis recumberet, ante v. ὁρισθέντος (τοῦ ἐν δυνάμει ὁρισθέντος) posuisset. Postremo ipsa sententia, quam in verbis inesse voluerunt, aliquâ perversitate laborat. Quidnam est enim aliud: *qui est Dei filius constitutus secundum spiritum div. ei datum*, nisi: *qui est Dei filius constitutus, quatenus erat Dei filius*? Certe Jesus eo erat Dei filius, quod erat Spiritu div. plenus [vide supra.]. Quae perversitas ut evitaretur saltem καὶ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν scribendum fuerat: *qui evidenter est Dei filius constitutus secundum spiritum div. ei concessum et per reditum in vitam.* Hinc recte existimo *Theophylactum* aliosque praeeunte *Chrysostomo* vidisse, verbis ἐν δυνάμει — ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν *tres* res contineri, quibus sit Jesus Dei filius constitutus, sed quum enarrarent: *qui est Dei filius constitutus vi divina editis miraculis comprobatâ*, *secundum spiritum div. sectatoribus impertitum*, *per reditum ex inferis.* tum alia peccarunt, quae supra indicavi, tum eo lapsi sunt, quod ἐν δυνάμει de vi div. portentis manifestatâ explicuerunt. Nam si haec Pauli mens fuisset, majore usus esset verborum perspicuitate dixissetque aut ἐν δυνάμει σημείων [Rom. 15, 19.], aut ἐν δυνάμεσι [Matth. 13, 58.]. Quocirca hanc illorum sententiae correctionem adhibeo, ut interpreter: *qui est Dei filius constitutus vi ei datâ* (in universum), *secundum spiritum sanctitatis ei concessum*, *per reditum ex inferis.* Quamquam autem facile largior, Jesum vim, quâ polleret, divinam *spiritui div.* acceptam rettulisse, tamen in grandi oratorumque gravitatem referente dicendi genere conjuncta de industria dijungi, quo uberior nervosiorque fiat oratio quis nescit? Act. 10, 38. — Ἰησοῦν — ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει —. Act. 17, 25. — αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα. Ut P. scriberet καὶ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν opus non erat. Sunt enim ἐν δυνάμει, κατὰ πν. ἁγ., ἐξ ἀν. νεκρῶν *tria* membra. Cf. Rom. 15, 18. 19.. Neque meae interpretationi praeverbiorum (ἐν, κατά, ἐκ) variatio obest. Nam eodem jure, quo eandem praepositionem *ter* repetivisset, tres posuit diversas, ad eandem denique per adjecta v. sententiam redeuntes. Ceterum Syrus, quum verteret: *et cognitus est Dei filius per vim et spiritum s.*, *quum redisset ex inferis* non legit ἐν δυνάμει καὶ [ἐν] πνεύματι ἁγιωσύνης, ut ipse *Griesbachius* putavit, sed verbis ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης in hunc sensum *arctissime* consociatis: *per vim spiritui s.*, quo

Digitized by Google

ornatus esset, *congruam*, libere, ut solebat, hunc l. transtulit. *Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ κυρίου ἡμῶν*] Haec v. ad voce. *περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ* vs. 3. referenda sunt habentque appositionis dignitatem. Perverse Itala et Vulg. verbis proximis *ἐξ ἀν. νεκρῶν* illa annectunt: „*ex resurrectione mortuorum Jesu Christi, domini nostri.*"

V. 5. et 6.. Jesu Christo vs. 4. commemorato, non potest sibi P. temperare, quin per eum Apostoli munus sibi demandatum esse grato animo profiteatur, quod quum longe et late pateat ipsos etiam Romanos complectatur. Unde hi quoque vs. temere a multis parenthesis cancellis circumscripti sunt. *δι' οὗ*] „*per quem, i. e. a quo.*" *Beza.* Ac sane *διά τινος* ita passim ponitur, ut ab *ὑπό τινος* nihil differat. Plato Symp. 186. E. *ἥ τε οὖν ἰατρική, ὥσπερ λέγω, πᾶσα διὰ τοῦ θεοῦ τούτου* (*ab* Aesculapio) *κυβερνᾶται* —. 1 Cor. 1, 9. *πιστὸς ὁ θεὸς, δι' οὗ* (*a quo*: Deus est enim *ὁ καλῶν* Rom. 9, 11. et *ὁ καλέσας* 1 Petr. 1, 15.) *ἐκλήθητε* —., ubi D* *ὑφ' οὗ* praebet e glossemate. 1 Petr. 2, 13. 14. *ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν κύριον, εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ* (a principe) *πεμπομένοις* —. Hebr. 2, 3. Cic. ad Div. 5, 1. 1. Existimaram — nec me absentem ludibrio laesum iri nec Metellum fratrem ob dictum capite ac fortunis *per te* oppugnatum iri. ibid. 5, 2. 6.. Quod scribis: non oportuisse Metellum fratrem tuum ob dictum *a me* oppugnari —. Cujus usus originem inde repetam, quod *per quem* aliquid factum sit is ipse fecisse eatenus animo informari potuit, quatenus alius mandatum alioquin iners futurum ille ad effectum adduxit. Est autem hic usus ibi tantum admissus, ubi nullam sententiae ambiguitatem crearet. Documento est, quod nemo graece dixit *ἐρῶμαι διά τινος* pro *ἐρ. ὑπό τινος*, aut latine amor *per* aliquem pro amor *ab* aliquo. Sed h. l. *δι' οὗ* valet *per quem*. Est enim Apostoli munus in P. collatum *a Deo* [Rom. 15, 15. Ephes. 3, 2. 7. Gal. 1, 15.] *Christo interprete* [Act. 9, 5.]. Frustra Gal. 1, 1. *Παῦλος, ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρός* —. obtendas. Nam ut P. h. l. *διά* de Christo et Deo pariter collocaret fecit brevitatis studio ductus [cf. *Grotius*]. Quum enim eum aut sic scribere oporteret: *Παῦλος, ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ἀλλ' ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χρ.*, aut saltem ita: *Παῦλος, ἀπ. οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπου | ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπὸ θεοῦ πατρός*, orationem quo videmus modo contraxit: *Παῦλος, ἀπόστολος οὐκ* — — *ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρός*. Manifestum est igitur, quo loco *διά* mente

Digitized by Google

addendum est (i. e. ante v. *θεοῦ πατρός*) ita accipiendam voculam esse, ut ab *ὑπό sensu* non differat [cf. supra] *ἐλάβομεν*] Utrum hoc sit *accepimus ego et collegae mei, ceteri Apostoli* [*Bengel.*], an *accepimus* i. e. *accepi ego Paulus* [*Boehmius*] argumentis decerni posse desperat *Rueckertus.* At Paulum hîc de se solo loqui ex ipso vs. 5. et 6. consilio cognoscitur, quod hoc est, ut sibi Romanos epistolâ commonendi jus esse demonstraturus per Jesum se Apostoli munus sic accepisse doceat, ut *omnes* nationes, ergo etiam Romanos, ad obsequium doctrinae christ. praestandum adducat. *χάριν καὶ ἀποστολήν*] Haec v. qui *duas* res Paulo datas continere putant et sic explicant: *per quem accepi favorem div.* (*ut a pristino errore avocatus et in Christianorum societatem receptus*) *et munus Apostoli* h. e. *per quem factus sum homo christ. et Apostolus* [*Augustin., Heum., Tholuccius, Beneckius* al.] iis non usus quidem loquendi obstat (recte enim P. suam ad sacra christ. conversionem *χάριν* s. *ἔλεος* h. e. *favoris div. documentum* 1 Tim. 1, 13. appellavisset), sed orationis perpetuitas. Nam quo l. P. Apostoli muneris in se collati rationes exponere decrevisset nihil sane hoc dici attinebat, esse se *Christi sectatorem* factum. Habet igitur *καί* vim explicandi: *per quem accepi favoris div. documentum, dico autem munus Apostoli*, Hulderweis, nehmlich Apostelamt [*Beza, Grot., Limborch., Wetst., Boehmius* al. cl. l. Rom. 12, 3. Eph. 3, 8.]. *εἰς ὑπακοὴν πίστεως*] Voculam *εἰς finem* notare et vernaculae voci zu respondere tralatitium est; cf. Ephes. 1, 6. 10.. Genitivum *πίστεως* qui subjectivum censeat et in hunc modum explicet: *ad obsequium* (scil. Dei) *efficiendum, quod fides aut postulet, aut excitet* eum male facere, quod tametsi P. virtutem i. e. obsequium Deo praestandum, cum fide arctissimo vinculo contineri voluerit [Gal. 5, 6. Ephes. 1, 15.], nunquam tamen se idcirco Apostolum creatum dixerit, ut hominum mores emendaret, sed ut eos edoceret et ad fidem in Christo collocandam permoveret [Ephes. 3, 8.] *Rueckerto* facile largior. Sed licet tamen Genitivo *πίστεως* sensu subjectivo sumto interpretationem inire ejusmodi, quae specioso argumento exornari possit. Nam si *πίστεως* vocabulum cum *Theophyl., Calvino, Vatablo, Moro, Naebio* al. Genitivum *appositionis* feceris, sententiam consequaris idoneam: *per quem mihi contigit Apostoli munus, ut obsequium efficerem, quod in fide cernitur.* Scilicet quum Deus *postulet*, ut fides evangelio adjungatur, tum fidem ei habentes *obtemperantes*, tum fidem denegantes *dicto non audientes et contumaces*, tum fidem ipsam *obtemperantium* recte animo concipi vocarique apertum est. Hinc fidem evangelio adjungentes *ὑπακούειν*

Digitized by Google

κούειν τῷ εὐαγγελίῳ Rom. 10,16. 2 Thess. 1,8., fidem ei recusantes ἀπειθεῖν τῷ λόγῳ s. τῷ εὐαγγελίῳ 1 Petr. 2,8. 4,17. dicuntur, quâ re minus perpensâ vel nunc sunt [cf. v. c. Ven. *Wahl.* Cl. maj. et min.], qui hujusmodi in l. verbum ἀπειθέω verbo πιστεύω oppositum Joh. 3,36. Act. 14, 1. 2. vi *suâ* et *naturâ* idem quod ἀπιστέω *fidem denegare* pollere falso opinentur. Multo tamen et per se simplicior et huic loco accommodatior eorum ratio est, qui πίστεως Genitivum *objectivum* arbitrati ὑπακοὴν πίστεως *obsequium doctrinae chr. praestandum*, Gehorsam gegen den christl. Glauben, explanaverunt [*Beng. Heum. Boehm.* al.]. Cf. 2 Cor. 10,5. ἡ ὑπακοὴ τοῦ Χριστοῦ. 1 Petr. 1,22. ἡ ὑπακοὴ τῆς ἀληθείας. Act. 6,7. ὑπακούειν τῇ πίστει. An ἡ πίστις unquam sit *doctrina fidem postulans* i. e. *doctrina christ.* non addubitaverim cum *Winero* Comment. ep. ad Gal. 3,23.. Certe qui aliter Act. 6.7. — ὑπήκουον τῇ πίστει (cl. Rom. 10,16. — ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ.) bene explicetur, vix inveniat homo argutulus. Et Patres eccles. saepe hâc vi τὴν πίστιν ponere constat, vid. *Suiceri* Thes. eccl. II,725. sqq.. Sed interpretes et lexicographos haud paucis in l. N. T. [v. c. Gal. 1,23. 3,23. 25. Ephes. 4,5. 2 Petr. 1,1.] temere τὴν πίστιν *doctrinam div.* enarravisse concedo, uti debeo. Sed huic l. admodum accommodatam dixi illam, quam probavi, interpretationem *ob vs.* 6.. Bene enim hae sententiae connexae sunt: *sum in Apostolorum collegium receptus, ut omnes nationes, ergo etiam vos Romanos v.* 6., *ad obsequium doctrinae div. vitâ moribusque praestandum perducerem.* Iam enim ad sacra christ. Romani accesserant; id a Paulo admonendi erant, ut doctrinam div. retinerent eique obsecundarent. Contra si explices: *sum factus Apostolus, ut omnes nationes, in quibus etiam vos estis, Romani, ad obsequium Dei, quod in habendâ fide cernitur, impellerem*, P. de Romanis loquitur ut de hominibus sacra christ. nondum amplexis. Quod autem *Rueckertus* se iis assentiri ait, qui πίστεως Genitivum *objectivum* censuerint sed sensu *subjectivo* (ergo *fidem evangelio habendam*) enarraverint in hunc modum: *ut obsequium fieret voluntati div. quae in eo cernitur, ut fides habeatur* (*non ut salus a factis legi consentaneis exspectetur*), vereor, ut V. D. rem totam satis clare animo informaverit. Redit enim ejus interpretatio ad eorum sententiam, qui πίστεως Genitivum *appositionis* opinati sunt (vide supra) neque aliâ differt re, nisi quod *Rueckertus* πίστεως vocab. *cum emphasi*, ut tacite opponeret ἔργα νόμου Gal. 2,16. Rom. 3,20., Apostolum collocavisse existimavit: *ut Deo obedientia praestaretur, quae in fide* (non factis legi consentaneis) *cerne-*

Digitized by Google

retur. Sed haec emphasis nullo apice indicata ab h. l., ubi satis erat hoc dici: datum esse Apostoli munus, ut omnes nationes doctrinae chr. obedirent, non minus abhorret, quam quae a *Chrys.*, *Theophyl.* al. excogitata est: *ut obsequium efficerem, quod in fide ita ut nihil obloquaris habendâ cernitur*, (non in sophisticis quaestionibus et concertationibus versatur). Praeterea *Theophylacti* interpretatione Romanis sophisticae concertationes male exprobrarentur, *Rueckerti* illud perperam iis vitio daretur, quod salutem ab ἔργοις νόμου sperarent. Attende ad nexum, qui intercedit inter vs. 5. et 6. et lege paullo superius dicta. ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν] Haec v. *Theophyl.* et *Beza* connectunt cum v. ἐλάβομεν. Perperam, opinor. Nam et obstat verborum ab ἐλάβομεν nimio spatio diremtorum ordo (hoc enim pacto P. melius v. sic collocavisset: δι' οὗ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐλάβομεν κ. τ. λ. s. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν), et parum commoda est loquutio: ἐλάβομεν χ. κ. ἀποστολὴν ἐν πᾶσι τ. ἐ. *datum mihi est Apostoli munus inter omnes nationes.* Exspectaveris sic potius.: δι' οὗ ἐλάβομεν χ. καὶ ἀποστολὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη [Rom. 15, 16. Gal. 2, 8.]. Quare v. ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν cum vocc. εἰς ὑπακοὴν πίστεως arcte consociandа sunt. Neque quidquam asperitatis huic constructioni inesse det necesse est, qui εἰς ὑπ. πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν idem valere quod ἵνα γένηται ὑπακοὴ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν reputaverit. Sunt autem πάντα τὰ ἔθνη *omnes nationes*, quas ut edoceret factus erat P. Apostolus 2 Tim. 4, 17.. Praeter rem igitur πάντα τὰ ἔθνη *Beza*, *Koppius* al. *quasvis nationes* (h. e. *et Judaeos et gentiles*), *Heumannus* al. *omnes gentiles* explicuerunt. Quod autem P. sibi Apostoli munus obtigisse, ut *omnes* nationes ad obsequium doctrinae div. praestandum adduceret scripsit, ipsa res docet sic intelligendum esse, ut faceret quantum per vitam et tempora in hâc provinciâ consequi posset. PP. graeci [v. c. *Chrys.* et *Theoph.*] ut P. purgarent tum alia mirabilia excogitarunt, tum hoc monuerunt, Paulum post obitum omnium nationum doctorem exstitisse epistolis suis ad omnes gentes perlatis! ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ] Haec vocc. sunt qui cum v. πίστεως jungant aut h. m.: *ut obediatur fidei*, *quae est de nomine ejus* [*Chrys. Theoph. Erasm.*], aut h. r.: *ut obediatur fidei in ejus nomine reponendae* [*de Ammon.*]. At illo pacto saltem περὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. ut Chrys. in textu habet, hoc εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ Paulo scribendum fuisse jam ab aliis recte observatum est. Alii ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ referunt ad v, ἐλάβομεν χ. κ. ἀποστολήν aut h. s.: *sum factus Ap. pro ejus nomine* i. e. *Christi vice* ch. 2 Cor.

Digitized by Google

5,20. [ita, ut videtur, *Bengel.*], aut sic: *sum constitutus Ap. in ejus nominis commodum* [*Beza*], s. —*in ejus* [Christi] *commodum* [Koppius], quippe qui vel *Christi nomen*, vel *Christi* notitiam longe et late propagarem Act. 9,15., aut in hunc m.: *sum per Christum Apostolus creatus in ejus nominis commodum* i. e. *ut ejus nomen nobile et illustre redderem*, zur Verherrlichung ſeines Nahmens. [*Rueckertus*]. Horum optime sane *Rueckertus*. Nam qui cum *Bengelio* et *Koppio* faciat, is ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ per inertem periphrasin pro ὑπὲρ αὐτοῦ locatum esse contra usum loquendi statuat necesse est. *Bezae* autem interpretatio (zur Verkündigung ſeines Nahmens) l. nostrum enervat: *per quem, ut omnes nationes ad obsequium doctrinae div. praestandum permoverem, Ap. sum factus ejus nominis propagandi causâ.* Fortius enim eadem sententia verbis εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, quam vocc. ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ enuntiaretur. Verum ne *Rueckerti* quidem sententia satis placet. Certe simplicius et Paullino scribendi generi convenientius (nascitur enim Paulo ut viro fervido et ingenioso sententia ex sententiâ neque singula ille quae dicenda sint aut quo modo dicenda multo ante meditatur) vocc. ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ cum v. proxime praecedentibus εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν consociantur h. r.: *per quem mihi contigit favoris documentum, nempe Apostoli munus, ut obedientia doctrinae div. praestanda inter omnes nationes in nominis Christi commodum* (i. e. *honorem*) *efficeretur.* Quo plures enim homines doctrinam div. amplectuntur, eo plures etiam Christi *nomen* in ore habent, venerantur, celebrant. Nihil est autem magis cordi Apostolis, quam ut Christi nomen celebre et illustre sit (Phil. 1,20. 2 Thess. 1,12.) aut ne qua macula ei adspergatur. Hinc lubenter infamiam subeunt et ipsam vitam devovent ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ h. e. ut illustre faciant Jesu nomen neque committant, ut sua sectatorum ignavia divini magistri nomini ac famae officiat [cf. Act. 9,16. 15, 26. 21,13. 5,41.]. ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς] Quum hoc consilio, inquit P., Apostoli munus mihi demandatum sit, ut *omnes* nationes ad obedientiam doctrinae div. mente animoque praestandam perducerem, vos autem, lectores, illarum numero comprehendamini, mihi ut doctrinae div. obsecundetis epistolâ vos admonendi jus esse perspicuum est. Alloquitur autem lectores κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ h. e. non *ab Jesu Christo vocati* s. *invitati*, sed *homines divinitus invitati, qui Jesu Christi sitis* i. e. *qui vos Jesu Christo addixeritis*, ut recte olim *Beza*, nuper *Boehmius*. Causa haec est, quod Paulo ceterisque Apostolis auctoribus *non*

Digitized by Google

Christus homines invitat (καλεῖ), sed *Deus* [Rom. 9, 24. 1 Cor. 1, 9. al.]. Eodem usu δέσμιον Χριστοῦ Ἰησοῦ se vocat P. Philem. v. 1. 9. i. e. non *a Christo J. in vincula conjectum*, sed *vinculis constrictum Christi Jesu sectatorem*. V. 7. Nunc P. se ad vs. 1. v. Παῦλος, δοῦλος Ἰ. Χ., κλητὸς ἀπόστολος revocans quibus hominibus hanc dictatam velit epistolam enuntiat verbis πᾶσι — — ἁγίοις. πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς θεοῦ] *Wolf. Boehm. Benecklus* al. enarrant: *Deo dilectis qui Romae versantur omnibus* h. e. *et patriâ sedeque fixâ Romanis et advenis negotiorum conficiendorum causâ Romae ad tempus commorantibus*. At hujus interpretationis veritas neque ex adjecto v. πᾶσι certo consequitur, neque e l. Phil. 1, 1. evincitur, ubi P. epistolam inscribit tum *omnibus* hominibus christ. Philippis versantibus (h. e. *gregariis* Christianis), tum episcopis et diaconis. Mihi veri similius videtur, Paulum πᾶσι, hoc s. adjecisse: *omnibus promiscue* i. e. et notis mihi, ut Aquilae, Priscillae, Andronico al. [Rom. 16, 3. sq.] et ignotis. Sed quum potuisset Ap. Christianorum notionem simpliciter ita enuntiare, ut diceret πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ πιστοῖς, ejusmodi appellationibus uti maluit, quibus lectores de ornamentis, quibus eos ut homines christianos Deus cumulavisset, admoneret (πᾶσι τοῖς — ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις). Ut olim Israelitae erant Dei deliciae [LXX 2 Chron. 20, 7.], sic nunc homines christiani et Deo (ἀγαπητοὶ θεοῦ cf. Col. 3, 12. 1 Thess. 1, 4.) et Christo (2 Thess. 2, 13. ἠγαπημένοι ὑπὸ κυρίου) dilecti sunt. κλητοῖς ἁγίοις] *div. invitatione Deo sacris*. Olim Deus Israelitas *sibi consecravit* [Levit. 20, 8. Ezech. 20, 12. קִדֵּשׁ] h. e. tales pronuntiavit, quibuscum arctiori quodam vinculo connexus esset, quippe qui ipsum colerent Deum et quibus prae ceteris hominibus faveret. Unde factum est, ut tum natio israel. עַם־קְדוֹשִׁים *natio hominum Deo consecratorum* Dan. 8, 24. diceretur, tum Judaei קְדוֹשֵׁי עֶלְיוֹנִין Dan. 7, 18. *homines Deo O. M. consecrati* appellarentur. Quâ re ad homines christ. translatâ hi in N. T. οἱ ἅγιοι vocantur [Act. 26, 10. Rom. 16, 15. al.] h. e. *homines Deo consecrati* [1 Cor. 7, 14.] s. *arctius cum eo nexi*. Ex his apparet, Christianos in N. T. τοὺς ἁγίους dici neque ut homines Christi beneficio peccatorum veniam nactos [cf. *Wahl*. Ch. maj. et min.], neque quod vere sancti et innocentes sint moribus, neque quod tales eos fieri oporteat. Postrema sententia quibus placuit ejusmodi locis sibi imponi passi sunt, ubi vel hoc dicitur, decere Christianos ut homines Deo sacros honestam vitam [Ephes. 5, 3. Col. 3, 12], vel οἱ ἅγιοι τοῖς ἀδίκοις h. e. gentilibus opponuntur [1 Cor. 6, 1. 2.], quod propterea recte factum est, quod plerorumque

Digitized by Google

gentilium vita cum Christianorum moribus comparata spurca sane esset et improba. Praeterea ex iis, quae supra attulimus hoc elucet, eos interpretes vim appellationis οἱ ἅγιοι non exhaurire, qui simpliciter vertunt: *homines Christiani*. Nam ut omnes *promiscue* Christiani τῶν ἁγίων nomine in N. T. ornentur *sine ullâ emphasi* [v. c. Act. 9, 32. 41. Ephes. 2, 19. Phil. 1, 1. Col. 1, 2.], aliud tamen illi inest nomini, quam Christianorum titulo. Christianus est enim qui Christo nomen dedit ejusque sacra amplexus est, ἅγιος contra et *Deo consecratus*, is dicitur, cui mutuum intercedit et arctum cum Deo vinculum. Ceterum a *Bezâ*, *Boehmio*, *Knappio* paucisque aliis pulchre perspectum est, verbis, πᾶσι — — ἁγίοις sententiam v. 1. Παῦλος etc. inchoatam finiri (*Paulus — — — epistolam dedicat dilectis Deo, div. invitatione Deo sacris, quotquot sunt Romae.*) novamque incipere periodum a verbis χάρις ὑμῖν κ. τ. λ. bona vota continentibus et quibus P. lectores alloquatur. Contra plerique interpretes post *Theodoretum* a vs. 1. usque ad finem vs. 7. *unam* periodum continere sibi persuaserunt: Παῦλος — — — πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις χάρις ὑμῖν — —. *Paulus — — omnibus qui Romae versantur Deo dilectis — favorem et felicitatem a Deo — — precatur.* Eodemque modo ceterarum Pauli epistolarum inscriptiones enodarunt, seu conturbarunt potius. Scilicet vehementer eos peccavisse ipsa verborum compositio docet. Hanc enim eorum consilium vocabulorum juncturam requirit: Παῦλος — — — πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις χάριν καὶ εἰρήνην [scil. εὔχεται] ἀπὸ θεοῦ πατρός κ. τ. λ.. Verum χάρις καὶ εἰρήνη *Nominativi* et interjectum Pronomen ὑμῖν quemvis docere debent, verbis Παῦλος — — — κλητοῖς ἁγίοις inesse inscriptionem [*Paulus — — — Romanis salutem dicit* i. q. *epistolam quae sequitur dicatam vult*], vocabulis autem χάρις ὑμῖν κ. τ. λ. ita ad Romanos orationem converti, ut fausta quaevis iis P. precetur [*Favor vobis Romanis et felicitas contingat a Deo* etc.]. Nimirum Romani ita epistolas aliis inscribunt, ut eos in ipsâ inscriptione salutent. Quod qui plenâ oratione utuntur sic faciunt, ut *salutem* amico *dicant* [Cic. ad Fam. 1, 1. *M. Cicero salutem dicit P. Lentulo Procos.*]; qui contra brevitati student omisso verbo, quod cogitando facile adjicitur, sic loquuntur: *Cicero Ap. Pulchro salutem* [Cic. ad Fam. 3, 9.]. Postremo qui verbis quam paucissimis defungi volunt ipso *salutis* vocabulo demto simpliciter dicunt *Cicero Bithynico* [Cic. ad Fam. 6, 17.] quod tanto minus offensionis habet, quo magis in tritâ et pervulgatâ, quâ verecundia et humanitas declararetur, formulâ non tam salutis, quam

Digitized by Google

quis precaretur, quam haec notio cogitaretur: *scribere Ciceronem Bithynico.* Plena salutis dicendae formula apud Graecos haec est: *Πλάτων Ἀρχύτᾳ εὖ πράττειν* [sive *χαίρειν*] *λέγει*, contractior, *sed quae plane in usum et consuetudinem verterit*, ea, in quâ praetermisso v. *λέγει* simplex Infinitivus *χαίρειν* s. *εὖ πράττειν* collocetur. Sic in epistolis Platonicis [P. III. Vol. III. ed. *Bekker.*] nunquam non adjicitur *εὖ πράττειν* [v. c. *Δίων Διονσίῳ εὖ πράττειν. Πλάτων Διονσίῳ εὖ πράττειν*], Philippi regis autem aliorumque epistolae in Demosthenis oratione *de coronâ* itemque adulterinae Demosthenis epistolae constanter additum habent *χαίρειν*. E N. T. confer Act. 15,23. *Οἱ ἀπόστολοι — — τοῖς — ἀδελφοῖς — χαίρειν* et Jac. 1,1. *Ἰάκωβος — — ταῖς δώδεκα φυλαῖς — χαίρειν.* Tales inscriptionum formulas ipsam statim epistolam excipere [Act. 15,24. Jac. 1,2.] omissis bonis votis, a Paulo novâ hâc verborum complexione superadjici solitis: *χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη* [scil. *εἴη*] *ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.* non mirum est propterea, quod gratulatio jam verbo *χαίρειν* continetur. Denique perraro Graeci ipsum quoque verbum *χαίρειν* s. *εὖ πράττειν* omittunt idque faciunt plerumque, ut hâc tantâ brevitate suam vel iram vel contemtionem significent [cf. c. c. Lucian. Conviv. c. 22. *Ἑτοιμοκλῆς φιλόσοφος Ἀριστανέτῳ.*]. Sed haec ratio N. T. scriptoribus maxime probata est [vide praeter epistolarum Paullinarum initia 1 Petr. 1,1. *Πέτρος — ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου —.* 2 Petr. 1,1. *Συμεὼν Πέτρος — τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν — —.* Jud. 1. *Ἰούδας — τοῖς ἐν θεῷ πατρὶ ἡγιασμένοις — — κλητοῖς.* Apoc. 1,4. *Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ.*] hoc pacto, ut in hâc formulâ, ad cujus integritatem sane desunt v. cogitatione adjicienda *χαίρειν λέγει*, nihil spectari vellent nisi ut inde cognosceretur, *quis* scripsisset et *ad quem* literas misisset. Quare post ejusmodi inscriptionem novam periodum addunt secunda vota complectentem [Apoc. 1,4. *χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ κ. τ. ἑ.* 1 Petr. 1,2. *χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.*]. *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ κ. τ. λ.*] Verissime *Calvinus, Grotius* al. *χάριν favorem, εἰρήνην felicitatem* interpretati sunt: *favor* (Huld) *vobis contingat et felicitas* (Glück) *a Deo — et — Jesu Christo* i. e. *utinam Deus et Jesus Christus vobis faveant et* (quod Dei Christique favore ornatis jure meritoque sperare licet) *res vestras prosperent.* Primum enim more pervulgato solent homines in salute et dicendâ et scribendâ iis, quos salutant ut bene valeant eorumque res ad voluntatem fluant optare. Deinde considerandum est, quae sui juris sit, formulâ *χάρις ὑμῖν κ. τ. λ.* in N. T. nihil aliud

Digitized by Google

dici, nisi quod Graeci illo suo χαίρειν s. εὖ πράττειν enuntiare consueverint, h. e. *ut aliquis fortunatus sit* sive, ut cum Horatio loquar ep. 1, 8, 1. *ut gaudeat et bene rem gerat.* Tum reputandum est, formulam χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ e duobus votis apud Hebraeos usitatis conflatam esse. Nam χάρις σοι ἀπὸ θεοῦ *faveat tibi Deus* respondet formulae יְהוָה עִמְּךָ, κύριος μετὰ σοῦ (Jud. 6, 12. cl. Luc. 1, 28.) *Deus tibi praesto sit*; εἰρήνη σοι ἀπὸ θεοῦ refert hebraicum שָׁלוֹם לְךָ, εἰρήνη σοι (Jud. 6, 23. Genes. 43, 23. 1 Sam. 25, 6. 1 Chron. 12, 18. Joh. 20, 19.) *sis fortunatus.* Unde etiam sic N. T. scriptores variant, ut modo *felicitatem* [1 Petr. 5, 14. Εἰρήνη ὑμῖν —.], modo *Deum propitium* lectoribus optent [Rom. 15, 33. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν.]. Postremo *mihi* quidem satis pium hoc votum videtur: *propitii sint vobis Deus et Jesus Christus resque vestras fortunent.* Sed *Chrysost.*, *Theodoret.*, *Justinian.*, *Beneckius* al. aut illud votum non satis pium opinati, aut nescio quâ aliâ re consternati χάριν *gratiam div.*, *salutis Christianorum fontem*, εἰρήνην *pacem cum Deo* explicuerunt h. s.: *obtingat vobis a Deo et Christo gratia div.*, *salutis vestrae fons*, *et pax cum Deo, dum praeceptis divinis obtemperetis* (cf. maxime Chrys. et Theodoret.). At praeterquam quod Romanis, ad Christi sacra jam adductis, potius ut a Deo et Christo gratia Dei et pax cum numine *conservaretur*, quam ut daretur exoptandum erat, vix quisquam aut e simplici v. χάρις *gratiam* quo illi voluerunt sensu aut e nude posito voc. εἰρήνη *pacem cum Deo per Christum partam* Rom. 5, 1. exsculpat. Quare P. si illud dicere voluerat majore verborum ubertate uti et in hunc ferme modum scribere debuerat: ἡ χάρις ὑμῖν καὶ ἡ πρὸς τὸν θεὸν εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ — καὶ κ. Ἰ. Χ. τηρηθείη. Si illi interpretes l. Tit. 3, 15. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. similibusque l. ad suam se sententiam invitari passi sunt, non cogitarunt, multo usu factum esse, ut, nostra fausta vota complectens, formula ad hoc compendium conferretur: ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν, die Huld h. *e. Dei favor vobis adsit.* ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰ. Χ.] Male facere qui v. καὶ κυρίου Ἰ. Χ. a voc. πατρός suspendunt h. s.: *a Deo, patre nostro et domini Jesu Christi patre* docent l. 2 Tim. 1, 2. Tit. 1, 4. cl. 2 Cor. 13, 13. Philem. v. 25. al.. Quare explana: *a Deo, patre nostro, et a domino Jesu Chr.*. Rectissime enim Paulus favorem et felicitatem *a Christo* Romanis precatur, quippe coelesti coetus Christianorum gubernatore imperiique div. consorte [1 Thess. 3, 11. 2 Thess. 2, 16 sq. Ephes. 1, 22. Phil. 2, 9. sq. al.].

V. 8. Exorditur P., ut alias epistolas [1 Cor. 1, 4. 1 Thess. 1, 2. 2 Thess. 1, 3. Philem. 4.], sic hanc quoque a

Digitized by Google

laudibus, quibus pie gratias agat Deo pro constanti et firmâ fide lectorum. *πρῶτον μέν*] *primum quidem.* Ita P. orationem adjecto voc. *μέν* temperavit, cum ut post gratias Deo actas tale quid dicere voluisse appareat: *εἶτα* (s. *ἔπειτα*) *δὲ τοῦτο λέγω deinde vero hoc moneo.* Sed gratiarum actioni aliis atque aliis adjunctis sententiis consilium suum prorsus destituit neque sequitur ulla, cujus spem *μέν* excitaverat, sententia. Cf. Rom. 3, 2. Dissert. in 2. ep. ad Cor. II. p. 14. *Wineri* gr. p. 449. et Demosth. de Haloneso 7, 2. *Bekk.* *ὅταν δὲ λέγῃ περὶ τούτων ὡς ἐθέλει διαδικάσασθαι οὐδὲν ἄλλο ἢ κλένάζει ὑμᾶς πρῶτον μὲν ἀξιῶν κ. τ. λ.*, ubi non sequitur membrum aliud *ἔπειτα δέ* —, in quo frustra turbatum est. Errarunt *Origenes, Bengelius* et *Chr. Fr. Schmidius*, quum *δέ* vs. 13. ad *μέν* vs. 8. referrent. Non enim reputarunt, vs. 13. *οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν κ. τ. λ.* Paulum addidisse, ut quum vs. 10. 11. de suo Romam adeundi Romanosque videndi desiderio dicta illustraret tum *ἤδη ποτέ* v. 10. explicaret. Qui autem *πρῶτον μέν ante omnia*, aut *inprimis* converterunt, nullam (male quidem) rationem habuerunt voculae *μέν* atque ita versati sunt, quasi P. *πρῶτον εὐχαριστῶ* Matth. 6, 33. s. *πρῶτον πάντων εὐχαριστῶ* 1 Tim. 2, 1. scripsisset. *εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου*] *gratias ago Deo meo* h. e. *Deo, quem pie veneror, quem cultu aut pietate prosequor* Exod. 3, 18. Habac. 1, 12. Ps. 5, 3. Phil. 1, 3.. Declarat igitur Pronomen animum amore numini obstrictum. *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*] Haec v. *Koppius* arcte consociavit cum *τῷ θεῷ μου gratias ago ei, qui meus* (h. e. mihi propitius cf. Exod. 3, 15.) *est per Jesum Chr. Deus*, — meinem Gotte durch Jesus Chr.. Perperam, non quod ita male desit Articulus *τῷ θεῷ μου τῷ δι' Ἰ. Χ.* [vid. *Rueckertus*: cf. 1 Cor. 10, 18. *βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα.* 1 Tim. 6, 17. *τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε* —.], sed quia haec ratio non omnibus hujus generis l. consentanea est, v. c. Rom. 7, 25.. Non magis prospere iis interpretibus res cessit, qui praeeuntibus *Origene* et *Theophyl.* hunc l. h. r. enarrarunt: *gratias ago Deo meo per Jesum Chr.*, qui nimirum *ut pontifex maximus* laudes meas ad Deum perferat. Primum enim nihil ex Hebr. 13, 15. cl. 8, 3. in hanc partem efficitur, quoniam ibi Jesus cum pontifice maximo diserte comparatur, quod hic secus est. Deinde perferre Jesum ad regalem Dei sellam hominum Christianorum preces et laudes vix dicere potuerat P., quo auctore Christiani ingenuo liberorum animo Deum patrem suum ipsi adeant precibus Rom. 8, 15. Gal. 4, 6., postquam Jesus morte sua aditum

Digitized by Google

iis ad Deum patefecerit Ephes. 2, 18. 3, 12. Postremo Rom. 8, 34. non illud affirmatur, sed hoc simpliciter dicitur, agere Christum in coelo suorum hominum causam tanquam patronum. Ut aliorum interpretum consilia taceam minus etiam plausibilia, hoc moneo, duplicem hujus l. expediendi rationem patere. Nam *gratias ago Deo meo per Jesum Chr.* idem esse potest quod: *gratias ago Deo meo hoc, quod Jesu Chr.* (doctrinae div. interpreti et felicitatis aeternae auctori) *gratias ago.* Potest vero etiam *gratias ago Deo meo per Jesum Chr.* idem valere, quod *per Christum factum est, ut gratias nunc Deo meo agam* s. *gratias ago Deo meo Jesu Chr. beneficio.* Etenim quum praeclarissima Dei munera et beneficia *per Christum* hominibus christ. contigerint [Ephes. 1, 3.], apparet eum etiam laudum, quibus Deum ob illa beneficia celebrent, auctorem recte informari propterea, quod nisi se Christus interposuisset iis ornamentis destituerentur, pro quibus nunc gratias Deo agendas censeant. Hanc explanationem, quam priori antepono, jam habet *Oecumenius*: *διὰ Ἰησοῦ Χρ. —] αὐτὸς γὰρ ἡμῖν αἴτιος τῆς εἰς τὸν πατέρα εὐεργεσίας, ὃ καὶ προσλαβόμενος ἡμᾶς καὶ τῷ ἰδίῳ αἵματι πρὸς ἐκεῖνον καταλλάξας.* Quidnam insit verbis *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*, non tum facile intelligas, quum vocabula ambigua tantum in latinum sermonem convertas, sed quum tali fere circumloquutione utaris: *gratias ago Deo meo, quum Jesus Chr. optime de genere humano meruerit, —.* Rom. 7, 25. *Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χρ. —. gratias Deo ago per Jesum Chr.* h. e. *quum J. Chr. benigne se interposuerit* i. q. *ut Deo grates agam Christi beneficio factum est.* Hûc etiam pertinere Col. 3, 17. — *εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δι' αὐτοῦ [Ἰησοῦ].* pro certo affirmare non audeo. Nam licet etiam explicare quum h. m.: *gratias Deo agentes et per Jesum patri*, tum ita: *gratias Deo et patri agentes per Jesum*, scil. *qui id fieri vult*, ut sit *δι' αὐτοῦ* i. q. *ἐν ὀνόματι αὐτοῦ* Ephes. 5, 20. Sic 1 Thess. 4, 2. *παραγγελίας διδόναι τινὶ διὰ Ἰησοῦ mandata alicui dare per Jesum* scil. qui haec mandata dari jusserit, idem est, qui quod 2 Thess. 3, 6. *παραγγέλλειν τινί τι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χρ. J. Christi auctoritate alicui aliquid injungere.* *ὑπὲρ πάντων ὑμῶν*] A. B. C. D.* al. praebent *περὶ πάντων ὑμῶν* (i. e. gratias ago Deo *propter* vos omnes, quoniam *nimirum* fides vestra in ore est et sermone omnium. cf. 1 Cor. 1, 4. 1 Thess. 1, 2. 2, 13. 2 Thess. 1, 3. 2, 13.), quod de meliore notâ a *Griesbachio* commendatum nuper recepit *Lachmannus*. Sed quum in omnibus promiscue Codd. *ὑπέρ* et *περί* constantissime confundantur, *ὑπέρ* autem in hoc genere rarius ponatur (Ephes.

Digitized by Google

1, 16. 1 Tim. 2, 1.] id retinendum putavi. Est autem ὑπὲρ πάντων ὑμῶν non *gratias ago Deo pro vobis omnibus* i. e. *vestrum omnium loco* (haec enim sententia h. l. parum apta est), *sed* aut *grates ago Deo pro vobis omnibus* h. e. *pro vestrum omnium commodis et ornamentis*, aut *gratias ago Deo super vobis omnibus* [2 Thess. 2, 1.], ut a περί non differat. Sequitur expositio v. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν vocabulis ὅτι — τῷ κόσμῳ i. e. *quia nimirum de fide vestrâ in toto terrarum orbe sermones fiunt*. Dixit P. ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ per hyperbolen [Rom. 16, 19. 1 Thess. 1, 8. Joh. 12, 19.] h. s.: *plurimi diversissimis in locis constituti homines vestram fidem in ore habent*. Celeriter autem rumorem de constanti fide Romanorum Româ, quam tot homines negotiorum causâ adire solerent, per coetus christ. in provinciis conditos sparsum esse consentaneum videtur. Non repugnant quae h. l. P. in Romanorum laudem dicit iis, quae Act. 28, 22. leguntur. Non enim ibi ignorant *Judaei*, quibuscum P. Romae colloquitur, Christianorum coetum Romae constitutum, sed hoc dumtaxat profitentur, se scire Christianorum sectam πανταχοῦ, *ubique*, h. e. *tum Romae tum aliis in locis* impugnari. Sed quum vel v. ab Apostolo collocata eum eximiam fidei Romanorum indolem, h. e. fidei ardorem constantiamque, h. l. laudare demonstrent (non enim nisi quod in suo genere excellat omnium sermonibus celebrari solet), miror *Rueckertum* contendisse, *fortasse* verbis ὅτι — τῷ κόσμῳ tantummodo ob id Paulum gratias Deo egisse, quod Romani doctrinam christ. amplexi fuerint. Nam quis unquam dixit εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ὅτι ἡ πίστις σου ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ καταγγέλλεται pro εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ὅτι νῦν πιστεύεις, s. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ σου εἰς τὸ εὐαγγέλιον (Phil. 1, 5.)? Credo inveniri posse neminem. Adde quod etiam infra 16, 19. multum laudis Romanis P. impertit. Praeterea ubicunque P. lectorum fidem et amorem laudibus prosequitur, non eos laudat quod neque fide neque amore destituantur, sed quod utraque re quadamtenus excellant [vid. 1 Thess. 3, 6. cl. Ephes. 1, 15. Col. 1, 4. 1 Thess. 1, 3. Philem. 5.]. — Vs. 9. et 10. Cohaerent hi vs. cum vs. 8. h. m.: *gratias ago Deo de praeclarâ fidei vestrae indole* (v. 8.). *Nam me impense vos amare, ut quorum coetum adeundi summo semper flagrem desiderio longe est certissimum.* Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ θεός] *Deus est enim meus testis*. Vide Phil. 1, 8. cl. 2 Cor. 1, 23. 11, 31. 1 Thess. 2, 5.. Quum *Deo servire* (λατρεύειν τῷ θεῷ) aut *Deum colere* possis precibus et jejuniis Luc. 2, 37., sacrificiis Hebr. 9, 9., pietate et morum integritate Luc. 1, 75. aliisque rebus, P. h. l. se nu-

Digitized by Google

men div. venerari ait ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ *per evangelium filii ejus* scil. *quatenus id propagare studeat Apostolus*, non quatenus ejus praeceptis obsecundet ut homo christianus. Agit enim P. h. l. cum Romanis non ut gregarius Christianus, sed ut Apostolus, qui quum Romam pervenerit prodesse illis velit docendo commonendoque (cf. v. 11.). *Evangelium filii Dei* utrum hîc P. dixerit *evangelium ab Jesu traditum*, an *evangelium de Jesu exponens* definiri nequit. ἐν τῷ πνεύματί μου] Qui haec v. ad spiritum div. rettulerunt h. s.: *spiritus s. auxilio*, *spiritu s. adjuvante*, *Chrys. Theodor.* al. adjectum Pronomen neglexerunt. Declarare enim τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου nihil nisi *hominis mentem* aut *animum* [Rom. 8, 16. 1 Cor. 2, 11.] recte monuit *Chr. Fr. Schmidius*. Quare ἐν τῷ πνεύματί μου valet *apud animum meum* i. q. ἐν τῇ καρδίᾳ μου [Ephes. 5, 19.]. Quum autem P. se Deum *apud animum suum* tradendâ Christi doctrinâ colere dicit neque vana gentilium sacra neque inanes et quae animos non emendarent Judaeorum caerimonias perstringit (ita *Chrysost. Theophylact.* al.), sed Deum se propagandâ Christi doctrinâ *animo suo et vere*, *non in speciem aut simulate* venerari profitetur. *Calvin.*: — „*spiritum suum opponit externae larvae. Nam quia multi se falso venditant pro Dei cultoribus et tales in speciem apparent*, *testatur se ex animo Deum colere.*" Hoc ad consilium, quo P. vocc. ᾧ λατρεύω — — τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ praecedentibus v. μάρτυς — ὁ θεός, quibus Deum testificabatur, annexuerit, attendenti obscurum esse nequit. Adjecit autem Ap. v. ᾧ λατρεύω κ. τ. λ., ut quam sanctissimo se jurejurando obstringeret h. r.: *Deus est meus testis*, *quem quum ex animi sententiâ Christi doctrinâ exponendâ colam*, certe non laedam mendacio. Sentisne jam, alieno loco Paulum hîc gentilium Judaeorumque errores taxaturum fuisse: testor Deum, quem docendâ Christi doctrinâ *mente animoque* colo, *non futilibus sacris*, *ut gentiles*, *neque vanis caerimoniis*, *ut Judaei*? *Tholuccius* autem P. vocc. ᾧ λατρεύω κ. τ. λ. propterea addidisse opinatur, ut ostenderet, sibi veri nominis Apostolo tantum omnium ad sacra christ. perducendorum hominum studium non solum non opprobrio verum etiam decori esse. At primum *Tholuccius*, sive potius *Chrysost.*, quem ille sequitur, nemini persuadebit, Paulum veritum esse, ne a Romanis sic exciperetur: *quis tu*, *Paule*, *qui nobis*, *Romae*, *clarissimae urbis*, *incolis*, *consulere audeas*? quum sic per totum l. vs. 8—13. disputet, ut gratum se facturum lectoribus existimare videatur si Romam aliquando pervenerit. Nam consilium itineris Romani saepe captum sibi per tempora nondum exsequi licuisse monet v. 13. Deinde

Digitized by Google

si P. Illam sententiam utique enuntiare voluerat, non debuerat eam verbis, quibus Deum testificaretur, *μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ θεός* temere adspergere, sed idoneis verbis conceptam tali in l. ponere, ubi apta esset h. e. ubi se providam lectorum curam gerere diceret, v. c. vs. 10. post *δεόμενος*: *perpetuo vestri mentionem facio, semper in precibus meis Deum oraus, ille ego, omnibus promiscue nationibus emendandis constitutus Apostolus* —. *ὡς* h. l. non valet *quum*, ut male *Calvin.*, sed est idem quod *ὅτι nam Deum testificor — me assidue vestri mentionem facere*. Syrus, Chrysost., Pelagius, Ambrosiaster et nonnullorum Cdc. librarii v. proxima sic distinxerunt: *ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος κ. τ. ἑ.* Hoc pacto vocc. idem valentia, *ἀδιαλείπτως* et *πάντοτε* in unâ eâdemque sententiâ cumulata essent, quo gravius notio *semper* enuntiaretur: *nam testificor Deum — me assidue semper* (i. q. *assiduissime*) *vestri mentionem facere in precibus meis, dum* (*Deum*) *orem, si forte* etc.. At obstat huic explicationi verborum ordo, qui talis esse debuerat, ut vocabulis *ἀδιαλείπτως* et *πάντοτε* vicinitas daretur, v. c. — *ὡς ἀδιαλείπτως πάντοτε μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος κ. τ. λ.* s. — *ὡς μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι ἀδιαλείπτως πάντοτε ἐπί κ. τ. λ.* Vide 1 Macc. 12, 11. *ἡμεῖς οὖν ἐν παντὶ καιρῷ ἀδιαλείπτως ἐν ταῖς ἑορταῖς — μιμνησκόμεθα ὑμῶν* —. et notam meam ad Marc. 1, 13. p. 22.. Tolerabilius sane fecerunt, qui v. h. m. consociarunt: — *ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε, ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος, εἴπως κ. τ. λ. testificor Deum — me assidue vestri mentionem facere semper, dum* (*Deum*) *orem in precibus meis, si forte* etc.. Nam quum per Syri rationem vocc. arcte jungenda *μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου* interpositâ voce *πάντοτε* male diremta essent, ab hoc vitio illi declinarunt. Verum haec quoque ratio contorta est prae simplici hâc, quâ post *ποιοῦμαι* virgulâ locatâ voce. *πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος* arcte connectuntur: *testificor Deum — me assidue vestri mentionem facere, quum semper in precibus meis orem* —. Ita verba *ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι* accuratius explicantur vocabulis *πάντοτε κ. τ. λ.*: *perpetuo vestri mentionem injicio, semper in precibus meis hoc mihi exoptans, ut ad vos venire mihi liceat.* Male *Beza πάντοτε* interpretamentum vocis *ἀδιαλείπτως* videri posse ait, e margine in v. ordinem receptum. Omittunt enim *πάντοτε* non nisi Chrysost. et pauci quidam Cdc., cui rei occasionem praebuit perversa eorum interpretatio, qui v. *ὡς ἀδιαλείπτως — ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου* in unam

Digitized by Google

sententiam antiquitus contraxissent (vide supra), quo facto πάντοτε ut supervacaneum aut loco non suo positum offensioni esse potuerat ac paene debuerat. Documento est *Chrysost.*, qui eâ explicatione initâ πάντοτε praetermisit. Vide etiam *Mill.* δεόμενος, εἴπως —] *orans* (Deum), *si forte — contingat mihi favente Deo tam esse felici, ut ad vos veniam.* Est δέομαι, εἴπως — modeste orantis atque se metuere declarantis, ne suis precibus non annuat is, quem quid roget. Herodot. 3, 30. ἀπικόμενοι δὲ οἱ Νάξιοι ἐς τὴν Μίλητον, ἐδέοντο τοῦ Ἀρισταγόρεω, εἴ κως αὐτοῖσι παράσχοι δύναμίν τινα —. Falsa est igitur eorum [cf. *Bezam*] interpretatio, qui ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς a. v. δεόμενος suspenderunt h. m.: *rogans* (Deum), (*si forte tandem aliquando per Deum ea mihi continget felicitas*), *ut ad vos venire possim*, quum praesertim absurdam fundat sententiam. Quum enim modeste et pie se semper Deum precari, ut sibi Romam eundi potestatem faceret P. diceret, satis immodeste hoc adjungeret: *si forte tandem aliquando hanc mihi felicitatem Deus largietur.* Suspensus est igitur Infinitivus ἐλθεῖν ab εὐοδωθήσομαι. ἤδη ποτέ] *tandem aliquando*, quum vestram urbem adire jam pridem in votis habuerim. Cd. 73. pro ἤδη ποτέ habet glossema δήποτε *aliquando*, non, ut vulgo ferunt, καὶ δήποτε. Nam hoc καί e margine in verborum ordinem a librario temere translatum, valet: *legitur etiam* δήποτε pro ἤδη ποτέ, (i. q. alias γράφεται: cf. varr. lect. apud *Matthaeium* ad Rom. 2, 1. ed. maj.). Tetigi hanc levem rem propterea, quod ejus ignoratio doctissimos passim philologos lusit. εὐοδωθήσομαι] εὐοδοῦν τινά proprie notat *bonâ et fortunatâ viâ aliquem ducere* [LXX Genes. 24, 27. 48.], *Passivum* εὐοδοῦσθαι *bonam viam nancisci, fortunatâ viâ uti.* Hoc significatu verbum h. l. sumserunt *Oecumenius* et *Beza: semper in precibus meis* (*Deum*) *rogans, si forte tandem aliquando prosperum mihi volente Deo iter detur, ut ad vos veniam.* Quos falli bene perspexit *Kypkius.* Non enim erat, quod *prosperum* sibi iter a Deo Paulus expeteret, quo loco hoc sibi in votis esse declararet, ut Romanos conveniendi sibi potestas fieret, hoc se male habere diceret, quod sibi Romam proficisci nondum licuisset (v. 11. 13.). Optavit igitur P., ut itineri Romam suscipiendo Deus annueret, non *felix* eo iter requisivit. Praeterea *Oecumenio* et *Bezae* obstat ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς nimis illud nudum futurum. Melius hoc pacto P. dixisset, εὖ καὶ καλῶς ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς: *orans si forte tandem aliquando prosperum mihi Deo favente iter detur, ut prospere ad vos veniam.* Quare plerique explicatores bene sic interpretati sunt: — *rogans, si forte tandem*

Digitized by Google

aliquando Deo volente tam ero felix, ut ad vos veniam. Quippe εὐοδοῦν τινά metaphorâ a viatoribus ductâ, quibuscum bene agitur, si fortunatâ viâ utuntur, in universum etiam significat *prosperos alicui successus dare* [LXX Genes. 39, 23. Sap. 11, 1.], Passivum εὐοδοῦσθαι *prosperos successus habere* [3 Joh. 2.]. Similiter Megalopolitani gut zu Wege ſein non solum de eo usurpant, qui iis sit corporis viribus, ut viam ingredi possit, sed eum etiam dicunt, qui bene valeat secundâque utatur fortunâ. ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ] *per Dei voluntatem, si Deo placuerit,* cujus numini homines pii sua consilia aequo animo submittunt [Rom. 15, 32. 1 Cor. 4, 19. 16, 7. Act. 18, 21. Jac. 4, 15.]. — V. 11. et 12. Cohaerentia: *semper Deum pie precor, ut mihi Romam proficiscendi facultatem, diu illam exoptatam, faciat* (v. 10.), *propterea, quod vos videre cupio, ut vobis quodammodo prosim.* ἐπιποθῶ] Hoc v. utrum idem polleat, quod simplex ποθῶ, an amplius quiddam et majus significet quaeritur. Raro legitur in graecis scriptoribus (ut quod tantum in Luc. Dial. D. 4, 3. inveniatur et a Polluce V, 165. afferatur), saepe in libris ss. [2 Cor. 5, 2. 9, 14. Phil. 1, 8. 2, 26. LXX Ps. 42, 1. 119, 20. 174. al.] cum derivatis ἡ ἐπιποθία Rom. 15, 23. ἡ ἐπιπόθησις Aq. Ez. 23, 11. 2 Cor. 7, 7., τὸ ἐπιπόθημα Aq. Ps. 139, 9. et ἐπιπόθητος Phil. 4, 1.. Jam si fortius sit v. ἐπιποθῶ, quam ποθῶ, per se aut *praeterea cupere*, aut *ardenter cupere* denotare possit. At illa notio et aliena est a l., in quibus ἐπιποθῶ repperitur, et eam Graeci ita enuntiarunt, ut modo προσποθεῖν [Plat. Charm. p. 174.], modo ἔτι ποθεῖν [Arist. Vesp. v. 818.] dicerent. Quare relinquitur, ut ἐπιποθεῖν sit *ardenter cupere*, quam vim verbo subjectam voluerunt *Zeunius* ad Vig. p. 629., *Wahlius*, *Bretschn.* al.. Ac multis in l. hanc notionem aptam esse, velut in nostro (*nam impense cupio vos videre*) ejusque simillimis 1 Thess. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. confitendum est. Sed faciunt tamen multae, neque, ut arbitror, ita leves causae, ut ἐπιποθεῖν a ποθεῖν sensu nihil differre existimem. Primum enim quum sit ὁ πόθος (animi desiderium) multo fortius, quam ὁ θυμός (animi impetus, inclinatio) voc., in promtu est, si praepositio ἐπί in v. ἐπιποθέω vim v. simplicis ποθέω intendat, fieri non posse, quin ἐπιποθεῖν fortissimum sit verbum, *ingens* desiderium denotans, et quod raro locum habere potuerit. At saepe legitur, apud ss. quidem scriptores. Deinde si ποθεῖν verbo ἐπιποθεῖν gravitate utique superaretur, nonne mirum esset, quod quum ἐπιποθεῖν cum v. derivatis saepe in N. T. legatur, ποθεῖν cum v. derivatis ne semel quidem ibi invenitur? Tum illud animum advertit, quod quam-

Digitized by Google

quam *impensae cupiditatis* notio in pleraque loca, ubi est ἐπιποθέω, cadit, nonnulla tamen sunt, quae illam non recipiant, v. c. Phil. 1,8. — ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χρ.. — *me vos omnes Christi amore amplecti.* Hîc enim *magni* et *singularis* amoris cogitatio adjectis v. ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χρ. exprimitur. Adde Sirac. 25,21. — γυναῖκα ἐν κάλλει μὴ ἐπιποθήσῃς. Etiam Luc. D. D. 4,3, v. ποθεῖν et ἐπιποθεῖν promiscue ponuntur, ubi Juppiter Ganymedem, qui [4,2.] ἐπόθει τὸν πατέρα, admonens θάῤῥει μόνον, inquit, καὶ φαιδρος ἴσθι καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω. Postremo quum Graeci *valde desideratum* dixerint περιπόθητον, consentaneum videtur, iis *valde desiderare* valuisse περιποθεῖν, non ἐπιποθεῖν. His ductus argumentis ἐπιποθεῖν a ποθεῖν non sensu distare arbitror, sed eo tantummodo, quod utriusque v. structura mente aliter conciperetur. Quippe ποθεῖν cum Accus. personae vel rei est *desiderio*, s. *amore*, *aliquem* (aliquid) *amplecti*; sed ἐπιποθεῖν τι [1 Petr. 2,2.; hûc etiam redire structuram ἐπιποθεῖν seq. Infinitivo nemo nescit] idem valet, quod πόθον ἔχειν ἐπί τι *desiderium ferre in aliquid versum* i. q. *desiderare aliquid* [cf. LXX. Ps. 42,1. ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων —.], ἐπιποθεῖν τινά idem declarat, quod πόθον ἔχειν ἐπί τινα h. e. aut *amorem* [Phil. 1,8.], aut *desiderium* [Phil. 2,26.] *in aliquem versum gerere* (*aliquem amare, desiderio alicujus teneri*). ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν] μεταδιδόναι τινί τι *communicare alicui aliquid* pro magis vulgato μεταδιδόναι τινὶ τινος ipsi Graeci passim dixerunt; vid. *Matthiae* ausf. gr. Gr. II,634. cl. 1 Thess. 2,8., ubi attende ad zeugma: — εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς (scil. non μεταδοῦναι, sed προδοῦναι) —. πνευματικόν] Conqueritur de hujus voc. ambiguitate *Rueckertus*. Nam quum πνευματικόν vi terminationis id significare debeat, quod aut τοῦ πνεύματος indolem referat, aut a τῷ πνεύματι profectum sit [cf. *Buttm.* ausf. gr. Gr. II,339.], τὸ πνεῦμα autem tum hominis mentem, tum divinum spiritum declaret, πνευματικόν perplexum esse voc. apparere. Verum enim vero ut voc. πνευματικός alias perplexum videri possit, certe h. l. nulla est ejus voc. ambiguitas. Quum enim τῶν χαρισμάτων, h. e. *beneficiorum div.*, *quibus ornentur homines christ.*, largitor sit et praebitor *spiritus s.* 1 Cor. 12,4—11., manifestum est, χάρισμα πνευματικόν valere *donum spiritus s.* fallique eos, qui *beneficium ad animum pertinens*, *beneficium mentem alens* interpretantur [v. c. *Rosenm. Schott.* ed. 2., *Naebius*]. Dicit autem P. modeste τὶ χάρισμ. πν. *aliquod spi-*

ritus s. donum h. s.: *videre vos cupio, ut aliquod spiritus s. donum vobiscum communicando vobis quodam modo, aliquid ex parte prosim.* Neque definit, quidnam Romanis impertire velit. Patet tamen ex adjectis v. εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς nihil eum voluisse, nisi *docendo commonendoque* et luculentiorem iis *doctrinae christ. cognitionem* (γνῶσιν 2 Petr. 3, 17. 18.) suppeditare et eorum animos firmare, quo melius praeceptis div. parerent (2 Tim. 2, 15. 3, 3.). Unde errant tum qui peregrinarum linguarum facultatem et alia e genere portentoso spiritus s. dona (1 Cor. 12, 10.) Paulum cum Romanis communicare voluisse opinantur [v. c. *Bengel.*], tum qui eum et instituere lectores et iis portentosa illa spiritus s. munera dare voluisse dictitant [v. c. *Flatt.*]. τοῦτο δέ ἐστι] A. It. Vulg. praebent τοῦτ' ἔστι, Id probavit *Mill.* Prol. §. 1392., τοῦτ' ἔστι, quia sensus minus apertus visus esset, jam olim in τοῦτο δέ ἐστι resolutum esse arbitratus. At τοῦτο δέ ἐστι hic aptissimum est, τοῦτ' ἔστι minus aptum. Quippe τοῦτ' ἔστι *hoc est* singulorum quorundam v. explicationi, quae obiter adspergatur, praeponitur [v. c. Act. 1, 19. — Ἀκελδαμὰ, τοῦτ' ἔστι χωρίον αἵματος. cf. Matth. 27, 46. Hebr. 10, 20. 11, 16. 13, 15. 1 Petr. 3, 20.], τοῦτο δέ ἐστι *hoc autem est* et totis enuntiationibus explanandis et ponderosae singulorum v. expositioni [1 Petr. 1, 25.] accommodatum est. Jam h. l. quum P. non unum v. στηριχθῆναι, sed totam sententiam εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς *ut vos confirmemini* dilucidare voluerit, scripturam vulgatam mordicus teneo. Excidit δέ aut fortuito, aut quia τοῦτ' ἔστι frequenter obvium fraudem fecerat librariis. τοῦτο — καὶ ἐμοῦ] Hic omnes, quos viderim, interpretes de eo inter se consentiunt, ut συμπαρακληθῆναι ad Paulum referant, mitigare eum verbis τοῦτο δέ ἐστι κ. τ. λ. ante dicta modesteque hoc adjicere: *sibi quoque congressum cum Romanis fructuosum fore* arbitrati, de eo dissentiunt, utrum v. τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι κ. τ. ἐ. advocc. v. 10. εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς, quod plerisque recte visum est, an ad v. vs. 10. ἰδεῖν ὑμᾶς, quod fieri ucquit, pertineant. Illi ab omnibus receptae sententiae quidnam obstet, quum de singulis vocc. disputavero, afferam. συμπαρακληθῆναι] Loquutio παρακαλέω τινά in N. T. non solum notat *arcesso, advoco, invito, moneo, rogo aliquem* verum etiam ampliores quosdam fines eo nacta est, quod haec s. mente informaretur: *alloquium ad aliquem dirigere*, eine Ansprache an jemand richten, jemandem zureden. Quod quum fieri possit *consolando, admonendo, corroborando et instituendo* παρακαλέω τινά declarat modo *consolor* [Matth. 5, 4.] modo *admoneo* [Act. 2, 40.], modo *corrobero* [1 Thess. 3, 2.],

3,2.], modo *instituo aliquem* [Tit. 1,9.], ἡ παράκλησις autem quod v. bene vertas vernacule die Ansprache et pro quo Attici ἡ παράφασις dicere malunt, ut παραμυθεῖσθαι pro παρακαλεῖν tum *solatium* [2 Cor. 1,4.] est, tum *admonitio* [Phil. 2,1.], tum *confirmatio*, tum *institutio* [1 Thess. 2,3. cl. v. 2.]. Quamquam παρακαλεῖν plerumque eo distat a διδάσκειν, [Rom. 12,7. 8.], quod non, ut hoc, argumentis, quae menti satisfaciant, alicui aliquid probare significat, sed institutionem infert ejusmodi, quâ audientium animi moveantur piique in iis sensus excitentur. Scilicet a synagogâ judaicâ, ubi singulis sabbatis recitatâ lectione sacrâ ab homine idoneo oratio haberetur, quae auditores ad optima quaeque compelleret aculeosque in eorum animis relinqueret, τῆς παρακλήσεως nomine nuncupata [Act. 13,15.], homines christ. rem et nomen mutuati sunt. Nonnunquam tamen missâ motus, quae animis afferatur, notione παρακαλεῖν simpliciter est *instituere* [Tit. 1,9.] et ἡ παράκλησις *institutio* [1 Thess. 2, 3.]. Vide b. *Knappii* scripta var. arg. p. 117 sq. ed. 2.. Quae quum ita sint συμπαρακαλεῖν sane denotare potest *simul consolari*. Hunc significatum *Erasmus*, *Lutherus*, *Heum.*, *Kóppius* al. perperam amplexi sic interpretantur: — *ut vos confirmemini, hoc autem est ut simul inter vos mutuâ nostrâ fide solatio recreer.* Nullas enim haec epistola calamitates memorat, quibus tum temporis P. et Romani conflictati fuerint. Neutris igitur opus erat solatio. Accedit tum, quod *solatio erigi* et *in doctrinâ christ. confirmari* tam diversa sunt, ut hoc illo explicari non potuerit, tum quod aliam interpretationem l. 1 Thess. 3, 2. 2 Thess. 2,17. commendant. Neque συμπαρακαλεῖν hîc valere potest aut *simul instituere*, aut *simul admonere* propter v. διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως. Non enim mutuae fidei sensus et conscientia eo valet, ut vel doctrinae christ. capita melius cognoscas, vel de officiis fortius admonearis. Restat igitur, ut sit συμπαρακαλεῖν *simul roborare*: — *ut vos confirmemini, hoc autem est ut ego simul inter vos mutuâ nostrâ fide corroborer.* Mirifice enim congressus cum hominibus, quibuscum fidei tibi sit communio, animum tum ad pietatem stimulat, tum in virtutis studio fulcit et roborat. Hinc etiam 1 Thess. 3,2. 2 Thess. 2,17. παρακαλεῖν (kräftigen) et στηρίζειν (befeſtigen) sic consociantur, ut alterum altero dilucidetur. διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ] *mutuâ nostrâ fide, et vestrâ et meâ.* Variatio structurae, s., si mavis, duarum structurarum confusio. Nam quum Paulo dicendum esset aut διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῖν τε καὶ ἐμοί, aut διὰ τῆς ἀλλήλων πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ utrumque quo videmus modo confudit.

Digitized by Google

Cf. Luc. 1,55. — καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ —., ubi duplex loquutio ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡ , τὸν Ἀβρ. κ. τὸ σπέρμα αὐτοῦ et ἐλάλησε τοῖς πατράσιν ἡμῶν, τῷ Ἀβραάμ κ. τ. λ. confunditur. Alia hujus generis l. e graecis et latinis scriptoribus congessit *F. V. Fritzsche*, frater carissimus, comment. de *Acharn.* Aristoph. p. 24. Rost. 1831. 4.. Sed laborat tamen illa explicatio: — *ut vos confirmemini, hoc autem est ut ego simul inter vos mutuâ nostrâ fide corroborer* hoc vitio, quod quum voce. τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι κ. τ. λ. pro interpretatione verborum εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς sumantur, per leges syntacticas illa sic intelligi debent: τοῦτο δέ ἐστιν ὑμᾶς συμπαρακληθῆναι κ. τ. λ.. Quare si P. συμπαρακληθῆναι *ad se* et Romanos relatum volnerat, syntaxis flagitabat, ut scriberet: — εἰς τ. στηρ. ὑμᾶς, τοῦτο δέ ἐστιν ἐμὲ συμπαρακληθῆναι κ. τ. λ.. Animadvertit hanc difficultatem librarius Cd. 40., qui quo facilius συμπαρακληθῆναι *ad Paulum* et Romanos pertinere posset, *praetermisso* ἐν locum ita castigavit: τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι ὑμῖν κ. τ. λ. (*ut vobiscum corroborer*). Neque illam difficultatem non sensisse videntur *ii*, qui [v. c. *Grotius*, *Zeger.*, *Bengel.*] v. τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι κ. τ. λ. verbis v. 10. ἰδεῖν ὑμᾶς explicandis apposita esse putarunt. Quae opinio absona est propterea, quod eâ probatâ verba *primaria* v. 11. ἵνα τι — στηριχθῆναι ὑμᾶς mire delitescunt et in parenthesin abjiciuntur: *cupio enim vos videre* (ut aliquod spiritus s. donum vobiscum communicem, quo confirmemini), *hoc autem est simul inter vos mutuâ nostrâ fide corroborari.* Hoc enim Paulo est propositum vs. 11. dicere, se velle Romanos videre, *ut iis quodammodo prosit*, non illud: se velle Romanos videre simpliciter. Una illius interpretationis tuendae ratio, sed ea tam contorta, ut nemini placere debeat, haec est, ut τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι κ. τ. λ. per structurae variationem ad v. ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν referas: *cupio enim vos videre, ut, quo confirmemini, aliquod vobis spiritus s. beneficium impertiam, hoc audem est ut ego simul inter vos corroborer* etc. Scilicet hoc pacto P. συμπαρακληθῶ, non συμπαρακληθῆναι scripturum fuisse verisimile est. Quocirca qui illam interpretationem nihilominus retinere volet, ei Paulum k. l. *negligenter* scripsisse fatendum est. De quâ re qui sibi persuadere non potuerit, ei haec via ineunda est, ut συμπαρακληθῆναι ad *solos Romanos* referat: — εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς, τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι [scil. ὑμᾶς] ἐν ὑμῖν κ. τ. λ.: *cupio enim vos videre, ut aliquod spi-*

Digitized by Google

ritus s. donum vobiscum communicem, quo vos confirmemini, hoc autem est, ut vos inter vos unâ corroboremini mutuâ vestrâ fide, et vestrâ et eâ, quam in me cognoscetis. Sententia et per se optima est et bene congruens cum vs. 13., ubi P. se saepe, quamquam frustra, Romam proficisci decrevisse ait, ut ibi quoque fructum perciperet, qui hominibus Christ. prodesset, Apostolus. Quare hanc interpretationem veram esse existimo. V. 13. Uberius nunc exponit magisque illustrat ante dicta vs. 10—12. maxime illud ἤδη ποτέ vs. 10. *οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν*] *nolo autem vos ignorare* i. q. *scitote autem.* Redit ea formula 1 Thess. 4, 13. 2 Cor. 1, 8. 1 Cor. 12, 1.. Eodem sensu Phil. 1, 12. P. dixit *γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι* —. D*E. G. It. Ambrosiast. legunt *οὐκ οἶμαι δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν non autem arbitror vos ignorare*, e correctione, vide *Millium* Prol. §. 782.. Scilicet probabile nonnullis visum est, jam audivisse Romanos ex multis, qui a Paulo Romam venissent, ut Aquila et Priscilla [Rom. 16, 3. cl. Act. 18, 2. sq.], de saepe capto ab Apostolo Romam proficiscendi consilio. *πολλάκις*] Quando P. iter romanum secum agitare coeperit et quoties de eo cogitaverit, constitui nequit. Sed eum jam pridem id consilii cepisse, tum apparet e l. 15, 23., ubi se *a multis inde annis* Romam proficisci cupere ait, tum indicant v. sq. *καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο.* Haec autem vocc. *parenthesin* efficere, quum v. *ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ κ. τ. λ.* constructionem — *ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς* continuent, jam monuit *Theodoretus.* Quod sic probat *Rueckertus*, ut uncos sublatos malit. De eâ re cum nemine acriter contenderim. Nam ut et interpres parenthesin lectori ostendat et anagnostes eam recte pronuntiet v. interjecta a relliquâ oratione voce sonoque separans, res flagitat; editor utrum interjectam enunciationem nullis signis, an virgulis, uncis aliisve notis distinguat nihil facit ad rem. Suum igitur quisque sequatur judicium. *καί*] Hoc *καί* neque *sed* (id foret *ἀλλ' ἐκωλύθην* s. *ἐκωλύθην δέ*), neque *quamquam* (hoc foret *καίτοι ἐκωλύθην*) declarat, sed est parentheticum *et*, und — und bis jetzt bin ich abgehalten worden. — Cf. Demosth. Or. adv. Lept. 488. 7. *Ἐμοὶ δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ Λεπτίνης (καί μοι πρὸς Διὸς μηδὲν ὀργισθῇς· οὐδὲν γὰρ φλαῦρον ἐρῶ σε) ἢ οὐκ ἀνεγνωκέναι τοὺς Σόλωνος νόμους ἢ οὐ συνιέναι.* Liv. 24, 7. — liberas aedes conjurati (*et* omnes forte militabant) imminentes viae angustae — sumserunt. 27, 1. Praeda (*et* aliquantum ejus fuit) militi concessa. 27, 48. Ipse dextrum cornu adversus M. Livium sibi atque Hispanis (*et* ibi maxime in vetere milite spem habebat) sumsit. 28, 2. — hanc justam

Digitized by Google

legionem (*et* id ferme roboris erat) in primâ acie locat. Et qui h. l. *καί sed, quamquam* explicuerunt et qui *καί* parentheticum passim in *καίτοι* conjecturâ mutarunt philologi quid per sententiarum continuitatem dici *potuisset*, non quid a scriptoribus dictum esset sequuti sunt. *ἐκωλύθην*] Impedimenta itineri neque *Satanas* objecit [1 Thess. 2, 18.], neque *spiritus s.* [Act. 16, 6. 7.], sed, ut P. ipse explicat Rom. 15, 20 – 22. cl. 2. Cor. 10, 15., illud, quod ea potissimum loca sibi adeunda existimaret, in quae nulla dum Christi fama perlata esset. Noluit enim P., quo erat animo ingenuo, in aliorum provincias invadere ibique metere, ubi collegae sevissent. Quamobrem ibi lubentissime docuit, ubi evangelium nondum innotuisset. *ἄχρι τοῦ δεῦρο*] *ad hoc usque tempus.* Haec formula rara est, quamquam ex ipso Thucydide *μέχρι τοῦ δεῦρο* affertur. Saepius legitur *μέχρι δεῦρο usque adhuc.* Sed maxime frequentarunt Attici *δεῦρο adhuc* et *δεῦρ' ἀεί adhuc semper.* Cf. *H. Stephani* Thes. et *Wetst.* ad h. l.. Esse autem *τοῦ δεῦρο* a *τὸ δεῦρο*, non cum *Schleusnero* Lex. I, 579. ab *ὁ δεῦρο* scil. *χρόνος* derivandum constat. Ceterum Mosq. d. 8. praebent *ἄχρι τῆς δεῦρο* [scil. *ἡμέρας*] *ad hunc usque diem* [cf. *Schaefer.* ad Bos. ellips. p. 176.], e glossemate. *ἵνα καρπόν τινα*] Sic conformatio recepta. Sed A. B. C. D. et plurima alia subsidia *ἵνα τινὰ καρπόν* tenent. Hinc id unâ voce probarunt *Mill.*, *Beng.*, *Matth.*, *Griesb.* et *Lachm.*. Et commendat hanc lectionem etiam hoc, quod a nonnullis Cdc. [42. Mt. d.] *τινά* abest. Scilicet facile excidit *τινά* post *ἵνα*, h. e. si P. scripserat *ἵνα τινὰ καρπόν* —. Voc. *καρπός*, ut Latinorum v. *fructus* [Cic. Cat. maj. 18, 62.], usitatâ metaphorâ *utilitatem, emolumentum*, denotare notum est ex Lexicis. *σχῶ*] G. 14. al. *ἔχω* continent contra sententiam. Nam *ἵνα — ἔχω* hanc vim haberet: *saepe decrevi ad vos venire, ut aliquid emolumenti etiam inter vos habeam; quem quum venerim nunc habeo.* Contrarium Paulo dicendum fuisse, vel parenthesis *καὶ ἐκ. ἄ. τ. δ.*, docet, nempe *ἵνα — σχῶ* i. e. *saepe decrevi ad vos venire, ut aliquid emolumenti etiam in vestro coetu haberem; at neque veni, neque quaesitum emolumentum habeo.* Ne autem mireris, quod P. saepe sibi Romam proficisci propositum fuisse, ut etiam in romano coetu ipse *emolumentum haberet*, scripserit, quem id potius dicere par fuerit, se saepenumero Romam venire voluisse, *ut Romanis emolumentum afferret*, tenendum est, Pauli v. in hanc sententiam accipienda esse; saepe mihi proposui ad vos venire, *ut aliquid emolumenti etiam inter vos haberem* scil. vos edocendo, admonendo, confirmando (cf. v. 11. et 15.); quod denique hûc redit: —

Digitized by Google

ut vobis quodam modo, aliquâ ex parte (nam modeste P. dixit τινὰ καρπόν) *prodessem*. Nimirum Pauli oratio ex mente viri pii et religiosi aestimanda est, qui praeclare secum actum putet, si officio plenissime satisfacere licuerit prodesseque quam plurimis. Doctor tali animo praeditus fructus percipit uberrimos ex multitudine discipulorum honorique sibi progressus ducit, quos suâ operâ in fide et pietate fecerint [Phil. 2, 16. 1 Thess. 2, 20.]. Sed illâ orationis Paullinae formâ parum intellectâ *Battierius* apud *Wolfium* interpretatus est: *ut aliquem fructum afferrem etiam vobis*, ἔχειν *habere* passim idem esse, quod παρέχειν *afferre, exhibere* male opinatus. In quam rem *Kypkius* perperam attulit Eurip. Herc. fur. v. 732. ἔχει γὰρ ἡδονὰς θνήσκων ἀνὴρ ἐχθρός h. e. non *affert*, sed *habet enim voluptates moriens vir inimicus* scil. superstiti inimico. Alio modo ii peccarunt, qui [v. c. *Wolf.*, *Kypk.*, *Tholucc.*], ἔχειν nonnunquam *consequi* valere arbitrati, explicuerunt: — *ut aliquem fructum consequerer etiam inter vos* —. At ἔχειν *habere, possidere* (i. q. *consecutum esse*, κέκτημαι) non posse significare *consequi*, κτῶμαι, ipsa ratio docet locaque in hanc rem allata parum accurate illi explanaverunt. Velut h. l. in id solum intuiti sunt, quod *per notionum colligationem* dici potuisset. Potuerat autem P. pari jure scribere ἵνα τινὰ καρπὸν εὕρω *ut — consequerer*, quoniam qui iter aliquo facere decrevit, *ut aliquid haberet*, quum iter decerneret, illud quod itinere peteret *nondum haberet*, sed *aliquando habere* (ergo *consequi*) vellet. Eadem tum plerumque ab illis citatorum l. ratio est [Phil. 2, 27.] tum Matth. 19, 16. — τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; *quid, quod bonum sit, faciam, ut habeam vitam aeternam*? Potuerat sane etiam scribi ἵνα κληρονομῶ ζ. αἰων. *ut consequar vitam aeternam*, quoniam qui ibi loquitur *nondum habet* vitam aeternam, sed eam *aliquando possidere* (ergo *consequi*) *vult*. Hujusmodi in l. quum ἔχειν et εὑρίσκειν eodem sensu a scriptoribus poni potuerit, solent glossatores illud tanquam obscurius hoc ut magis perspicuo interpretari [cf. *Erfurdt.* et *Herm.* ad Soph. Antig. v. 225.], ut hîc *fortasse* interpres *Arm.*, si modo (nam res dubia est) pro σχῶ habet εὕρω. Quâ re non sententias quidem mutant, sed sententiarum formam, quam scriptores animo informaverant. καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν —] Quum P. scribere potuisset aut ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν — (inter vos, quemadmodum *etiam* inter —), aut καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς ἐν — (*etiam* inter vos, quemadmodum inter —) geminavit per aliquam cogitandi celeritatem καί comparativum (ut aliquem fructum haberem *etiam* inter vos, quemadmodum *etiam* in-

Digitized by Google

ter —) de optimorum more scriptorum. Vide *Heindorf.* ad Plat. Sophist. p. 273. cl. Matth. 18, 33. Col. 3, 13.. Hoc geminato *καί* offensi librarii aut alterutrum omittunt, ut h. l. prius G. 33. 34. al., aut alias turbas faciunt; cf. varr. lect. Col. 3, 13.. *καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν*] Male haec v. cum *Luthero*, *Beza* al. in unam hanc sententiam jungi: *quemadmodum etiam inter caeteros gentiles* bene senserunt qui aut λοιποῖς [31. Aeth.] aut ἔθνεσιν [E.] omiserunt. Erat enim Romanorum coetus e Judaeis et gentilibus mixtus. Quare qui ἔθνη utique ad *gentiles* referre voluerit pervulgatam illam apud Graecos in voce ἄλλος attractionem ad h. l. transferat h. r.: *sicut etiam inter caeteros, dico autem gentiles* [vide meam Dissert. II. in 2 ep. ad Cor. p. 114. *Passov.* ad Parthenii erot. p. 50. et *Walch.* emend. Liv. p. 59. cl. *Win.* gr. p. 463.]. Sed multo simplicior est haec interpretatio: — *ut aliquem fructum haberem etiam inter vos, Romanos, quemadmodum etiam inter caeteras nationes*, velut Lycaones, Act. 14, 6. sq., Macedones Act. 16, 12. sq., Athenienses Act. 17, 34. V. 14. Unus *Koppius* h. l. sic enarrat: *sum debitor et Graecis et barbaris* h. e. *bene de me meruerunt et Graeci et barbari*, quod sic deinde exponit: *plurimum gaudii et solatii debeo et Graecis et barbaris.* Ac posse formulam ὀφειλέτης εἰμί τινι, per se spectatam, significare *debeo alicui aliquid, devinxit me aliquis beneficio* in promtu est. Sed refragantur *Koppii* interpretationi vs. 15. et 13., qui hanc Syro ceterisque omnibus explicatoribus probatam explicationem flagitant: *et Graecis et barbaris debitor sum* i. e. *est mihi aliquod et Graecis et barbaris debitum solvendum* scil. quod in docendo commonendoque cernitur. Hoc enim Deus Paulo munus imposuerat, ut doctrinam div. inter omnes promiscue nationes propagaret 1 Cor. 9, 16. sq. cl. Rom. 1, 5.. Frustra *Koppius* vulgatam enarrationem hoc impugnavit argumento, postulare eam adjectum Infinitivum: — ὀφειλέτης εἰμὶ εὐαγγελίσασθαι. cl. Gal. 5, 3. — ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. Etenim sic tantum P. aut — ὀφειλέτης εἰμὶ εὐαγγελίσασθαι, aut — ὀφειλέτης εἰμὶ τοῦ εὐαγγελίου scribendum fuerat, si *rem*, *quam* et Graecis et barbaris *deberet*, nominare voluerat. At *in universum* loqui maluit: *est mihi aliquod nomen et Graecis et barbaris dissolvendum*, quum esse hoc nomen *in docendo* nexus (vs. 13. et 15.) ostenderet. Sic infra 15, 27. simpliciter dixit *καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν.* Nam cohaerentia ostendit *quatenus* sint Macedones Christianorum Hierosolymis viventium debitores. *Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις*] *Barbaros* proprie vocatos esse quicunque non essent natione Graeci, Romanis mi-

Digitized by Google

nime exceptis, constat. Qui quum animos suos Graecorum artibus et literis excoluissent, se de barbarorum, ut ineruditorum et inhumanorum, numero exemerunt [cf. Cic. de Fin. 2, 15, 49. ubi Graeciae et Italiae omnis *barbaria* opponitur], quum exteri eos etiamnum in barbaris passim numerarent [cf. *Krebs.* et *Kypk.* ad h. l.]. Utcunque vero de *barbariae* ambitu sententiis variaretur, apta tamen visa formula est Ἕλληνες καὶ βάρβαροι, *Graji atque barbari*, quâ *omnes homines* comprehenderentur [cf. *Wetst.* et *Kypk.* ad h. l.], quum neminem non aut Grajum aut barbarum, aut doctum aut rudem esse oporteret. Hoc ad nostrum l. pertinet, ubi P., quum Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις verbis σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις magis illustret, hoc dicere manifestum est: *et Grajis et barbaris, et doctis et indoctis mihi est aliquod debitum solvendum* i. e. *omnibus promiscue hominibus, natione animique cultu quantumvis discretis, obligatus sum.* Frustra igitur h. l. de eo disceptatum est, utrum P. Romanos graecis et doctis hominibus [ita *Heumann.*], an barbaris et ineruditis [sic *Alex. Morus*, *Wolf.* *Krebs.*] annumerarit. Romani enim hoc vs. ei ne obversantur quidem, ubi in hoc unice occupatur, ut *omnium* hominum cogitationem exprimat [cf. *Koppium*]. Se Romanos in hominibus literis doctrinisque bene excultis numerare, vs. demum 16. subindicat [cf. *Bengel.* ad v. 15.]. Eodem illo errore *Wetst.* ecclesiam rom. ex variis nationibus, Graecis et barbaris, doctis et indoctis congregatam fuisse ex hoc vs. argumentatus est. V. 15. οὕτω] *hoc modo* (unter solchem Verhältnisse) i. e. *quum omnibus promiscue hominibus aliquod debitum solvere teneat* (v. 14.), *etiam vobis, Romanis, doctrinam div. tradere* (quippe memor officii) *paratus sum.* Cf. *Herm.* ad Vig. p. 933. Apoc. 3, 16. Sic Romani usurpant *ita*, quod glossatores in *itaque* mutare solent; cf. v. c. Cic. de Amic. 21, 80. De Off. I, 2, 6. Minus bene haec interpretatio comparata est: *sic* [scil. *ut* et Graecis et barbaris officia mihi *praestanda sunt* v. 14.] *vos quoque, Romanos, promto animo instituam.* Non satis enim hae cohaerent sententiae: *quemadmodum, ut omnes promiscue instituam officii rationes postulant, ita vos quoque promto animo ac lubenter instituam.* Bene connexas hoc pacto sententias haberemus, si P. v. 15. scripsisset — καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι ὀφειλέτης εἰμί.: *ut Graji atque barbari mihi edocendi sunt* (vs. 14.), *sic vos quoque estis, Romani* (v. 15.). Sed illud fieri non potest, quod *Grotio* placuit, ut οὕτω ad v. vs. 13. καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν referatur: *sic* (scil. *ut inter caeteras nationes fructum doctor habui* v. 13.) *vobis quoque, Romanis, do-*

Digitized by Google

etrinam div. promto animo tradam. Haec enim explicatio gravissima vs. 14. v. in latebram male abdit et in parenthesis custodiam condit, quum perspicuum sit, obiter adjecta v. *καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν* vs. 13. Paulum, ut gravem vs. 14. sententiam adderet, permovisse. Itaque *οὕτω* alio nisi ad vs. 14. referri nequit. *τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον — εὐαγγελίσασθαι*] De horum v. junctura tres ferri video sententias. Una eorum est, qui [v. c. *Lutherus*, *Calvin.*, *Griesb.*, *Flatt.*], quum v. sic distinxissent: *οὕτω, τὸ κατ' ἐμὲ, πρόθυμον* [scil. *ἐστὶ*] *καὶ κ. τ. λ.* enarrarunt: *hoc modo, quantum in me est, promtus est animus vobis quoque, Romanis, doctrinam div. tradere.* Ac valere formulam *τὸ κατ' ἐμέ quod ad me attinet, quantum in me situm est* multis exemplis docuerunt *Raphelius* Annot. ex Herodoto ad h. l., *Kypkius* et *Schaefer.* ad Bos. ellips. p. 278.. Cf. v. c. Luc. Dem. c. 2. *τό γε κατ' ἐμέ.* Esr. 6, 11. *καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ τὸ κατ' ἐμὲ ποιηθήσεται.* Eundem in modum h. l. cepit librarius Cd. G., quum pro *τὸ κατ' ἐμέ* glossema *ὃ* [hoc *ὃ* aut vitium scribae est pro *τό* aut Latinismus *quantum in me est.*] *ἐπ' ἐμέ quod ad me attinet* exararet. Quamquam enim Graeci *quantum in me est* plerumque sic enuntiant *τὸ ἐπ' ἐμοί, ὅσον ἐπ' ἐμοί* [cf. *Schaef.* l. l. p. 277.], tamen etiam ita loquuntur, quamquam raro, *τὸ ἐπ' ἐμέ, ὅσον ἐπ' ἐμέ quantum ad me,* was mich anlangt [cf. *Porson.* ad Eur. Orest. v. 1338 et *Herm.* ad Vig. p. 860.]. Quae interpretatio ut dilueretur, *Rueckertus* sententiam Subjecto eâ privari contendit, quoniam *πρόθυμον* nude ac sine Articulo positum Praedicatum esse debeat. Quod non concedet quicunque *οὕτω, τὸ κατ' ἐμὲ, πρόθυμον — — εὐαγγελίσασθαι* idem esse quod *οὕτω, τὸ κατ' ἐμὲ, προθυμία* [scil. *ἐστὶ*] — — *εὐαγγελίσασθαι. hoc modo, quantum ad me attinet, animi est propensio ad doctrinam div. vobis quoque exponendam:* Bei dieſer Lage der Sache iſt, was mich anlangt, Geneigtheit vorhanden, auch euch das Ev. zu predigen reputaverit. Quin infirmatur haec explicatio duobus argumentis, quae nunc afferam. Primo enim contortum est v. a scriptore copulata et, ut arbitror, copulanda, ut nullum habeant commercium divelli consentaneumque videtur, P., si illud dicere voluisset, ne oratio esset ambigua, ita scripturum fuisse: *οὕτω, τὸ κατ' ἐμὲ, πρόθυμος* [scil. *εἰμὶ*] — *εὐαγγελίσασθαι.* Hoc bene vidit *Kypkius*, senserunt antiquitus ii, qui [*Clar. Germ. Ambrosius* al.] h. l. sic converterunt: *itu, quod in me est, promtus sum — — evangelizare.* Deinde sententia est ejusmodi, ut Apostoli pietati non respondere videatur. Nam quum *τὸ κατ' ἐμέ* praecipuum pondus haberet, hoc diceret: *hoc modo, quod*

Digitized by Google

ad me attinet (at *Deus* meum consilium non approbat cf. v. 10. et 13.), *voluntatis est inclinatio ad doctrinam div. vobis quoque, Romanis, exponendam; ego vobis non desum; at Deus vobis minus consulit.* Altera hujus l. interpretatio a *Beza, Grotio, Rueckerto* al. inita est. Qui τὸ κατ' ἐμέ Subjectum, πρόθυμον Praedicatum fecerunt h. r.: *quidquid in me situm est, id promtum est ad evangelium vobis quoque tradendum* i. q. *ego, quantum in me est* (s. *pro viribus*) *promtus sum ad* —. Corruit haec enarratio eo, quod τὸ κατ' ἐμέ *quantum ad me* formula est quae vi suâ Adverbio par enuntiationibus semper interjiciatur, nusquam Subjecti loco ponatur: τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμόν ἐστι (ἑτοῖμόν ἐστι) ποιεῖν τι *quidquid in me virium est promtum, paratum, est ad aliquid faciendum*, i. e. *ego pro viribus paratus sum ad* —. Tertia hujus l. explicatio, *Kypkio, Cramero, Moro, Boehmio* al. probata, haec est, ut v. τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον in unam notionem jungantur: *propensio ad me attinens* i. e. *mea animi propensio*, ἡ προθυμία μου. Cf. Ephes. 1, 15. — τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν *fidem ad vos pertinentem* i. e. *vestram fidem* et *Wesseling.* ad Diod. Sic. 14, 12. v. τῆς κατὰ τὸν τύραννον ὠμότητος. cl. Diod. S. 1, 31. fin. Praebet illa aptissimam sententiam, dummodo v. οὕτω recte explicueris: *hoc modo* [i. e. *quum omnibus promiscue hominibus obligatus sim* vs. 14.] *mea animi propensio* [*est*], *vobis quoque, Romae constitutis, doctrinam div. tradere.* Superest, ut mira veterum quorundam interpretum de vs. 13 — 15. nexu consilia *commemorem.* (Nam refutatione digna non sunt.) His fraudi fuit tum καί comparativum vs. 13. repetitum, tum καθώς vs. 15., ad quod dissimilium l. invitatu οὕτω vs. 15. ut apodosin referendum esse putavissent. Sic *Origenes* novam sententiam exorsus a v. v. 13. καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν [scil. καρπὸν ἔχω] post v. ἀνοήτοις deficere οἷς perhibet h. r.: „*Sicut fructum habeo in caeteris gentibus, Graecis ac Barbaris, sapientibus et insipientibus, quibus debitor sum, ita, quod in me est, promtus sum etiam vobis, qui Romae estis evangelizare.*" Hoc est veterem scriptorem interpolare, non explicare. Neque haec conspirant cum iis, quae Origenes paullo ante de hyperbato v. καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο ad v. 13. et 14. pertinente absurde disputavit. Etiam *Oecumenius* novam incipit periodum a v. v. 13. Καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, sed ita, ut quum οὕτω v. 15. ad καθώς v. 13. rettulerit, post εὐαγγελίσασθαι ex ante dictis suppleat ὀφειλέτης εἰμί h. r.: *Quemadmodum etiam caeteris nationibus et Grajis et Barbaris, et doctis et indoctis, obligatus sum, sic quod ad meum attinet propensum animum etiam vobis, Romae consti-*

Digitized by Google

tutis doctrinam div. tradere teneor. Huic consilio duo obstant, tum ἐν v. 13. ante v. τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, tum quod v. v. 15. τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον *quod ad animi mei propensionem attinet* adeo nullam rationem habent, ut sententiam perdant. Praeterea fuisse videntur, qui hunc l. sic explanarent: *Καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν, Ἕλλησί τε — — ἀνοήτοις, ὀφειλέτης εἰμὶ* [scil. εὐαγγελίσασθαι] *οὕτω τὸ κ. ἐ. πρ. καὶ ἐν ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥ. εὐαγγελίσασθαι* [scil. *ὀφειλέτης εἰμί*] *Quemadmodum etiam inter caeteras nationes, et Graecos et Barbaros, et doctos homines et indoctos, evangelium docere meum officium est, sic quod ad animi mei propensionem attinet* (sentisne, v. τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον sic quoque sensu destitui?) *etiam inter vos, Romanos, illud docere officii rationes jubent.* Id ut suspicer et lectio v. 15. καὶ ἐν ὑμῖν [61. Mt. m. al.] futili argumento *Millio* Prol. §. 1286. probata facit, et omissio v. v. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις in Mt. 3. 8.. Postremo S. V. *Pauli* ratio, qui v. vs. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ad vocc. v. 13. καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν retractis novam a v. Σοφοῖς τε κ. τ. λ. sententiam inchoavit, intolerabilis est propterea, quod v. σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις verborum Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις epexegesin continent, ut ab his sejungi nequeant. V. 16. ἐπαισχύνομαί τι *pudet me rei* 2 Tim. 1, 8. 16.. Dicitur etiam ἐπαισχύνομαι ἐπί τινι *pudor mihi est propter rem* LXX Jes. 1, 29.. G. habet — ἐπαισχύνομαι ἐπὶ εὐαγγέλιον — *pudor mihi est quod ad evang. attinet,* e glossemate. τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ] Vocc. τοῦ Χριστοῦ haud dubie adulterina sunt, quae ex aliis l. (Rom. 15, 29. 1 Cor. 9, 12. Gal. 1, 7. 2 Cor. 2, 12.) scribae asciverint. Nam praeterquam quod ab optimis Cdc. [A. B. C. al.] absunt, lectionis varietas [Victorin. τὸ εὐαγγ. τοῦ θεοῦ, 73. τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο, Aeth. τὸ εὐαγγ. αὐτοῦ] ostendit, P. simpliciter scripsisse τὸ εὐαγγέλιον, sed librarios alia atque alia interpretamenta assuisse. Unde illa vocc., a *Wetst.* et *Matthaeio* frustra defensa, de *Millii* Prol. §. 679., *Beng.*, *Griesb.* et *Lachm.* sententiâ delevi. Rationem affert P. verbis οὐ γὰρ ἐπ. τὸ εὐαγγ., cur *etiam Romanis* evangelium tradere paratus sit (v. 15.). Vos quoque, inquit, doctos nimirum et humanae sapientiae laude florentes homines, doctrinâ div. imbuere paratus sum. Nam non pudet me evangelii, quod humanae sapientiae admiratores ut absurdum ridere solent [1 Cor. 1, 23. Act. 17, 32. cf. *Chrysost.* ad h. l.]. Haec interpretatio praeclare connexas praebet sententias v. 14—16.. *Et Grajos et barbaros, et doctos homines et indoctos ut instituam officii rationes postulant* (v. 14.). *Quare vos quoque, qui do-*

Digitized by Google

ctâ in urbe vivitis, promto animo instituam (v. 15.). *Non enim me pudet evangelii, risu excipi a doctis hominibus soliti.* Quamobrem minus placet eorum ratio, qui [v. c. *Koppius* et *Flattus*] *οὐ γὰρ ἐπαισχ. τὸ εὐαγγ.* per *μείωσιν* dictum censent pro *καυχῶμαι γὰρ ἐπὶ τῷ εὐαγγελίῳ. Vos quoque, Romanos, promto animo edocebo* (v. 15.). *Nam summo mihi honori est evangelium* (v. 16.). Sed nihili est *Hammondi* et *Heumanni* explicatio: *non enim me pudet evangelii* h. e. *lubenter enim calamitates ob evangelium subibo.* Subjecerunt enim verbis sententiam, quae iis inesse non potest. P. eam his fere v. concepisset: *οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὰς θλίψεις διὰτὸ εὐαγγέλιον* [cf. 2 Tim. 1, 16.]. Explicat nunc P., cur se non pudeat evangelii, v. *δύναμις γὰρ κ. τ. λ.*. Qui *δύναμιν θεοῦ vim magnam* enarrarunt [*Schoettgenius, Bengelius* al.] tum Hebraismum parum intellectum [cf. S. V. *Gesenii* Lehrgeb. d. hebr. Spr. p. 694.] in hunc l. male transtulerunt, tum debilem Paulo obtruserunt sententiam; quem hoc graviter dicere apparet, esse evangelium *rem potentem eamque divinam.* Ne multa. Declarat *δύναμις θεοῦ rem potentem, quae divinae originis sit*, eine Kraftäußerung, Kraftlehre Gottes; cf. 1 Cor. 1, 18. 24.. *εἰς σωτηρίαν*] *ἡ σωτηρία* saepe est in N. T. *κατ' ἐξοχήν beatitas aeterna* i. e. *felicitas in Messiae regno et in vitâ aeternâ obtinenda*, quemadmodum *ἡ ἀπώλεια aeterna tartarorum miseria* vocatur [Rom. 9, 22. Phil. 1, 28. 2 Tim. 2, 10.; cf. *σώζεσθαι aeternâ beatitate potiri* et *ἀπόλλυσθαι sempiternae tartarorum miseriae obnoxium fieri* Joh. 3, 15. 1 Cor. 1, 18. Marc. 9, 43. 44. et ibi not.]. Aptissime etiam h. l. *σωτηρίαν* de sempiternâ felicitate explices, quum sit evangelii *finis*, ut fidem habentibus hominibus vitae aeternae portas aliquando recludat piasque animas in beatorum sedibus reponat cf. 2 Tim. 2, 10. sq. Act. 13, 46. 48. al.. Unde praeter rem *Seb. Schmidtium, Rueckertum* al. *σωτηρίαν de salute in universum* cepisse existimo: *est enim evang. Dei vis saluti tum in hâc tum in alterâ vitâ futura ei, quicunque fidem habuerit.* Exponit P. *παντὶ τῷ πιστεύοντι* verbis *Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.* Omittunt *πρῶτον* B. G. Boern. Tert. tantillaque auctoritas eo valuit, ut *Bengelius* vocem e Rom. 2, 9. 10. in hunc l. translatam suspicaretur, *Lachmannus* eam uncis includeret. Verum enim vero aut casu excidit aut de industriâ eam deleverunt glossatores, quibus offensioni fuisset. Vulgo *πρῶτον* praeeuntibus PP. graecis *ad tempus* referunt eoque respici putant, quod Apostoli prius Judaeis doctrinam div. offerre solerent, quam paganis instituendis animum adjicerent [Act. 13, 46. cl. Matth. 10, 6.]. Quam opinionem ut firment Deum e Pauli

Digitized by Google

sententiâ Judaeis et gentilibus eadem jura tribuere et utrosque paribus beneficiis ornare monent [Rom. 10, 12. Gal. 3, 28. Col. 3, 11.], quod verum sane est. *Theophyl.*: τὸ πρῶτον ἐνταῦθα τάξεώς ἐστι τιμὴ, οὐ χάριτος πλεονασμός· οὐ γὰρ πλέον ἔχει δ' Ἰουδαῖος ἐν τῷ μείζονα λαβεῖν δικαιοσύνην, ἀλλ' ἐν τῷ πρῶτον αὐτὴν λαβεῖν τετίμηται· ῥήματος οὖν ἐστι τιμὴ μόνον. Nihilominus certissime illi falluntur. Primum enim non cogitarunt, Paulum nescio quid exile dicere, si hoc enuntiet: *non me pudet evangelii; nam est evang. doctrina Dei efficax ad beatitatem fidem habentibus procurandam omnibus, et Judaeis primum eatenus, quatenus illud his primum offerri solet, et gentilibus.* Affirmat h. l. P., *esse evangelium doctrinam Dei potentem ad felicitatem in omnes fidem habentes homines conferendam*, non de tempore loquitur, quo Judaeis et paganis doctrina div. tum exponi soleret. Non igitur in v. Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι hanc sententiam illustrantibus: τὸ εὐαγγέλιον δύναμις θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι voc. πρῶτον *de tempore* enarrare licet, sed *potissimum* declaret necesse est. Deinde illi interpretationi obstat l. Rom. 2, 9. 10., ubi πρῶτον *potissimum* est. *Unumquemque improbum*, inquit P., gravissimae poenae manent, *unumquemque probum* praeclarissima praemia, et Judaeum *potissimum* et hominem gentilem. Postremo illi explicatores non reputarunt, quamquam Deus Paulo auctore Judaeos et paganos eodem plane numero putet iisdemque beneficiis utrosque afficiat Rom. 10, 12. Gal. 3, 28. sq. Col. 3, 11., aliquem tamen ab Apostolo Judaeis principatum vindicari. Quippe ornat circumcisio eum, qui div. legi satisfaciat Rom. 2, 25., sunt Judaeis div. oracula concredita Rom. 3, 2., dedit iis Deus quum multa prae caeteris nationibus praecipua, tum *summae felicitatis promissa* Rom. 9, 1—5., habet eos Deus in amore propter majores Rom. 11, 28. alioque modo Judaeis salus contingit, quam gentilibus. Nam Judaeos Deus beat, ut promissis stet, Judaeorum majoribus datis, felicitatemque iis impertit, suum iis tanquam debitum solvens Rom. 15, 8.; gentiles contra felices reddit non nisi benignitate ductus Rom. 15, 9.. Non enim iis beatitatem promiserat. Itaque P. sententia haec est: *salus a Deo parata est omnibus fidem habentibus hominibus, et Judaeis et gentilibus, sed illis potissimum, quoniam felicitatem iis pollicitus est. Contra omnes homines improbi gravissimas poenas luent, et Judaei et gentiles* Rom. 2, 9.. *At illi potissimum, ut homines beneficiorum, quibus eos Deus cumulaviset, obliti praeceptorumque div. immemores. Denique omnibus hominibus probis, luculenta praemia proposita sunt, et*

Digitized by Google

Judaeis et paganis Rom. 2, 10.. *Sed Judaeis potissimum, ut nationis Deo dilectae summisque ab eo beneficiis affectae hominibus numini morigerantibus.* Apparet ex his, quae modo disputavimus, ob id ipsum Apostolos prius Judaeis, quam gentilibus doctrinam div. offerre solitos esse, quoniam illis eam Deus intime secum nexis hominibus, potissimum destinaverat Act. 3, 25. 26.. Ceterum h. l. explica: *nam est evang. res Dei efficax, aeternae beatitati futura cuique, qui fidem habeat, et Judaeo potissimum* (ob promissa genti judaicae data) et (— sowohl dem Juden vor Allen, als auch dem Heiden.) V. 17. Nexus: *esse evangelium efficacem Dei doctrinam, omnibus, qui fidem habeant, aeternae felicitati futuram* (δύναμις — παντὶ τῷ πιστεύοντι vs. 16.) *vere contendi.* *Nam recludit evangelium rem opertam, hanc: integritatem Deo probatam* (sempiternae beatitatis fontem Rom. 5, 21.) *fide comparari.* Δικαιοσύνη θεοῦ h. l. neque *justitia Dei* [*Origenes*], neque *Dei benignitas* [*Balduin.*, *Schoettgen.* al.] est, quum neutra Dei virtus ab hominum fide proficiscatur, sed Deus et justus sit et benignus, sive homines Christo fidem adjungant, sive denegent. Imo posuit P. δικαιοσύνην θεοῦ h. l. sensu dogmatico s. *technico*, quo Theologi *justificationis* voc. in scholis usurpant. De quo tantum h. l. afferam, quantum ad recte intelligendas P. epistolas satis esse videbitur. Nam diversas interpretum sententias percensere hîc quidem infinitum est. Cum fructu de eâ re conferas doct. *Usterii* Entwickelung des Paul. Lehrbegr. p. 86. sq. ed. 4. et S. V. *Winzeri* Progr. *de voc.* δίκαιος, δικαιοσύνη *et* δικαιοῦν *in P. ad Rom. ep. Lips.* 1831. 4.. Judaei hoc pactum cum Jehovah inierant, ut quum ejus legibus per Mosen promulgandis parerent summo se Deus favore amplecteretur Exod. 19, 4. sq.. Quare Judaeus qui divinis legibus obediret tum *integer* [צדיק] erat et cui Deus nihil crimini dare posset (nam in pacto manserat), tum talis, cui optima quaeque a Deo jure exspectare liceret [Levit. 18, 5. Ps. 18, 21. sq. Rom. 4, 4. 10, 5. Gal. 3, 12.]. Nam per foedus cum Judaeis factum non poterat non iis Judaeis Deus favere, qui suae voluntati obtemperarent; quod si non fecisset foedus rupisset. Conditio Judaei, qui se ad Dei leges composuisset atque ita uberrima Dei praemia meruisset vocabatur ἡ δικαιοσύνη, צדק Ps. 18, 25., *integritas.* Quae quum observandâ lege divinâ, i. e. mosaicâ, pararetur ἡ δικαιοσύνη ἡ ἐκ τοῦ νόμου *integritas, quae ex servandâ lege mos. nascitur* et δικαιοσύνη ἡ ἐν νόμῳ *integritas, quae legi mos. morem gerendo comparatur* a Paulo Rom. 10, 5. Phil. 3, 6. appellata est. Brevi praecidam. Quoniam religio mos. illo cum Jehovah foedo

Digitized by Google

foedere nitebatur, Judaei nisi forte Jehovam se lusisse, quum iis legibus, quibus servandis impares essent, foedus secum fecisset existimare mallent, sic statuere debebant: δικαιοῦσθαι νόμῳ (s. ἐξ ἔργων νόμου) ἄνθρωπον παρὰ τῷ θεῷ Gal. 3, 11. Rom. 3, 20. i. e. *nancisci posse hominem obsequio legi mos. praestito* (s. *factis ad divinae legis praecepta compositis*) *integritatem eam, quae div. favoris summaeque beatitatis, quâ bene facta Deus remuneretur, fontem contineat et causam.* Hanc sententiam falsam esse P. vidit, Christianus factus Phil. 3, 4. sq.. Neque enim Judaeos divinae legi satisfecisse Rom. 3, 9., neque id quemquam efficere posse propterea, quod lex peccandi libidinem accendat potius, quam exstinguat Rom. 7, 8. sq. 3, 23., et Deum ipsum aliâ viâ homines beatos reddere velle Rom. 11, 32. Gal. 3, 22. intellexit. Itaque δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον ἐξ ἔργων νόμου negavit Rom. 3, 20. Gal. 2, 16., δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον ἐκ πίστεως Χριστοῦ (s. πίστει) Gal. 2, 16. Rom. 3, 28. affirmavit h. e. *integritatem, favoris div. summaeque felicitatis pignus, homines fide in Christo reposita* consequi. Ea fides hoc continetur animi statu, quo Jesum Messiam et generis humani expiatorem (Rom. 3, 25.), quo misso Deus suum hominibus amorem paratumque ad dandam peccatoribus veniam animum oppigneraverit (Rom. 5, 8. 8, 39.) pie venereris placatique patris (Rom. 5, 1. 8, 15. Gal. 4, 6. Eph. 2, 18. 3, 12.) benevolentiam tanquam bene moratus et gratus filius, honestatis studio remunereris, ut optimo munere Rom. 6, 1. 2. 11. 15. sq. Gal. 5, 13. sq. Eph. 5, 8. sq.. Non igitur iners est, in quâ P. omnia sita vult, fides neque honestatis inops, sed talis, ex quâ, tanquam e fecundâ terrâ, laeta efflorescat honeste factorum seges. Non autem illa, quam P. unice probat, δικαιοσύνη recte factis paritur aut homini ob ullum suum meritum contingit (negat enim P., posse τὴν δικαιοσύνην virtute comparari; vide supra) sed a Deo *dono* datur iis, qui fidem habuerint. Unde P. eam modo τὴν δωρεὰν τῆς δικαιοσύνης Rom. 5, 17. modo τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει Phil. 3, 9. (*integritatem quae a Deo datur sub hac conditione, ut fidem habeas*) vocat eandemque ob rem tum Christianos *Dei benevolentiae*, non ullis suis meritis, acceptam referre salutem saepe monet Eph. 2, 8. sq. 2 Tim. 1, 9. sq. Tit. 3, 5., tum Deum dicit δικαιοῦν τὸν ἀσεβῆ eique τὴν πίστιν αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην λογίζεσθαι Rom. 4, 5. [cl. Gal. 3, 8.] i. e. *hominem improbum probum declarare ejusque fidem, quam Christo adjungat, integritatis loco habere, quâ destitutus sit.* Nam quum nemo iis sit viribus, ut Dei mandata accurate exsequendo reapse evadat δίκαιος (cf. supra), in

Digitized by Google

promtu est, ne eos quidem, qui fidem habuerint, vere esse δικαίους, sed fide eorum in integritatis loco numeratâ tales tantum a Deo benevole existimari, licet omnes etiamnum sint ἀσεβεῖς Rom. 4,5., ita quidem, ut hic illo magis minusve sit ἀσεβής. Formula δικαιοῦν τινα, de Deo posita, quamquam Paulo *technica* est, tamen ad linguae graecae leges bene respondet. Notant enim vv. in-όω exeuntia aliquem (s. aliquid) talem (tale) facere, qualis (quale) est is (id), unde ejusmodi v. ductum est. Cf. *Buttm.* ausf. gr. Sprachl. II, 308.. Sic est δουλοῦν, ὀρθοῦν, τυφλοῦν τινα i. q. δοῦλον, ὀρθόν, τυφλόν τινα ποιεῖν. Quare ὁ θεὸς δικαιοῖ τινα valet *facit Deus aliquem integrum* (qui non sit integer cf. supra) i. q. *declarat D. aliquem integrum, tractat D. aliquem ut integrum.* Porro quoniam δικαιοσύνη a P. commendari solita *e fide* oritur, eam tum τὴν ἐκ πίστεως δικαιοσύνην Rom. 10,5. (*integritatem, quae originem a fide trahit*), tum τὴν δικαιοσύνην τῆς πίστεως Rom. 4, 11. cl. 13. nuncupat (*integritatem, quam fides gignit, procreat*). Postremo quia fide parta δικαιοσύνη Paulo auctore unice vera est, ficta tantum et adumbrata illa, quam Judaei bene factis acquiri posse opinabantur, illam h. l. dicit δικαιοσύνην θεοῦ (cf. Rom. 10,3.) *integritatem, quae Deo satisfacit* (bene *Lutherus*: die Gerechtigkeit, die vor Gott gilt) eique *vanam* illam Judaeorum δικαιοσύνην opponit, quam τὴν ἰδίαν τῶν Ἰουδαίων δικαιοσύνην Rom. 10,3. appellat i. e. *integritatem, quae Judaeis propria est, quam opinionis errore sibi Judaei finxerunt, quae Judaeis satisfacit, non Deo.* *Chrysost.*, *Winzer.* l. l. p. 10., *Rueckert.* al. δικαιοσύνην θεοῦ *integritatem, quam Deus dat* explicant, nixi l. Phil. 3,9.. At praeterquam quod haec interpretatio Rom. 1,17. 3,22. 10,3. minus apta mihi videtur, eam plane respuit l. 2 Cor. 5,21. — ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ (i. q. δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ) ἐν αὐτῷ firmantque meam rationem formulae δικαιοῦσθαι ἐνώπιον θεοῦ Rom. 3,20. δικαιοῦσθαι παρὰ τῷ θεῷ Gal. 3,11. (*integrum fieri Deo judice, a Deo integrum judicari*) et δίκαιον εἶναι παρὰ τῷ θεῷ Rom. 2,13.. Quum autem necessario ad integritatis, quae Deo placeat, adeptionem fides *Christum expiatorem* pie complectatur (cf. supra), recte hunc δικαιοσύνην ἡμῶν (i. e. integritatis nostrae auctorem) exstitisse 1 Cor. 1,30. P. contendit. Restat, ut de τῆς δικαιοσύνης emolumentis dicam. Quae quum in eo cernatur, ut quamvis non sis integer, tamen ob fidem in Christo collocatam benigne a Deo integer habearis, emergit, τῷ ἐκ πίστεως δικαίῳ neque peccata fraudi esse posse (pro insonte enim et qui nihil deliquerit habetur) neque ei quid-

Digitized by Google

quam obstare, quominus aeterna felicitate potiatur, dummodo ejus fides bene comparata sit, ut ex eâ honestatis studium exardescat. Nam improbe facta aditum ad beatissimum Messiae regnum intercludunt Eph. 5,5. et sempiternam perniciem pariunt Rom. 6,23.. Proinde τῆς δικαιοσύνης fructus est tum *peccatorum venia* Act. 26,18. Eph. 1,7. tum *aeterna felicitas* Rom. 5,21.. Quae si recte disputata sunt, ἡ δικαιοσύνη, quam P. celebrat, bene definitur *conditio hominis sontis, qui propter repositam in Christo, generis humani expiatore divinaeque clementiae obside, fidem, honestatis genitricem, benigne a Deo pro insonte habetur, cui datâ peccatorum veniâ aditus sit ad beatorum sedes.* — Δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως *integritas, quae Deo satisfaciat, in evang. aperitur ex fide* concise dixit P. pro: δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ δείκνυται (s. φανεροῦται) ἐκ πίστεως οὖσα s. πορευομένη *aperitur in evang.* (s. aperit evangelium), *integritatem Deo probatam e fide nasci.* De industriâ scripsit P. ἀποκαλύπτεται, ut de re adeo prius ignotâ, eam ut homines ne suspicarentur quidem (1 Cor. 2,7. sq. Rom. 3,21.). Qui citato l. Jes. 56,1. ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται *per evang. exhibetur* enarrarunt, quoniam δικαιοσύνη θεοῦ non solum spectanda proponatur in evang., verum etiam per evang. reapse exhibeatur iis, qui fidem habuerint [*Beza, Chr. Fr. Schmid.* al.], neque reputarunt Jes. 56,1. קִרְבָתִי nihil quidquam esse, nisi *patefieri, manifestari*, neque expenderunt, P. versu 17. sententiam v. 16. τὸ εὐαγγέλιον δύναμις θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι argumento corroborare, in hunc m.: *esse evangelium validam Dei doctrinam, quae aeternam felicitatem omnibus fidem habentibus hominibus afferat* (v. 16.), *ex eo elucet, quod evangelium primum recte docet, integritatem Deo probatam* (sempiternae felicitatis causam; cf. supra) *e fide nasci, ut nunc fide quaeri possit, quum antea, dum homines rem ignorarent, vix ac ne vix quidem parari potuerit.* ἐκ πίστεως εἰς πίστιν,] Haec vocc. ne possunt quidem per leges syntacticas cum Substantivo δικαιοσύνη θεοῦ conjungi [*Beng., Koppius, Rueckert.* al.], sed cum verbo ἀποκαλύπτεται consocientur necesse est. Quod quum multi interpretes non perspexissent neque ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως concise dictum esse animadvertissent (cf. supra), v. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν in diversum sensum ab iis tracta esse non miror. *Theodoret.* hanc explicationem proposuit: *nam δικαιοσύνην θεοῦ evangelium aperit, quae a fide prophetis adjungendâ ad fidem Christo habendam perducat.* Ac Mosen et prophetas δικαιοσύνην θεοῦ τὴν διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. quasi per transennam ostendisse P. do-

docet Rom. 3,21.. Sed et ἐκ πίστεως εἰς πίστιν cum vv. δικαιοσύνη θεοῦ male ille copulavit et ἐκ πίστεως ad fidem *prophetis* tribuendam perperam rettulit. Nam nude positum voc. πίστεως hîc fidem *Christo* habendam declaret necesse est (cf. v. 16.). Adde, quod Habacuci voce ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται non haec sententia comprehenditur: *prophetarum oracula ad fidem Christo tribuendam homines perducere.* Ne hoc quidem reticendum est, δικαιοσύνην θεοῦ non ad fidem in Christo collocandam adducere, sed esse fidei in Christo repositae fructum. *Oecum.* [ἀπὸ πίστεως ἄρχεται καὶ εἰς τὸν πιστεύοντα λήγει scil. δικαιοσύνη θεοῦ], *Seb. Schmidt.*, *Morus*, *Rosenm.*, *Wahl* Cl. maj. I, 434., *Rueckert.* al. εἰς πίστιν per Abstractum pro Concreto idem, quod εἰς τὸν πιστεύοντα (für den Glauben, d. h. für den Glaubenden) pollere existimant cl. Rom. 3,22.: *nam manifestat evangelium, integritatem Deo probatam e fide nasci fidem habenti.* Quorum enarrationem, quum et aptam sententiam praebeat et simplicitatis habeat commendationem, et ipse probarem, nisi *Heumanni* ratio ad P. ingenium melius respondere videretur, qui εἰς πίστιν *de consilio* (cf. v. 5.) explanat: *ut fides habeatur.* Hoc pacto P., postquam dixit, *evangelium manifestare, integritatem, quae Deo satisfaciat, e fide nasci*, non sine acumine, ut alias [cf. 2 Cor. 2,16. — οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. Neque dissimilis est l. Rom. 6,19. ὥσπερ — παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα — — τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν —.], quo id consilio fiat *obiter* addit: *ut fides habeatur.* Nam *obiter* tantum v. εἰς πίστιν adjici, documento est l. Habacuci, qui non nisi sententiam v. δικαιοσύνη — — ἐκ πίστεως comprehensam prophetae auctoritate munit. Optimam *Heumannum* sententiam efficere nemo recte negaverit. Quo enim alio fine Deus, integritatem, quae numini placeat, fide quaeri doctrinâ christ. hominibus aperuerit, nisi ut fidem animis conciperent divinamque admonitionem in usus suos converterent? Saepissime autem P. εἰς ita usurpare, ut *consilii* sit index quis ignorat? Itaque quo jure *Rueckertus Heumanni* interpretationem contortam et frigidam vocaverit, ipse viderit. Qui vv. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν hanc sententiam subjecerunt: *fide, quae quotidie augescat, s. incrementa capiat* [*Theophyl.*, *Beza*, *Scaliger.*, *Boehmius* al.], eam non aliâ praeterquam hâc explanatione e vv. eruere potuerint: *manifestat evangelium, integritatem Deo probatam e fide oriri, ut firmior fiat hominum fides* i. q. *ut fides eorum crescat.* Unde eo tantum ab *Heumanni* consilio discedunt, quod εἰς πίστιν

Digitized by Google

non esse putant *ut fides habeatur*, sed *ut firmior fides habeatur*. At nisi forte P. obscuram orationem consulto consectatus est, sententiam: *ut firmior fides habeatur* magis perspicue sic enuntiare debebat, ut — ἐκ πίστεως εἰς πίστεως στερέωμα (— *ut firma fides efficiatur*: cf. Col. 2,5.) scriberet. Quid, quod ne sententia quidem bene comparata est? Non enim Deus, *integritatem*, *quae numini probetur*, *fide parari* hominibus evangelio manifestavit idcirco, ut qui jam fidem haberent eorum major firmiorque fides redderetur, sed ut homines divinitus se admoneri passi integritatem *fide* quaererent, h. e. ut fidem haberent. Sed non omnes interpretes, quibus haec explicatio placuit, quâ viâ e verbis manaret, satis compertum habuisse, ex eo intelligitur, quod suam rationem disparibus l. muniverunt, v. c. Jer. 9,2. Ps. 84,8. 2 Cor. 3,18. *Turretin.*, *Beng.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Koppius* ἐκ πίστεως εἰς πίστιν enarrant *non nisi per fidem*, durch den Glauben allein. Male. Hunc enim sensum e vv. nullâ machinâ exsculpas. Frustra *Bengel.* ad l. 1 Chron. 17,5. וָאֶהְיֶה מֵאֹהֶל אֶל־אֹהֶל provocavit, ubi Jehovah, *fui*, inquit, *a tabernaculo ad tabernaculum* i. e. *diversis in locis*, *in quibus tabernaculum*, *a loco ad locum portari solitum*, *collocaretur*. Neque rectius formulam καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολήν 2 Cor. 4,17. antesteris et quod *Koppius* ait εἰς πίστιν pro ἐπὶ πίστει ita positum esse, ut δοθεῖσα supplendum sit, ex vano haustum est. Ne multa. Si P. integritatem, quam Deus comprobet, *solâ fide* acquiri dicere voluerat, ἐκ πίστεως καὶ διὰ πίστεως (s. καὶ ἐν πίστει) scribere debuerat: *aperit evangelium*, δικαιοσύνην θεοῦ *e fide et per fidem* (ad sensum i. q. *ex sola fide*) *nasci*. Cf. v. c. 2 Petr. 3,5. — Sententiam, δικαιοσύνην θεοῦ *fide quaeri*, jam in libris s. perscriptam esse, ut ejus veritas in dubium vocari recte nequeat, Ap. ostendit loco Habac. 2,4. Quum P. δικαιοσύνην θεοῦ legis mos. et prophetarum auctoritatem habere Rom. 3,21. diserte profitetur, certum est, eum id ipsum Habacucum l. c. dicere existimasse, quod ejus verbis subesse h. l. docet. Quod autem Habacuci v. sententiam a prophetae mente alienam subjicit, id qui N. T. scriptorum ingenium rationemque, quam Judaeos sequuti in explicandis V. T. scriptoribus inire solent, satis cognoverit non mirabitur. Unde v. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται quam vim habeant apud Habacucum et quid Paulo valeant separatim dicendum est. Prophetae v. haec sunt: הִנֵּה עֻפְלָה לֹא־יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ וְצַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה. Ea sic explananda censeo: *ecce*, *tumore* (superbiâ) *inflatus*, *neque bene compositus est ejus* (dicit eum, quem v. 5. *super-*

bum virum appellat i. e. Chaldaeos hostes) *animus in eo, et homo probus* (intellectos vult bene moratos Judaeos) *per suam probitatem vivet* h. e. felix erit (scil. quum superbos et improbos hostes atrocissimae poenae maneant v. 5. sq.) Significat igitur Habacuco צַדִּיק *hominem probum* i. e. *honestum* et יִחְיֶה *felix erit* arcteque cohaerent v. בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה *per suam probitatem beatus erit.* LXX quum verterent: ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται בֶּאֱמוּנָתִי legerunt h. s.: *et homo probus per fidem mihi* (i. e. oraculo meo cf. v. 3.) *habitam felix evadet.* Ex LXX ἐκ πίστεως μου h. l. in nonnulla subsidia [ut C a p. m. et Syr. post.] irrepsit. Contra Paulo ὁ δίκαιος *hominem integrum* sensu dogmatico (cf. supra) et ζήσεται *aeternâ felicitate potietur* (cf. v. 16. εἰς σωτηρίαν et Tit. 3, 7.) declarat. Praeterea certe h. l. [vide Gal. 3, 11. cl. Hebr. 10, 38.] ἐκ πίστεως a v. ὁ δίκαιος suspensum voluit (*fide integer factus*; cf. Rom. 10, 6. ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει —.), id quod bene viderunt *Beza, Griesb., Knapp., Vater., Winzer.* l. c. p. 6. al.. Est enim in eo hîc P. occupatus, ut sententiam *integritatem Deo placentem e fide oriri* V. T. voce corroboret. Atqui hoc ita tantum Habacucus docet, si ejus v. sic acceperis: *homo fide integritatem nactus sempiternum beatus erit.* Quocirca qui v. ἐκ πίστεως ζήσεται arcte consociant, committunt, ut P. argumentatio claudicet: *integritas Deo probata e fide nascitur.* Hoc ipsum dicit Habacucus v.: *homo integer sempiterno beatus erit per fidem.* Quae si recte disputata sunt, v. 16. et 17. hae sententiae continentur: — *Non me pudet evangelii. Quippe est valida Dei doctrina, quae aeternam felicitatem omnibus fidem habentibus hominibus afferat, et Judaeis primum et gentilibus* (v. 16.). *Nam aperit evang., integritatem Deo placentem* (in quâ aeternae felicitatis causa inest) *e fide nasci, ut fides habeatur, sicut in V. T. perscriptum est: fide integer factus aeternâ beatitate potietur* (v. 17.).

V. 18. Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. 19. Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε· 20. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. 21. Διότι γνόντες τὸν θεὸν οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν ἢ ηὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθη-

Digitized by Google

σαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. 22. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν 23. καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. 24. Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς, 25. οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. 26. Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας· αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν, 27. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρσενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. 28. Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα 29. πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ, μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας, 30. ψιθυριστάς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστάς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, 31. ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, [ἀσπόνδους], ἀνελεήμονας, 32. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσίν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.

V. 18. Sententia vs. **17. enuntiata**: *fide integritatem consequuto sempiternam felicitatem paratam esse* **facit, ut Ap. deplorandae eorum hominum fortunae recordetur, quicunque fide destituti *non* sint *integri*, sed impii potius et improbi.** ***Patefacit***, **inquit,** *evangelium*, *integritatem Deo probatam*, *quae aeternae beatitatis causam contineat*, *e fide nasci*, *id quod vetus vates his v. declaravit*: ***fide autem integer factus sempiternum beatus erit*** **(v. 17.).** ***Quippe*** **(ut *contrarium* exsequar)** ***Dei ira*** **(miseriae humanae fons)** ***de coelo patefit***, *omnesque*, *ut sci-*

tis, impios et improbos homines corripit, qui quod in rebus div. verum est per improbitatem impediunt, quominus exsistat vitamque regat (v. 18.). Haec sententia quamquam *generalis* est iisque v. concepta, ut et improbos Judaeos et facinorosos gentiles aeque complectatur, tamen Paulo, quum eam literis mandaret, impii gentiles potissimum obversati sunt (v. 19. sq.). Nam quum impios Judaeos, quoniam divinis essent legis mos. praeceptis imbuti, a Deo jure puniri quivis ultro concederet, de eo dubitari poterat, an de improbis paganis, quum non fuissent divinitus edocti, Deus poenas recte caperet. Unde P. operam suam primum in eo locat, ut scelestos gentiles divinas poenas *commeruisse* ostendat (vs. 19—32.), deinde autem, hoc loco perfecto, Deum ab Judaeis improbitatis poenas petere monet 2, 1 sq.. ὀργὴ θεοῦ] Quum Deum homines ex se metiri soleant ac quodam modo debeant (qui enim de Deo cogitans τὴν ἀνθρωποπάθειαν plane ab eo sejungas?), in libris s. tum *iram*, tum *amorem* numini div. tribui non est quod miremur. Hoc sic fit, ut *ira Dei* pro re commemoretur, quae Deum ad *puniendos* homines impellat [Ps. 2, 5. Mich. 7, 9. Rom. 2, 5. al.], *Dei amor* pro re ponatur, quae Deum ad *beandos* homines permoverit [Joh. 3, 16. Rom. 8, 39.]. Quippe solent homines et amore adducti iis prospicere quos amant et odio concitati male in eos consulere quos oderunt difficileque est iis vel justas de aliquo poenas sumere sine indignatione. Quâ re in Deum translatâ in libris s. *Dei amor felicitatis* humanae, *ira Dei miseriae* humanae poenarumque *fons* est; unde veteres interpretes ὀργὴν θεοῦ, formulae *sensum* utcunque reddentes, *Dei poenam* explicant, ut h. l. *Theodoret.*: ὀργὴν θεοῦ τὴν τιμωρίαν καλεῖ [ὁ Παῦλος] —. Cf. *Suicer.* Thes. eccl. II, 505.. Qui *Dei iram* hoc cerni putant, quod Deus hominum improbitatem sanctis suis legibus renitentem et ipse abominetur poenisque sine ullo animi motu afficiat [cf. *Tholuce.*] iis si rem ad veram rationem revocare voluerunt, facile assentior, non assentior, si τὰ πάθη τῆς ἀγάπης καὶ τῆς ὀργῆς in Deum libros s. conferre negarunt, ut *Beneckius* ad h. l.. ἀποκαλύπτεται] Hîc tria maxime tenenda: unum, Paulum, quum φανερὰ γὰρ γίνεται [1 Cor. 3, 13.] ὀργὴ θεοῦ ἐπὶ —. scribere potuisset, invitatu v. vs. 17. δικ. γ. θ. ἐ. α. ἀποκαλύπτεται ἐκ π. κ. τ. λ., v. 18. ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ κ. τ. λ. dicere maluisse: alterum, ἀποκαλύπτεται alio sensu v. 17., alio v. 18. positum esse [nam v. 17. illud notat, quod Theologi voce *revelatur*, es wird geoffenbaret, exprimunt et de re dicitur, quam Deus prius incognitam suo quodam eoque extraordinario instituto prae-

Digitized by Google

ter naturae ordinem hominibus patefecerit, v. 18. simpliciter valet *manifestatur, declaratur, palam fit* (es wird offenbar, d. h. es zeigt sich) i. q. *φανερὰ γὰρ γίνεται ὀργὴ θεοῦ* —. cf. Matth. 10, 26. Luc. 2, 35. 17, 30. al.]: tertium, sententiam v. 18. esse *universalem* h. s.: *Dei iram, poenas sumentem, de coelo in omnes homines impios et improbos palam ingruere nemo ignorat.* Id verum esse ea docent quae sequuntur. Nam generali vs. 18. sententiâ in gentiles versâ eos impietatis suae poenas Deo dedisse observat v. 24. sq.. Quarum rerum aut ignoratio aut incuria in multos errores interpretes induxit. Nam *ἀποκαλύπτεται* h. l. eodem quo v. 17. sensu collocatum opinati vel *patefit Dei ira per evangelium de coelo adversus omnes impios et improbos homines* — cum *Grotio, Heumanno, Boehmio* al. explanaverunt, vel *patefit Dei ira de coelo super omnes impios et improbos per peccatorum conscientiam* i. e. *in omnes homines impios et improbos Dei iram ingruere Deus eo hominibus de coelo patefacit, quod eos peccatorum sibi conscios fecit* [ita *Tholuccius*]. *Grotio* multa obstant; primum *ἀποκαλύπτεται* nude locatum (debuerat enim hoc pacto *ἀποκαλύπτεται γὰρ ἐν αὐτῷ ὀργὴ θεοῦ κ. τ. λ.* scribi); deinde v. *ἀπ' οὐρανοῦ*, quae cum v. *ἀποκαλύπτεται*, quocum utique consocianda sunt (cf. infra), juncta languerent; postremo orationis perpetuitas. Transfertur enim v. 18. sententia vv. 19. sq. ad gentiles divinâ institutione destitutos, qui suae impietatis poenas jure persolverint v. 21. et 24. sq.. Non bene autem connexae sunt hae sententiae: *iram Dei omnes homines impios et improbos invadere, quum antea nesciretur, primum docet evangelium divinitus* (v. 18.); *nam et impii gentiles perversitatis suae poenas dependerunt* (v. 19—32.), *et improbis Judaeis poenae paratae sunt* (2, 1. 2.). *Tholuccii* sententiae adversatur v. *ἀποκαλύπτεται*. Non enim quod homines aut rationis a Deo iis datae vi meditationeque verum ipsi eruant aut conscientiae divinitus iis insitae sensu rectum cognoscant, iis *ἀποκαλύπτεσθαι* in libris s. dicitur, sed refertur *ἀποκαλύπτεσθαι* ad res, quae extraordinario quodam Dei instituto hominibus innotescant [Eph. 3, 5.] discriminaturque ab humanâ institutione *ἡ ἀπόκαλυψις* h. e. *Dei institutio*, quae extraordinaria est et praeter naturae ordinem legemque fit v. c. per angelum, per somnium, per spiritus s. afflatum Gal. 1, 12. Eph. 3, 3.. „*Fuit — hoc tum s. scriptorum, tum totius antiquitatis ingenium, ut quae numen div. aut ipsum cum homine congressum aut extraordinario instituto vel per legatum, vel per somnium, vel per afflatum, vel per coelestem vocem* [Liv. 4, 32.] *doceret, divinae institu-*

Digitized by Google

tioni (h. e., ut cum Theologis loquar, *revelationi*), *contra quae meditando essent reperta ipsis hominibus tribuerentur, qui ea cogitando exsculpsissent, tametsi nemo tum facile negaret, res quibus meditatio dirigeretur, et numen div. condidisse et voluisse, ut eas ratione divinitus datâ relligiose usi ad veri inventionem homines conferrent.*" Cf. meam commentat. *de Confessionis Augustanae usu hâc aetate.* Rost. 1830. 4. p. 31.. Non igitur N. T. scriptores *naturalem s. mediatam*, quae dicitur, *revelationem* animis suis informarunt. Quare P. v. 19. de cognitione Dei, quam Deus mundo, quem contemplarentur, condito hominibus impertiit, ἐφανέρωσε posuit, non ἀπεκάλυψε. Praeterea v. ἀπ' οὐρανοῦ in *Tholuccii* interpretatione frigent. Tum ἀποκαλύπτεται Praesens de re certo futurâ [cf. *Win.* gr. p. 217.] *Chrys.*, *Theodoret.*, *Oecum.*, *Koppius* al. explicuerunt h. m.: *nam certo manifestatur Dei ira de coelo* — scil. *tempore extremi judicii.* Quo consilio hae inter se minime congruentes sententiae Paulo injunguntur: *aliquando Deum ultimi judicii tempore omnes homines impios et improbos puniturum esse* (v. 18.), *ex eo consequitur, quod improbos gentiles poenis affecit* (v. 24. 26.). Sunt autem illi errore implicati l. Rom. 2,3. 5. sq., quum non cogitassent, vs. 18. hanc generalem sententiam comprehendi: *Deum omnes homines impios et improbos punire nemo nescit*, quam P. deinceps ita probet, ut tum scelestos gentiles poenas *luisse* (v. 24. 26. sq.) ostendat, tum Deum ne Judaeis quidem flagitiosis parcere, tralatitiam rem esse observet (2, 1. 2.), quo facto oratione in superbos Judaeos conversâ vs. 3. sq. ita dicere pergat: *erras, improbe Judaee, si nullas tibi perversitatis tuae poenas eo die dandas esse opinaris, quo Deus cuique eam sortem attribuet, quam factis suis promeruerit.* ἀπ' οὐρανοῦ] Haec vocc. cum v. ἀποκαλύπτεται copulanda sunt: *effunditur Dei ira de coelo*, unde omnia proficiscantur necesse est quae Deus facit propterea, quia in coelo est regalis Dei sella Ps. 2,4. 14,2. 136,26.. Qui h. l. sic exposuerunt: *effunditur Dei ira de coelo — fulminibus, tonitribus, pestilentiâ*, non considerarunt, P. minime h. l. constituere, *quas* Deus poenas impiis hominibus infligat satisque ei esse h. l. *in universum* dicere: *Dei iram de coelo* (*imperii divini domicilio*) *exsistere et omnes improbos homines affligere certum est*; sed v. 24. sq. eum explicare, *quas* impii gentiles Deo poenas *penderint*. *Justinian.*, *Boehm.* al. jungunt ἀπ' οὐρανοῦ cum v. ὀργὴ θεοῦ (*manifestatur Dei ira de coelo* i. e. *ira coelestis*), *Heum.* et *Rosenm.* ἀπ' οὐρανοῦ cum v. θεοῦ arcto vinculo connectunt (*manifestatur ira*

Digitized by Google

Dei de coelo i. e. *Dei vim suam de coelo exserentis*: sic opus erat Articulo ὀργὴ θεοῦ τοῦ ἀπ' οὐρανοῦ: cf. Luc. 11, 13. *Herm.* ad Vig. p. 893.) *Heumannus* autem totum vs. ita struendum putat: ὀργὴ γὰρ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν — κατεχόντων ἀποκαλύπτεται scil. ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. *nam iram Dei coelestis in omnem impietatem — hominum — ingruentem patefacit evangelium.* Quae partim aperte falsa partim tam contorta sunt, ut omnibus displicere debeant. Voc. ἀσεβείας h. l. esse *impietatem in Deum* [Tit. 2, 12.], v. ἀδικίας *morum perversitatem, improbitatem* [Luc. 13, 27.] notare, orationis perpetuitas demonstrat. Erant enim gentiles, in quos P. sententiam vs. 18. confert, tum impii in Deum v. 21., tum improbi et impuri v. 24. sq.. Alioquin ἀσέβειαν *improbitatem* enarrare nobis liceret, ut P. verborum copiâ usus eandem notionem bis enuntiaret: Ruchlosigkeit und Schlechtigkeit. Adi Lexica graeca. Nam quum numen div. homines sanctos esse velit et probos, patet qui improbus sit eundem ἀσεβῆ recte dici idcirco, quod Dei praecepta contemnat. ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων] *Theophyl.*: ἡ μὲν ἀληθὴς λατρεία καὶ ἡ εὐσέβεια μία, ἡ δὲ ἀσέβεια πολυσχιδής· διὰ τοῦτο εἶπε (Paulus) πᾶσαν ἀσέβειαν, ὡς πολλῶν οὐσῶν ὁδῶν. καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων] — — — πολλαὶ δὲ καὶ ταύτης ὁδοί — —. Imo πᾶσαν ἀσέβειαν κ. ἀ. ἀ. hoc sensu P. scripsit: *ingruit Dei ira de coelo in omnem hominum — — impietatem et improbitatem*, i. e. *non solum ab Judaeis, verum etiam a gentilibus commissam.* Quoniam P. h. l. *gentiles* potissimum in mente habet (cf. supra), τὴν ἀλήθειαν id dicit *quod in rebus div. verum est ac sine div. institutione cognosci potest* h. e. *esse Deum O. M., eumque pietate vitaeque sanctitate ab hominibus colendum* v. 21. sq.. Lectio τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ [ita *Vulg.*, *Ambrosiast.*, *Pelag.*], quae *Bezae* placuit, certissimum est glossema. *De Ammon* quum τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντας et Judaeorum Luc. 11, 52. et maxime gentilium Act. 16, 22. sq. magistratus τῇ ἀληθείᾳ i. e. *verae Christi doctrinae* [2 Cor. 4, 2.] improbe impedimenta inferre solitos exponeret, quid hujus l. nexus flagitaret, quid respueret, ne e longinquo quidem assecutus erat. τῶν τὴν ἀλ. ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων] Non audiendi sunt, qui [v. c. *Cramerus* ad h. l. et *Baurus* in *Flatti* horreo Fasc. I. p. 154.] haec v. sic exposuerunt: — *hominum, qui verum in improbitate* (bei Schlechtigkeit) *teneant* i. e. *qui verum quidem teneant, sed sint improbi.* Neque enim gentiles verum tenebant, sed ab eo defecerunt, aeterni Dei majestate mortalium hominum brutorumque animalium imaginibus inclusâ v. 21. sq.. Ceterum illos

Digitized by Google

etiam *τῶν — κατεχόντων* erroris convincit. Est enim *κατέχειν tenere*, *firme tenere* 1 Thess. 5,21. 1 Cor. 15,2. al.. At Paulo hic sufficere debuerat *τῶν — ἐχόντων — hominum, qui verum habeant, dum sint improbi*, quamquam pagani non simul verum habuerunt, simul peccatis indulserunt, sed per impietatem a vero desciverunt v. 21.. Recte plerique explicatores *κατέχειν* h. l. esse *impedire* [2 Thess. 2,7.] intellexerunt: — *hominum, qui verum per improbitatem* (i. e. *improbe facto* cf. v. 21. *Beza*, *Rosenm.*, *Wahl* Cl. I, 17. al. *ἐν ἀδικίᾳ* enarrant *injuste, improbe*, quod sane eodem redit) *impediant*, scil. quum illud animis non imbibant neque ut vitam regat patiantur cf. v. 21.. Sic *Theophyl.* post *Chrys.*: *ἡ ἀλήθεια ἤτοι ἡ περὶ θεοῦ γνῶσις τοῖς ἀνθρώποις ἐνετέθη ἐξ ἀρχῆς· ταύτην τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν γνῶσιν οἱ Ἕλληνες ἐν ἀδικίᾳ κατέσχον, τουτέστιν ἠδίκησαν τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, εἰδώλοις περιθέντες τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ.* (v. 21—23.) Oecum. *κατεχόντων*] *οἷον — καλυπτόντων, γνώμης πονηρίᾳ ἐπισκοτιζόντων.* Totum vs. ita licet *παραφράζειν*: *nam ita est, ut ira Dei de coelo, Dei sede, in omnem, non modo ab Judaeis, verum etiam gentilibus admissam impietatem et improbitatem eorum hominum palam ingruat, qui quod in rebus div. verum sit improbe facto impediant, quo minus animis exceptum retentumque vitam moderetur.* V. 19. Rationem reddit P. non quidem ultimorum v. 18. v. *τῶν — κατεχόντων* [cf. *Rueckert.*], sed totius sententiae v. 18. h. r.: *ulciscitur Deus hominum, qui verum improbe facto detineant, omnem impietatem et improbitatem* (ergo etiam eam, quam *gentiles* admittant), *et jure quidem* (v. 18.). *Nam habent gentiles Dei scientiam minime obscuram* (*διότι — ἐν αὐτοῖς* v. 19.). *Lachm.*, quum *διότι quoniam* explanaret, v. 18. post *κατεχόντων* virgulam locavit idemque rursus fecit v. 20. (cl. v. 21.) post *ἀναπολογήτους*. Sed utrobique simplicior est eorum ratio, qui a *διότι* novam sententiam ordiuntur, ut *διότι nam* valeat. Et hic quidem id voluerunt glossatores, qui aut *ὅτι τὸ γνωστόν* [E. G. 78.], aut *τὸ γὰρ γνωστόν* [61.] in h. l. inveherent. Scilicet vocula *διότι* nata ex *δι'* et *ὅ,τι* proprie declarat *propter quod*, *quam ob rem*, tum ut sit weßhalb, *ob quam causam*, *cur*, et in interrogatione, ut in exemplo, quod docendi causâ *Ammonius* s. v. *ὅτι* finxit: *ὅτι μὲν ἐκλείπει ἡ σελήνη πάντες ἴσμεν, διότι δὲ, οὐκέτι, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἔμπειροι.*, et extra interrogationem, tum ut pronomine relativo pro demonstrativo posito [cf. Lat. *quam ob rem* = *ob hanc rem*] in periodi initio deßhalb [cf. Lat. *quare*] notet [hujusmodi in l. quoniam *διότι* sensu cum *διό* convenit, librarii *διό* in l. vocis *διότι* sufficiunt; cf. 1 Thess. 2,18.

Digitized by Google

1 Petr. 2,6. varr. lect.], tum ut pro διὰ τοῦτο ὅτι *propter hoc quod*, *quia* [cf. Latin. quod ex asse respondet *eo quod*] Luc. 2,7. 1 Cor. 15,9. al. accipiatur. Praeterea Isocrates passim, seriores scriptores, ut Lucianus, Plutarchus, Diod. Siculus saepenumero voce διότι utuntur, vel *abutuntur* potius, pro ὅτι δαβ; cf. v. c. Diod. Sic. ed. *L. Dind.* l. 3, c. 52. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ, διότι πολλοῖς τῶν ἀναγινωσκόντων ἀήκοος φανεῖται — ἡ περὶ τούτων ἱστορία. cl. 1, 28. 70. 2 Macc. 7,37.. Videtur hic vocis abusus a significatu *quoniam* proficisci. Nam quum διότι ibi poni coeptum esset, ubi et διότι *quoniam* et ὅτι δαβ *ferri* posset [rem illustret l. Judith. 5,1. — ἀνηγγέλη Ὀλοφέρνῃ —, διότι οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ παρεσκεύασαντο εἰς πόλεμον —. ubi διότι *quoniam* certe tolerari potest: *nuntius est ad Holophernem perlatus, eo quod Israelitae bellum pararunt* i. q. *bellici Israelitarum apparatus effecerunt, ut Holophernes nuntium acciperet, quem, nisi illi bellum adornassent, non accepisset.*], postea διότι etiam in iis l. collocatum est, in quibus nullam rationem haberet, sed pro ὅτι scriberetur. Ulterius etiam nostri scriptores progressi διότι sic pro ὅτι usurpant, ut *nam* in enuntiationis principio significet. LXX Jes. 12,2. Tob. 4,6. Act. 18,10.. Cujus rei ratio haec est, quod διότι pro διὰ τοῦτο, ὅτι *eo, quod* sumtum ad *totam*, quae antecederet, sententiam referretur, ut h. l. διότι i. e. διὰ τοῦτο (scil. ἀποκαλύπτεται ὀργὴ θεοῦ — ἐπὶ — κατέχοντων), ὅτι τὸ γνωστὸν κ. τ. λ.. *Eo quod dixi* v. 18., *fit, quod* — i. q. *fit quod dixi: nam* —. Act. 18,10. Διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ —. i. e. διὰ τοῦτο (scil. μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει καὶ μὴ σιωπήσῃς v. 9.) ὅτι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ —. *Eo quod* v. 9. *postulavi fac, quod* — i. q. *fac quod postulavi: nam ego te adjuvo.* τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ] Adjectivum verbale γνωστός, cujus loco Jones et veteres Attici γνωτός dicere maluerunt [cf. *Buttm.* gr. maj. I,461.], ab ἔγνωσμαι (1 Cor. 8,3.) ductum et *notum* declarat [hâc vi in LXX et N. T. ponitur, v. c. Jes. 19,21. Ez. 36,32. Act. 13,38. 28,28.] et *eum qui nosci potest.* Hâc potestate a graecis scriptoribus frequentatur [Arrian. Epict. Diss. 2,20,4. γίνωσκε ὅτι οὐδέν ἐστι γνωστὸν, ἀλλὰ πάντα ἀτέκμαρτα. cf. *Steph.* Thes. e. 11011. sq. ed. Lond.], vv. γνωστός et γνωτός ipso significatu ita distinguere solitis, ut γνωτός *notus* sit [Soph. Oed. T. 58. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι], γνωστός *is qui nosci potest* [cf. *Herm.* ad Soph. Oed. T. 361. ed. 3.]. Unde qui τὸ γνωστὸν τ. θ. *quod de Deo nosci potest* explanaverunt [v. c. *Orig.*, *Theophyl.*, *Erasm.*, *Beza*, *Vatabl.*, *Grot.*, *Wolf.*, *Kopp.*, *Rueckert.* al.], iis non quidem Graecorum usus loquendi adversatur, sed sententiarum continuitas. Sive

Digitized by Google

enim hunc l. sic cum plerisque exponas: *quantum omnino de Deo nosci potest* (i. e. *omnipotentia, sapientia, providentia ceteraeque virtutes Deo, mundi conditori, conservatori et gubernatori pie tribuendae et quas contemplans mundum hominis mens facile agnoscat, quum qualis sit Dei natura per se spectata mens nostra capere nequeat*] *in eorum animis lucet*, sive cum paucis l. sensum ita describas: *quantum de Deo nosci potest* [scil. *sine div. institutione*] *dilucidum est in eorum animis*, notione supervacaneâ in P. disputationem illatâ argumentationem obscures. Nam Paulum, ut Deum *omnium* hominum (etiam *gentilium*) div. veritatem flagitiose impedientium impietatem et improbitatem recte ulscisci (v. 18.) demonstret, satis est v. 19. hoc dicere, luculente gentiles *de Deo scire*, nihil attinet haec cum adjicere: *tantum* illos de Deo scire, *quantum* aut *omnino*, aut *sine div. institutione de eo nosci queat*. [Eodem argumento haec interpretatio infirmatur: *nam quantum de Deo notum est* (scil. sine div. institutione) *sciunt*.] Male illi explicatores, ut *Rueckert.*, suae enarrationis praesidium quaesiverunt in v. v. 20. τὰ ἀόρατα αὐτοῦ. Vere *Syrus*, *Chrys.*, *Theodoret.*, *Luther.*, *Heum.* al. τὸ γνωστὸν τ. Θ. enarrant τὴν γνῶσιν τοῦ θεοῦ, ut sit aut *scientia Dei* (das Wissen von Gott), aut *Dei notitia* (die Kenntniß Gottes). Illud v. τὸ γνωστὸν τ. Θ. per linguae leges valere posse frustra negavit *Rueckertus*. Nam quum τὸ χαῖρον idem polleat quod τὸ χαίρειν s. ἡ χαρά, (non sit *id quod laetatur*,) τὸ λυπούμενον idem valeat, quod τὸ λυπεῖσθαι s. ἡ λύπη, [cf. *Schaef.* ad Dionys. Hal. p. 205.] et, quod magis etiam huc facit, Adjectivum verbale τὸ δυνατόν idem declaret quod τὸ δύνασθαι s. ἡ δύναμις [Rom. 9, 22.], multa autem Adjectiva verbalia in —τός exeuntia vim transitivam habeant, ut ὕποπτος *suspicans* [vide *Porsoni* not. ad Eur. Hec. v. 1125.], in promtu est, voci γνωστός activâ potestate subjectâ τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ esse *posse* τὸ γινώσκειν τὸν θεόν s. τὴν γνῶσιν τ. Θ. *Dei scientiam*. Et legitur voc. hoc significatu Gen. 2, 9., ubi LXX. vocc. עֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע transferunt καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ (scil. ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου ἦν). Haec v. *Koppius*, *Schleusnero* Lex. V. T. II, 36., *Rueckerto* aliisque plaudentibus, corrupta pronuntiavit. Duas enim diversorum hominum interpretationes in iis coaluisse: unam καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι καλὸν καὶ πονηρόν: (cf. Genes. 2, 17. LXX. τὸ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν:) alteram καὶ τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. Posterius quid sibi velit nemo intelligat. Imo sanissima sunt illa v.. Scilicet non cogitavit *Koppius*, inter-

Digitized by Google

pretem, quum — *καὶ τὸ ξύλον τοῦ ἔχειν γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ et arbor, per quam quis haberet scientiam recti et pravi* vertere potuisset, verborum conjugatorum schemate [cf. *γέλωτα γελᾶν* in Soph. Antig. v. 351., Eph. 1, 19. 20. *ἐνεργεῖν τὴν ἐνέργειαν*, et *insanire insaniam* apud Senec. de vitâ beatâ c. 12.] usum, pro *ἔχειν* Substantivi *γνωστόν* potestati compar verbum *εἰδέναι* ponere maluisse h. m.: *et* (erat in medio paradiso) *arbor, per quam quis sciret scientiam recti et pravi.* Restat, ut *τὸ γνωστὸν τ. Θ.* apte h. l. *Dei scientiam* explicari moneam: *nam Dei scientia plana est in eorum animis* (i. q. *γινώσκουσι γὰρ τὸν Θεὸν φανερῶς*): *Deus enim iis eam planam fecit.* Item *τὸ γνωστὸν τ. Θ. Dei notitiam* denotare *potest.* Ut enim *τὸ δεδιός* Thucydidi idem est quod *τὸ δεδιέναι, metus* [cf. *Reisig.* Conject. p. 143.], *τὸ συνειδός* i. q. *τὸ συνειδέναι* s. *ἡ συνείδησις conscientia*, ita, si *γνωστόν* passive pro *noto* sumseris, *τὸ γνωστὸν τ. Θ. notum Dei* Paulus *τὸ γινώσκεσθαι τὸν Θεόν Dei cognitionem* s. *notitiam* recte dixerit h. r.: *nam Dei notitia plana est in eorum animis. Deus enim iis eam planam fecit.* Praefero tamen priorem rationem. *ἐν αὐτοῖς*] *Chr. Fr. Schmidius* explanat *inter eos* [1 Cor. 11, 19.], sed *Pelagius, Beza, Wolf.* al. *in eorum animis* [2 Cor. 5, 11. Rom. 2, 15. Act. 13, 15.] interpretantur. Recte hi; male ille. Perperam enim P. *inter gentiles Dei scientiam haud obscuram esse* h. e. *alios* gentiles de Deo luculente *scire, alios nescire* eo l. pronuntiaret, quo *omnes* gentiles idoneam Dei scientiam habere ei ostendendum esset. Vitiosa est *Lutheri* versio — ist ihnen offenbar. Hoc enim foret *φανερόν ἐστιν αὐτοῖς* (non *ἐν αὐτοῖς*). Neque 1 Cor. 14. 11. *ἐν* redundat [cf. *Rueckert*], sed valet *ἐν ἐμοί meo judicio* [vid. *Win.* gr. p. 177.], ubi quod nonnulli [D. E. F. G.] antecedentis membri invitatu *ἐν* praetermiserunt, eo factum est, quod *ibi ἐμοί* solum eodem quo *ἐν ἐμοί* sensu locari potuisset, ut esset *mihi* i. e. *meo judicio* [cf. *Erfurdt.* ad Soph. Oed. T. v. 40.]. *ὁ γὰρ Θεός*] Ita cum conformatione receptâ *Matthaeius* ed. maj. et min.. Contra *Griesb.* et *Lachm.* ex A. B. D. * E. aliisque libris *ὁ Θεὸς γάρ* dederunt, quod jam *Bengelio* recte placuerat. Nam praeter optimorum Cdd. auctoritatem illud quoque lectionem *ὁ γὰρ Θεός* suspectam reddit, quod voci *γάρ* facili errore ob v. sq. v. 20. *τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ* secundus locus a librariis assignari potuit. *ἐφανέρωσε*] scil. *τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ nam Deus iis sui scientiam planam fecit*, nimirum, ut P. ipse explicat v. 20., eo, quod mundum condidit et homines *τῷ νοΐ* (Rom. 7, 25.) instruxit, ut numinis div. vim gubernationemque, quae oculis cerni nequit, mentis agitatione per-

Digitized by Google

spicerent. V. 20. τὰ ἀόρατα αὐτοῦ] Male multi post *Lutherum* [Gottes unsichtbares Wesen] *Dei naturam quae oculis cerni nequit* explicant opponique eam credunt *rebus a Deo conditis, quae oculis cernuntur.* Sic enim P. τὸ ἀόρατον αὐτοῦ ponere debuerat. Docet Pluralis, esse τὰ ἀόρατα αὐτοῦ *actiones Dei invisibiles* [das unsichtbare Walten Gottes], quae *plurimas* res continent, v. c. quod Deus mundum condidit, quod eum conservat et gubernat, quod generi humano providet [cf. *Theodoret.*]. Non igitur, ut Dei actiones, quae oculorum nostrorum aciem fugiunt, rebus opponeret quas cernimus, illas τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ P. vocavit, sed ut Dei actionum naturam describeret. Scilicet qui Deus mundum fecerit aut quo modo eum moderetur oculis non cernimus; at Deum O. M. fecisse mundum ejusque gubernacula tenere mundum contemplantes mentis acie videmus. Quae si vere disputavimus, eos falli in promtu est, qui v. 19. v. τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ *quod de Deo nosci potest* ob voce. v. 20. τὰ ἀόρατα αὐτοῦ explananda esse dictitarunt. καθορᾶται] Quum v. καθορᾶν Graecis saepe significet ἀκριβῶς ὁρᾶν, *perspicere, accurate* s. *clare videre, intelligere* [Eur. Fragm. inc. CLIII, 5. *Barn.* ἀθανάτου καθορῶν φύσεως κόσμον ἀγήρω. Xen. Mem. 4, 7, 7. τὸ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥαδίως καθορῶσιν, εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν. Cf. etiam vv. κατανοεῖν et καταμανθάνειν, quibuscum καθορᾶν componit Pollux IX, 150. cl. 151.], unde iis καθορατικός est *homo perspicax*, in hunc autem l. ea vis optime quadret (*Dei actiones, quas hominum oculi non vident, mente perspiciuntur* s. *clare intelliguntur*), repudiatâ eorum opinione, qui καθορᾶν h. l. idem esse volunt quod ὁρᾶν, cum *Bezâ* facio, qui vertit *pervidentur.* τὰ ἀόρατα αὐτοῦ καθορᾶται.] Est *Oxymoron*, quod quum non concoxissent librarii Cd. G. gr. et Mt. d. τὰ ἀόρατα in τὰ ὁρατά mutarunt h. s.: *quae de Deo* (mente) *cerni queunt, etiam e rebus creatis mentis acie cernuntur.* Adjecit P. νοούμενα, simul ut explicaret, simul ut mitigaret oxymoron: *quae* (oculis) *cerni nequeunt Dei actiones eo quod mente agitantur* (ergo *mentis*, non oculorum, *acie*) *perspiciuntur per res creatas.* ἀπὸ κτίσεως κόσμου] Haec v. non quidem cum voce. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ [cf. *Wetst.*], sed cum v. καθορᾶται connectenda sunt h. s.: *nam quae oculis cerni nequeunt Dei actiones per res creatas mente perspiciuntur a primis inde mundi initiis*, s. *ex quo Deus mundum condidit.* [Rom. 15, 23.] Id ipsum voluit *Grotius*, quum ἀπὸ κτίσεως κόσμου liberius converteret: *ab initio humani generis.* Cui mire *Ruechert.* hoc objicit, non significare κόσμου voc. *genus humanum.* Contra *Lutherus, Wolf.*,

Digitized by Google

Heum., *Morus* al. ἀπὸ κτίσεως κόσμου explanant *e mundo condito* [Matth. 7,16. 20. 24,32. Aristot. de mundo c. 6. πάσῃ θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται ὁ θεός.]. Haec interpretatio non solum languet, ut vulgo ferunt, quia *bis* idem diceretur (invisibiles Dei actiones *e mundo condito per Dei opera* mente perspiciuntur), neque tantum *contorta* est, quoniam eadem notio diversâ orationis formâ inclusa esset (ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι: quidni enim P. ita hoc pacto dicere maluerit: ἀπὸ κτίσεως κόσμου καὶ τῶν ποιημάτων.?), verum etiam *falsa*. Nam quum κτίσις κόσμου *mundi fundativnem* declaret (i. q. καταβολὴ κόσμου Luc. 11,50.), illam explicationem ἀπὸ s. ἐκ κόσμου pro ἀπὸ κτίσεως κόσμου requirere in propatulo est. θειότης] Quemadmodum ab ἴσος ductum est v. ἡ ἰσότης, sic a θεῖος (non a τὸ θεῖον *numen div.*, ut *Heum.* opinatur), factum est v. ἡ θειότης [cf. *Buttm.* gr. maj. II,324.]. Quare vv. ἡ θεότης et ἡ θειότης utique sic differunt, ut illud *Deitatem*, ut cum Augustino de civ. D. 7,1. loquar, h. e. *statum ejus, qui sit Deus*, τὸ εἶναί τινα θεόν, die Gottheit, [Col. 2,9.; huic v. in gentilium Graecorum libris perraro locus esse potuit; cf. tamen Luc. Icaromen. c. 9.] hoc *divinitatem*, die Göttlichkeit, i. e. *conditionem ejus, qui sit* θεῖος, τὸ εἶναί τινα θεῖον, *div. majestatem* [cf. *Steph.* Thes. c. 4236. ed. Lond.] denotet. Rursus mire *Rueckert.* Deo θειότητα recte vindicari negavit, Paulum aptioris voc. inopiâ adductum θειότητα h. l. scripsisse opinatus. Equidem eodem jure θειότητα Deo tribui arbitror, quo ei δύναμις, μεγαλειότης [Luc. 9,43.] σοφία, ἀφθαρσία ceteraeque virtutes tribuuntur. Nam si Deus O. M. *divinitate* i. e. summâ et plane divinâ vi majestateque destitueretur, *Deus* non esset. Verbis ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης explicationem vocc. τὰ ἀόρατα αὐτοῦ inesse (*invisibiles Dei actiones — mente cernuntur, nempe sempiterna ejus vis et div. majestas*) male vulgo contendunt. Nemo enim unquam τε in epexegesi posuit, ut *nempe* declararet. Praeterea isto consilio sententia debilitatur, quae multo fortior est, si verbis ἥ τε ἀΐδιος — θειότης novum quodpiam idque majus ad v. praecedentia τὰ ἀόρατα αὐτοῦ addi cum *Origene*, *Erasmo*, *Seb. Schmidtio* et *Heumanno* statuas. Et plus esse *sempiternam Dei vim divinamque majestatem* quam *Dei actiones, quae oculis cerni nequeunt* apparet. Ut enim Deum eo modo, quem oculorum acies non consequatur, mundo praesse intellexeris, eo *aeternâ* Deum vi majestateque conspicuum esse nondum es assequutus. Quamquam, P., etiamsi τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ et ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ

Digitized by Google

θειότης nihil differrent, concitato animo loquens et oratorum more orationem amplificans utrumque recte distinxisset. Ceterum absurde sane *Origenes* [cf. *Oecum.*] τὰ ἀόρατα τοῦ θεοῦ *naturas coelestes*, ut angelos, dici perhibuit, abusus l. Col. 1, 16. ἀναπολογήτους] Hoc voc., quod etiam in Dionys. Hal. Ant. Rom. 7, 46. p. 1414. *Reisk.*, Cic. ad Att. 16, 7, 5., Plut. Bruto c. 46. et passim in Polybio reperitur, eum significat, *qui est sine excusatione* i. e. h. l. et 2, 1. vi activâ *qui se defendere non potest.* εἰς — — ἀναπολογήτους] Haec v. apta sunt a καθορᾶται, non ab ἐφανέρωσε v. 19, ut *Griesb.*, *Knapp.*, *Vater.* al. sibi persuaserunt, quum v. 20. v. τὰ γὰρ ἀόρατα — θειότης uncis circumscriberent. At et tanta est eorum v. gravitas, ut in parenthesis solitudinem male conjiciantur, neque illi VV. DD. reputarunt, tam arcto vinculo v. τὰ γὰρ ἀόρατα — θειότης cum antecedentibus vocc. ὁ θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε contineri, ut ab his temere sejungantur. Quod quum *Boehmius* vidisset, vir acutissimus, vocc. v. 19. ὁ θεὸς γὰρ — — — καὶ θειότης v. 20. in parenthesi locatis εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολ. a v. v. 19. διότι τὸ γνωστὸν — — ἐν αὐτοῖς suspendere maluit, quâ re praeter ullam necessitatem turgidam fecit et contortam hujus l. syntaxin. Vocabulis εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολ. alii, ut *Chrys.*, *Beza*, *Beng.* al., *Dei consilium* declarari censent [h. r.: *inde a mundo condito homines* (*moderante Deo* cf. v. v. 19. ὁ θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε) *invisibiles Dei actiones et sempiternam ejus vim majestatemque — mente perspiciunt, ne ullâ uti excusatione possint*], alii, ut *Luther.*, *Calovius* et *Glassius*, *rei eventum* [h. m.: *a mundo inde condito* — — (Deo moderante) *aeterna Dei vis — mente ab hominibus perspicitur, ita ut nihil habeant, quo se defendant*]. Hanc interpretationem veram esse v. 21. ostendit, quum ibi P. in eo subsistat, ut causam afferat, ob quam gentiles sint ἀναπολόγητοι, cui si quod *Bezae* visum est v. 20. enuntiaverat, v. 21. ratio potius reddenda fuisset, cur omnem Deus excusationem gentilibus praecisam voluisset. Totus vs. ita comparatus est: *planam Deus sui scientiam gentilibus fecit* (v. 19.). *Nam quae oculis cerni non possunt Dei actiones ab jactis mundi fundamentis per ea quae Deus condidit mentis acie perspiciuntur et sempiterna ejus vis atque majestas, ita ut gentiles* [scil. quum divinae veritati impedimenta attulerint, cf. v. 18 et 21; male *de Ammon* hujus l. nexu parum perspecto exponit ἀναπολογήτους scil. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως: est enim sententia *generalis.*] *nihil habeant, quo suum de Deo errorem* (Deo cf. v. 18.) *purgent* (v. 20.). Ceterum quod verissime h. l. P. monet, mundi contemplationem eo

Digitized by Google

homines perducere, ut esse Deum O. M., qui summâ potentiâ majestateque insignis omnia et procreaverit et gubernet, rationis vi meditationeque accurate intelligant, alii quoque scriptores fassi sunt et fatentur omnes, qui quantum homines ratione praediti brutis animalibus praestent satis recordentur indignosque se censeant, qui ad bestias mittantur. Cf. Ps. 19,1—5. 92,5—7. Sap. 13,1—5. Aristot. de mundo c. 6. Cic. de Div. II,72,148. Tusc. I,28,70. Sic mentem hominis, quamvis eam non videas, *ut Deum non vides*; tamen, *ut Deum agnoscis ex ejus operibus*, sic ex memoriâ rerum — — vim divinam mentis agnoscito. V. 21. Ratione P. munit ultima v. 20. v. *εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους* h. l.: *nulla est gentilibus excusatio, quam suo de numine div. errori praetexant* (v. 20.) *suntque proinde poenis div. obnoxii* (v. 18.). *Nam quum Deum cognovissent, tamen eum non sunt ut Deum laudibus aut gratâ memoriâ prosequuti* (v. 21.). *γνόντες τὸν θεόν*] *quamquam numen div. norant.* Sane gentiles numen div. cognitum habuerunt. Nam et plana eorum animis inerat Dei scientia (v. 19.) et habere se numinis div. notionem hoc ipso manifestarunt, quod simulacra coluerunt, quâ re esse naturam div. agnoverunt, sed eo peccarunt, quod illam hominum et bestiarum figurâ repraesentari temere opinarentur. Bene schol. Matth. e Cod. Q.. *τὸν θεόν*] *τουτέστι, τί ποτέ ἐστι θεὸς, τί ὀφείλει ὑπολαμβάνεσθαι θεός* (den Begriff, die Idee Gottes). Cf. etiam *Theodoret.* et *Luther.*. Quodsi P. magis perspicue sic scripsisset *Διότι γνόντες τὸ θεῖον* (Act. 17,29.) *οὐχ ὡς τὸν θεὸν ἐδόξασαν αὐτό* —. nemo ab ejus mente facile aberravisset. Nunc *γνόντες* idem valere quod *γνῶναι δυνηθέντες εἴπερ ἠθέλησαν quamvis nosse potuissent, si voluissent* multi sibi inepte persuaserunt [cf. Schol. Matth. cit. *Cramer.*, *Stolz.*, *Flatt.*]. Eodem errore *Rueckert.* *γνόντες*, in quo offendas, tum recte habere observat, quum Paulum Genesin sequutum homines aliquando unum Deum coluisse, sed postea ad Polytheismum delapsos esse statuisse sumas. *ἐδόξασαν*] scil. *αὐτόν*. *Δοξάζειν τινά* non esse *pie aliquem colere* [*Chr. Fr. Schmid.*] patet; declarare potest *aliquem honorare* [LXX Jes. 43,23.], sed quidni *laudibus aliquem celebrare* [Matth. 5,16. Rom. 15,6. 9. al.] hîc quoque enarrare malumus, ita quidem, ut vv. *δοξάζειν* et *εὐχαριστεῖν* cultum Deo tribuendum exhauriant? *ὡς θεόν*] *ut Deum* i. e. ut mundi conditorem (Act. 14,15. 17,24.), gubernatorem (Act. 17,24.) eumque, qui summa in genus humanum beneficia conferat (Act. 14,17. 17,25. 28.). Quocirca P. hoc dicit: quamquam enim Deum norant, tamen eum non laudibus celebrarunt ut summâ majo-

jestate conspicuum mundi conditorem et rectorem, aut gratos se ei praebuerunt ut parenti, a quo summis essent beneficiis ornati, liberalissimo. Quum igitur gentiles de numine div. scirent, sed absonis de eo opinionibus se duci passi non recte id colerent, utique quod in rebus div. verum est *improbe facto* (i. e. rationis aut abusu, aut usu non idoneo) impediverunt (cf. v. 18.). ἠὐχαρίστησαν] scil. αὐτῷ. Formam ηὐχαρίστησαν optimorum Cdd. (ut A. C. D. E.) auctoritate recte reposuerunt *Griesb.*, *Knapp.*, *Lachm.* al. pro εὐχαρίστησαν, quod est in textu recepto. Potuerat P. postquam gentiles justum Deo honorem praestitisse negaverat (διότι γνόντες — ηὐχαρίστησαν), contrariam statim sententiam ita persequi, ut quid illi contra quam decuerat fecissent h. m. diceret: ἀλλ' ἤλλαξαν τὴν δόξαν τ. ἀ. θ. ἐ. ὁ. ἐ. φ. ἀνθρ. κ. τ. λ. cf. v. 23. Sed antea exponere maluit, quâ re effectum esset, ut gentiles simulacra pro Deo venerarentur. Cujus superstitionis causam in eo reponit, quod magnus et qui tempore creverit stupor eorum mentes occupaverit, ut absurda de Deo commenta animis conceperint (v. 21. ἀλλ' ἐματαιώθησαν — — ἐμωράνθησαν v. 22.). ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τ. δ. αὐτῶν] Male *Stolzius* vertit: sondern sie ließen sich durch ihren verkehrten Sinn zum Götzendienst verleiten. Neque enim ματαιοῖσθαι et hebr. הֶבֶל 2 Reg. 17,15. et Jer. 2,5. *idola colere* notat [cf. *Koppius*], sed ibi quoque *stultum fieri* s. *esse* (i. q. μάταιον γίνεσθαι s. εἶναι i. q. hebr. הִסְכִּיל 1 Sam. 26,21. et נִסְכַּל 1 Sam. 13,13.), *inepte agere* significat dicunturque idololatrae ab illis scriptoribus paronomasiae studio הֶבֶל et ματαιωθῆναι i. e. *insanivisse*. Nam idola paullo ante vocarant הֶבֶל et τοὺς ματαίους s. τὰ μάταια. Immo ἐματαιώθησαν est *stulti evaserunt* et οἱ διαλογισμοί simpliciter valent *cogitata* (non *ratiocinationes*, ut *Bezae* placuit), ut voc. h. l. neque cogitatorum *vanitatem* (1 Cor. 3,20.), neque eorum *improbitatem* (cf. hebr. מְחַשְׁבֹת Esth. 8,3.) adsignificet. Id docet membrum parallelum καὶ ἐσκοτίσθη κ. τ. λ., ubi idem nisi quod fortius, exprimitur respondetque ibi τοῖς διαλογισμοῖς non ἡ ἀσύνετος καρδία, sed ἡ καρδία. *Erasmi* explicatio: *frustrati sunt* [Judith. 6,4.] *suis ratiocinationibus* i. e. *longe secus evenisse videbant, quam putarant, quum qui sapientiae laudem consectarentur stulti fierent* (v. 22.) proterea rejicienda est, quod eum qui inter ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐ. τ. δ. ἀ. et καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀ. ἀ. καρδία intercedat nexum tollit alienumque a scriptoris mente inducat, qua v. ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐ. τ. δ. ἀ. cum v. 22. cohaereant. Neque multum lucreris, si hanc *Erasmi* interpretationi correctionem adhibeas, ut explices: *irriti facti sunt in suis cogitatio-*

Digitized by Google

nibus (i. q. *dum cogitarent*) i. e. *frustra meditati sunt*. Unde ἀλλ' ἐμ. ἐ. τ. δ. ἁ. *sed stulti evaserunt in suis cogitatis* idem esse arbitror, quod ἀλλὰ μάταιοι ἐγένοντο οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν *sed hebetata* (s. *obtusa*) *sunt eorum cogitata*. καὶ ἐσκοτ. ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία] Adjectiva ita a Graecis (maxime a poëtis tragicis) usurpari constat, ut *id quod rem consequitur* declarent [vid. *Herm.* ad Vig. p. 897. et meas Dissert. in ep. 2. ad Corinth. II, 159. cl. 2 Cor. 4, 4. Phil. 3, 21. 1 Thess. 3, 13.]. Quo usu in hunc l. translato hic sensus exit: *et tenebris obducta est eorum mens, ut* (offusis tenebris) *absurda esset*. At neque facilis est haec interpretatio et debilem, nisi meus me sensus fallit, sistit sententiam. Certe gentilium mentem caligine offusâ *ineptam* redditam esse sponte intelligebatur. Illud taceo, quod v. ἐσκοτισθη alio interpretem ducit. Nam quum σκοτισθῆναι verbis ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία non sine causâ praepositum esse videatur idque vi suâ plus sit quam ματαιωθῆναι (illud v. *summam*, quâ nihil videas aut intelligas, Eph. 4, 18. Rom. 11, 10., hoc *magnam*, quâ parum assequaris inscitiam infert), Adjectivo ἀσύνετος ad v. superiora ἐματαιώθησαν ἐ. τ. δ. α. relato in vocc. ἀλλ' ἐματαιώθησαν — — καρδία *gradationem* agnosco, quae fortasse neminem praeterisset, si P. ἡ ματαία αὐτῶν καρδία pro ἡ ἀσύνετος ἀ. κ. ponere maluisset: *sed stupor eorum cogitationes occupavit et tenebris obducta est stupida eorum mens* i. q. *sed in summam pedetentim inscitiam delapsi sunt*. V. 22 et 23. Magis h. l. P. ante dicta v. 21. ἀλλ' ἐματαιώθησαν κ. τ. λ. dilucidat, quod eum per Asyndeton recte facere constat [vid. Diss. in 2 ep. ad Cor. II, p. 107. cl. Philem. v. 10.]. Φάσκειν declarat *dictitare*, vorgeben. Adi, si opus, *Buttm.* ausf. gr. Sprachl. I, p. 564. cl. *Wetst.* et *Kypk.* ad h. l.. Hoc significatu etiam Act. 24, 9. (Συνεπέθεντο δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν. — *haec ita habere falso praedicantes*: nam fictis criminibus et quae P. mox diluit vs. 10 sq. Tertullus Apostolum onerarat v. 5. sq.) 25, 19. (— καὶ περί τινος Ἰησοῦ τεθνηκότος, ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν. — *quem P. vivere perhibuit*. Neque enim Jesum mortuum vivere Festus credidit.) legitur, ubi *Wahlius* aliique *affirmare* male explicant. Apoc. 2, 2. vere *Griesb.* λέγοντας reposuit pro φάσκοντας *glossemate*. (Attende ibi ad v. καὶ οὐκ εἰσί.) Quod autem P. haec dicit: *quum se sapientes esse dictitarent stupidi evaserunt* sane paganorum sapientiam obiter perstringit [cf. *Erasm.* et *Rueckert.*] Credibile est, Ap. praestantissimos Graecorum philosophos non legisse, sed cognitos tantum habuisse subrostranos illos clamatores, qui pro

Digitized by Google

suae coetae placitis usque dum esset qui iis aures praeberet argute et ambitiose propugnarent (Act. 17, 18.). Tamen etiamsi in Graecorum philosophiam se abdidisset ipsiusque Platonis aut Aristotelis inventa pertractasset, nisi forte Paulus Paulum exnisset, nihilo minus humanam sapientiam contemsisset, quam contemsit. Quamquam enim P. hanc hominum rationi vim tribuit, ut Deum accurate cognoscceret (v. 19. 20. Act. 17, 27. sq.), tantam tamen esse humanae mentis sagacitatem negavit, ut id eruret, quo perspecto opus esset, ut in sempiternum beārentur h. e. felicitatem iis paratam esse, qui Christo fidem habuissent (cf. ad v. 17.). Cujus rei notitiam quum generi humano unice salutarem censeret eamque ejusmodi esse putaret, ut homines etiamnum lateret, nisi Dei jussu *Christus* eam tempore a Deo praefinito [Gal. 4, 4.], iis aperuisset [1 Cor. 2, 7. sq. Ephes. 1, 9. sq. 2 Tim. 1, 9. sq. Col. 1, 26. Tit. 1, 2. sq. 3, 4. sq.], facere non potuit, quin humanae sapientiae inventa, etiam acutissima et praeclarissima, cum iis rebus collata, quas Deus per Christum hominibus patefecisset, manca et inania pronuntiaret 1 Cor. 1, 17. sq.. Itaque Christi doctrinam, quae Dei arcana recluserit, omnes *verae* (i. e. divinae 1 Cor. 2, 7.) sapientiae thesauros continere affirmat Col. 2, 3., Christum sapientiae hoc nomine dignae (h. e. divinae) auctorem exstitisse ait 1 Cor. 1, 30., *τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ* illa quae homines (Judaei) admirentur ornamenta pretio vincere contendit Phil. 3, 4—8., quam *homines* crepent sapientiam stultam et nugatoriam rem apud Deum haberi 1 Cor. 3, 19. esseque eam speciosam magis quam veram Col. 2, 23, docet, unde dignam eam judicat, quam *τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου* 1 Cor. 2, 6., *τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου* 1 Cor. 1, 20. et *τὴν σαρκικὴν σοφίαν* 2 Cor. 1, 12. contemtim nuncupet. Neque paganorum solum sapientiam spernit, verum etiam Judaeorum philosophica, sive theologica potius, inventa Col. 2, 8. 17.. Noli mirari. Nam quum *hominum νοῦς* rem longe gravissimam, in quâ sit humanae felicitatis causa, Paulo auctore assequi nequeat (cf. supra) sitque ille, priusquam ei div. institutionis lux affulserit, *σαρκικός* Col. 2, 18., ne Judaeis quidem veram sapientiam tribuere potest. Quin sunt eorum inventa Paulo judice *ἐντολαὶ ἀνθρώπων*, quum *Dei* mandata reverentiâ unice digna judicet, sunt futilia commenta Tit. 1, 14., speciosa illa quidem Col. 2, 23. et primis, in quibus sacra Judaeorum disciplina haeserit, elementis apta Col. 2, 8., sed umbrae tamen ac fumo comparanda, quoniam Christi doctrina solida res sit et vera Col. 2, 8. 17.. V. 23. arctissime cohaeret cum v. 22.. Exponit enim P., quo gen-

Digitized by Google

tiles stupiditas detulerit: — *stupidi evaserunt* (v. 22.) *et* (pro suo stupore) *aeterni neque mutabilis Dei majestatem mortalis hominis imagine permutarunt* (v. 23.); ut perverse *Beza*, *Heum.* al. καί pro γάρ locatum esse perhibuerint. Quum Graeci ἀλλάσσειν τί τινος et ἀλλ. τι ἀντί τινος [Eur. Alcest. v. 670. *Herm.*] dicere soleant, P. ἀλλάσσειν τι ἔν τινι et v. 25. μεταλλάσσειν τι ἔν τινι ad similitudinem formulae hebr. חִמִּיר בְּ Levit. 27, 10. Ps. 106, 20. Jer. 2, 11. Hos. 4, 7. struere jam dudum monuerunt interpretes. Sed hâc observatione constructionis ratio et vis non enucleatur. Scilicet ἀλλάσσειν (μεταλλάσσειν) τι ἔν τινι, quemadmodum חִמִּיר בְּ, declarat *permutare rem per rem* h. e. *eo, quod pro re quam missam facias aliam rem sumas* i. q. ἀλλάσσειν τί τινι LXX Exod. 13, 13. Levit. 27, 10.. Prorsus eadem Romanorum loquutionis *permutare rem re* natura et notio est. Ἠλλάξαντο (i. e. *sibi s. suâ in causâ permutarunt*), quod 4. 49. 76. Mt. g. *K.* paucique alii pro ἤλλαξαν tenent, irrepsit ex LXX Ps. 106, 20.. Ἡ δόξα τοῦ θεοῦ h. l. *Dei majestatem* (Eph. 3, 16.) notat, non, ut *Elsnerus* sibi persuasit, illum lucis splendorem, quo Deum simplex antiquitas, quae omnem concretionem mortalem ab eo segregare nondum didicisset, quasi tenuissimo et aptissimo corpore circumdedit (Luc. 2, 9.; hebraice vocatur כְּבוֹד יְהוָה Exod. 33, 18., talmudice שְׁכִינָא v. *Buxt.* Lex. talm. p. 2394.). Id enim h. l. P. dolere par est, quod gentiles summae majestatis Deum, quem nulla figura exprimat, in hominum animaliumque species effinxerint, non eum de hoc conqueri decet, quod gentiles in *div. splendoris* locum hominum bestiarumque imagines substituerint. Quare *Elsnerus* languidam et paene ineptam P. obtrusit sententiam. ἀφθάρτου] Quum voc. ἄφθαρτος *qui non perit* 1 Tim. 1, 17. suâ vi gravius sit, quam αἰώνιος (eo enim, quod ἄφθαρτος suâ negatione nos eorum admonet *qui pereant*, sempiterni notionem quasi ob oculos ponit facitque, ut ejus vim plane persentiscamus), tum h. l., ubi τῷ ἀφθάρτῳ θεῷ diserte opponitur φθαρτὸς ἄνθρωπος cf. 1 Cor. 9, 25.. Ὁμοίωμα εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου h. e. *similitudinem, quae in hominis mortalis imagine inest* (est enim in imagine similitudo ejus, quem repraesentat) poëtarum, oratorum eorumque ubertate P. posuit; quorum animi concitatio major est, dictio nervosior. Vid. Eph. 1, 19. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ *pro efficacitate potentiae, quâ pollet ejus vis.* (cl. 6, 10.) 2 Thess. 2, 8. — τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ *eo quod in conspectum dabit suam praesentiam*, durch die Erscheinung seiner Gegenwart. Ex alio genere est Luc. 1, 78. σπλάγχνα ἐλέους et Col. 3, 12.

Digitized by Google

σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ h. e. *animus amoris*, Sinn, Herz der Liebe. — E volucribus *ibim* [Cic. de N. D. I, 29. 82. Philo II, 570. ed. Mang.], e quadrupedibus *bovem* (Apim), *felem* al. [cf. Cic. l. c. Philo II, 566.], e reptilibus *venenatos serpentes* (Philo II, 570.] Aegyptii consecraverunt. Vide omnino *Grot.* et *Wetst.*. Ut erectioris ingenii gentiles haec numinum simulacra non nisi virtutum, quibus numina excellere putarent, signa et notas credidisse facile concedas, plebs tamen numinum imagines cum numinibus confudit permutavitque, ut P. ait, Dei qui non perit majestatem eâ similitudine, quam hominis qui perit tum volucrium, quadrupedum et reptilium imagines exprimerent. Sapienter igitur Moses huic superstitioni obviam ivit Exod. 20, 4.. V. 24. et 25. διὸ καί] Hoc καί, quod *etiam* valet, sententiam, in quâ positum est, ex antecedente sententiâ necessario consequi indicat ut *Beza* pulchre perspexit [cf. Luc. 1, 35. Act. 10, 29. Hebr. 13, 12. 2 Thess. 1, 11.]. Particulae vim bene latine sic exprimas: *hinc nimirum eos Deus impuritati tradidit* i. e. *quum gentiles Dei majestatem hominum bestiarumque imaginibus temere permutassent, fieri non potuit, quin eos Deus puniturus impurae vitae tradceret.* Omittunt καί A. B. C. 17. 31. 47. 76. Arm. Vulg. Or. Damasc. Aug. Ambrosiast. Pelag.! (non Syrus, ut vulgo perhibent; is enim pro eâ, quâ uti solet, in convertendo libertate hoc καί praetermittere solet; cf. eum Luc. 1, 35. et cett. l. cit.). Quare *Mill.* Prol. §. 1247. et *Griesb.* adulterinum judicarunt, *Lachm.* delevit. Mihi quoque in majore subsidiorum criticorum consensu suspectum videretur, ut e vs. 23., ubi ter legitur, a scribis facili errore in hunc. l. illatum. Nunc vocem *genuinam* censeo, tum quod h. l. *aptissima* est, tum quod iteratum v. 23. καί eo valere potuit, ut a somniantibus librariis omitteretur, nisi quis forte correctores v. 26. et 2, 1. contuitos de industriâ voculam obliterasse statuere malit. παρέδωκεν] *Theodoret.*: τὸ παρέδωκεν ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε τέθεικε (P.). Eadem plerorumque interpretum opinio est, P. hoc dicere: *permisisse Deum, ut gentiles spurci fierent et impuri* arbitratorum. A quibus *Koppius*, *Boehmius* et *Rueckert.* sua consilia recte separaverunt. Primum enim παραδιδόναι τινά τινι (2 Petr. 2, 4.) et παραδιδόναι τινὰ εἴς τι (LXX 2 Par. 32, 11.) *tradere aliquem alicui rei* declarans, non *permittentis* est, ut aliquis in rei potestatem veniat, sed *id agentis*, ut aliquem alicui rei dedat. Deinde sententiarum continuitas flagitat, ut sic enarretur: *fecit Deus, ut spurci fierent.* Nam v. 24. cum v. 23. hoc vinculo continetur: *quum gentiles Dei majestatem suis ineptiis violassent*

Digitized by Google

(v. 23.) *jure meritoque Deus iis poenam irrogavit* (v. 24.). Versus autem 24. cum vs. 25. haec ratio est: *jure Deus male in gentiles consuluit* (v. 24.), *quum ipsi in Deum debito honore ei detracto male consuluissent* (v. 25.). Postremo quod nos cogitatione distinguimus *immittere aliquid Deum* et *permittere eum ut aliquid fiat* P. et tota antiquitas confundunt, quum utrumque promiscue commemorent, ita quidem, ut raro de Dei permissu loquantur [Act. 14, 16.], saepe ibi Deum aliquid *effecisse* contendant, ubi nos Dei majestati consulturi rem sic animis informamus, *non intercessisse* Deum, quo minus aliquid fieret vid. v. 26, 28. 2 Thess. 2, 11. Act. 7, 42. Joh. 12, 40. Sirac. 4, 19. Ps. 81, 13. Jes. 63, 17. al.. Cujusmodi l. θεοπρεπῶς ut cum ipsis loquar, i. e. *de Dei permissu*, quam linguae legibus congruenter interpretari olim maluerunt N. T. explicatores [cf. *Chr. Fr. Schmid.*], falsâ illi relligione ducti. Dummodo enim *sanctum* Deum animo conceperis, qualem P. certe veneratus est, nihil ad rem facit, utrum *permittere* Deum, ut homines improbe vel sentiant vel agant cum nostris hominibus existimes, an *facere* eum, ut hominum consilia pervertantur moresque corrumpantur, simplicem antiquitatem sequutus arbitreris. Scilicet illi, qui Deum rebus humanis *ipsum* interponere non soleant, legibus aeternum valituris et quibus nemo solvatur mundum a Deo gubernari censent, tametsi quae illarum legum vi singula accidant eatenus Deum effecisse minime negent, quatenus is illas leges dederit. Contra veteres numen div. *ipsum* mundo praeficere soliti, singulas Deum res ipsum exsequi animis sibi informarunt. Hoc ad nostrum l. transferam. Nostri igitur homines, quum hanc Deum legem in sempiternum sanxisse existiment, ut suscepti de numine div. errores, in magno praesertim cupiditatum ardore, improbe facta gignant, sic loquantur: quoniam gentiles in gravissimos de numine div. errores se induci passi sunt (v. 22. 23.) *permisit* Deus, qui illam suam legem aeternum valituram ne tum quidem tolleret, ut quum cupiditatibus flagrarent impure viverent (v. 24.). At P. ex antiquitatis ingenio sic rem animo concepit: quia caeci erant in rebus div. suâ culpâ gentiles (v. 22. 23.), *tradidit* eos Deus, cupiditatibus ardentes, impurae vitae (v. 24.), qui *nunquam non* efficiat, ut ex illis erroribus morum impuritas consequatur. Quamobrem P. verba neque hominum libertatem tollunt, neque Deum peccatorum satorem faciunt neque impio *decreti absoluti* i. e. ferrei, quod Deus minime sanctus regat, fati commento favent [cf. *Calvin.* et *Bezae* ad h. l.]. Sed quum P. id ipsum dicat, quod nos re aliter animo concepta ita

Digitized by Google

enuntiamus, ut Dei *permissum* statuamus (documento sit, quod P. Eph. 4, 19. gentiles in impuritatem *ipsos* ruisse affirmat), dissidium in hoc uno cernitur, quod alio modo nos, alio veteres Deum mundum gubernare censent. Nos enim Deum *per aeternas suas leges* (ergo *mediate*) mundum moderari existimamus, veteres Deum semper *ipsum* (ergo *immediate*) mundum gubernare putarunt. Verum enim vero, si Deum *sanctitate detractâ* imperiosum, partium studiosum, libidinosum denique improbum tyrannum esse opinatus, eum hominibus errorem objicere, mentem auferre eorumque mores pervertere dicas, hominem potentissimi et mali domini ludibrium facias atque honestatis et studium delens et sensum omnem exstinguas. Sic Graeci atque Romani Deos, si quos homines adversâ fortunâ affligere voluissent, sanam iis mentem adimere [Vellej. Paterc. 2, 118. Quippe ita se res habet, ut plerumque fortunam mutaturus Deus consilia corrumpat efficiatque, quod miserrimum est, ut quod accidit id etiam merito accidisse videatur et casus in culpam transeat. vid. *Ruhnken.* ad 2, 57.] sibi persuaserunt, unde mediocres errores ab suâ secordiâ profisisci, quae nimis stulta viderentur consiliâ a Deo per invidiam suppeditari putarunt. Cf. Hom. Il. VI, 234. ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Neque aliter veteres Hebraei Jehovam partium studio suaeque gentis amore Israelitarum hostibus omnem animi aciem praestrinxisse, ut eos perderet, opinati sunt [cf. v. c. Jos. 11, 20.]. — Perperam *Beza* v. ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τ. κ. ἀ. cum v. παρέδωκε arcte consociavit, ut ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις idem quod ταῖς ἐπιθυμίαις esse crederet: *tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem.* Non aliâ enim ratione hanc vv. juncturam defendas, nisi ut antestatus hebr. נָתַן בְּיַד, παραδιδόναι τινὰ ἐν χειρί τινος (Jud. 2, 14. Jes. 36, 15. 1 Macc. 5, 50. al.) attractionem admittas: *ita tradidit eos Deus cupiditatibus, ut iniis essent* i. e. *ut cuperent.* Sed ne id incommodi ex hâc constructione nasci dicam, quod v. διὸ καὶ παρέδωκεν — τῶν καρδιῶν αὐτῶν duplici epexegesi illustrarentur: *fecit Deus, ut in suis cupiditatibus haererent, ita ut impuri fierent* (εἰς ἀκαθαρσίαν), *ita ut eorum corpora polluerentur* (τοῦ ἀτιμάζεσθαι κ. τ. λ.), *Bezae* consilium versu 26. (παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θ. εἰς πάθη ἀτιμίας) et v. 28. (παρ. ἀ. ὁ θ. εἰς ἀδόκιμον νοῦν) plane evertitur, ex quibus P. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θ. εἰς ἀκαθαρσίαν (*tradidit eos D. impuritati*; cf. LXX Jes. 34, 2. 2 Par. 32, 11.) junxisse apparet. ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τ. καρδιῶν αὐτῶν] i. e. bei den Begierden ihrer Herzen, *quum cupiditates animis concepissent.* Cf. v. 27. ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν. Sen-

Digitized by Google

tentia: quod Deus gentilium ineptias puniturus spurcae eos vitae tradidit, ipsorum culpâ factum est. Cupiditates enim animis aluerunt. Ut ἐν sexcenties valeat *per*, hîc tamen *per eorum cupiditates* cum *Boehmio* al. interpretari nolim propter sententiam. Nam hoc pacto P. aut hoc diceret: *tradidit D. gentiles per animorum cupiditates* (h. e. eo, quod appetitus in eorum animis ipse accenderet) *vitae impurae*, aut hoc enuntiaret: *tradidit eos D. per animorum cupiditates* (i. e. eo, quod eorum cupiditatibus ad eorum mores pervertendos sollerter uteretur) *spurcae vitae*; quorum neutrum P. affirmare voluisse credo. Ἀκαθαρσίας voc. h. l. non quae improbe agendo sed quae *flagitiis Venereis* [Gal. 5, 19.] concipiatur, impuritatem denotare apertum est e v. sq. τοῦ ἀτιμάζεσθαι κ. τ. λ. et v. 26. 27.. *Rueckert.* τοῦ ἀτιμάζεσθαι κ τ. λ. *de consilio* explicat h. r.: *tradidit eos Deus spurcae vitae eo fine, ut eorum corpora polluerentur invicem* scil. sicut ipsi *Deum* polluerant (v. 22. 23.). Quam sententiam olim probatam nunc improbo. Nam Deum gentiles, *ut eorum ineptias* v. 22. 23. *poenis afficeret*, impuritati tradidisse satis jam verbis διὸ καί significatum esse ne commemorem, v. v. 28. ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα vocabulis τοῦ ἀτιμάζεσθαι κ. τ. λ. ante dictorum explicationem contineri ostendunt. Sed quod *Winer.* gr. p. 270. v. τοῦ ἀτιμάζεσθαι ita ex εἰς ἀκαθαρσίαν apta voluit, ut vocc. εἰς ἀκαθαρσίαν τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς *in unam notionem* cogeret: *permisit eos — ei quae in hoc verteretur ut eorum corpora invicem contaminarentur impuritati* contorte fecit. Cohaerent sane v. τοῦ ἀτιμάζεσθαι cum vocc. εἰς ἀκαθαρσίαν, sed *laxiore* vinculo. Sunt enim illa his explicationis causâ obiter adjecta. Quocirca virgulâ post ἀκαθαρσίαν collocatâ ante τοῦ mente repete ἀκαθαρσίαν h. r.: *tradidit eos D. impuritati, impuritati, inquam, quâ eorum corpora contaminarentur* i. q. — εἰς ἀκαθαρσίαν, ἤ ἐστι τοῦ ἀτιμάζεσθαι (s. ἐν τῷ ἀτιμάζεσθαι) τὰ σώματα αὐτῶν —. Similis est l. Thucyd. 7, 42., quo *Win.* in suam rem utitur: Καὶ τοῖς μὲν Συρακοσίοις — κατάπληξις ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ὀλίγη ἐγένετο, εἰ πέρας μηδὲν ἔσται σφίσι, τοῦ ἀπαλλαγῆναι τοῦ κινδύνου —. (— *finis, ejusmodi, quo liberarentur periculo*). Hujusmodi in l. qui τοῦ pro ὥστε positum dicunt, dolant grammaticam neque Genitivo ubique rationem, quam scriptores vel in promtu habuerint vel saltem obscure senserint, idoneam subesse cogitarunt. Male plerique explicatores ἀτιμάζεσθαι Medium esse rati τὰ σώματα αὐτῶν scripserunt: — *impuritati, quâ sua corpora polluerent.* Nusquam enim ἀτιμάζεσθαι *Medium* legitur. Quin ἀτιμάζεσθαι *Pas-*

Digitized by Google

sivum est [vid. *Beza*, *Kopp.*, *Boehm.* et *Rueck.* cl. Sirac. 8, 4. 11,6. 22,5. LXX Ez. 36,3. Act. 5,41. al.] legendumque τὰ σώματα αὐτῶν: — *impuritati*, *quâ eorum corpora contaminarentur*. ἐν ἑαυτοῖς] i. q. ἐν ἀλλήλοις *invicem* (Ambros. *inter semetipsos*) scil. quum stupra paterentur feminae a feminis, mares facerent cum maribus v. 26. 27.. Ἐν αὐτοῖς (*inter ipsos*), quod A. D*. 31. 57. 73. al. offerre dicuntur a *Lachmanno* receptum nihil est nisi ἐν αὐτοῖς, fortasse a. P. ipso profectum. — Gentiles Dei poenam (v. 24.) suâ impietate commeruisse P. v. 25. observat. Nam Pronomen ὅστις rationi reddendae inservit [cf. Herm. ad Soph. Oed. T. ed. III. praef. XIII.] h. m.: *propterea nimirum Deus eos — tradidit impuritati —*, *tales homines qui permutassent* etc. (i. q. propterea — — eos tradidit impuritati —, nempe idcirco, *quoniam* permutarant etc.). μετήλλαξαν τ. ἀ. τ. θ. ἐν τῷ ψεύδει] *Limborch.*, *Beng.* al. τὴν ἀλήθειαν τ. θ. *veritatem*, *quae ad Deum pertineat* i. e. *veram Dei cognitionem* (die religiöse Wahrheit: in universum), τὸ ψεῦδος *vana de Deo commenta* h. e. *superstitionem* (den religiösen Irrthum: in genere) explanant, contra *Wolf.* τὴν ἀλ. τ. θ. *veritatem Dei* i. e. veritatem, quam Deus ipse gentilibus manifestavit (v. 19.), τὸ ψεῦδος *male sanas eorum de Deo opiniones* enarrat. Utra sententia ad veritatem esset propensior cum fructu disputaretur, nisi eorum interpretatio unice vera esset, qui per Abstractum pro Concreto τὴν ἀλήθειαν τ. θ. i. q. τὸν ἀληθινὸν θεόν (1 Thess. 1,9. *verum* Deum) et τὸ ψεῦδος i. q. τοὺς ψευδεῖς (s. ψευδωνύμους) θεούς *falsos Deos*, qui nulli sunt sed esse temere creduntur [cf. hebr. שֶׁקֶר Jes. 44,20. Jer. 13,25. *numen quod divinitatem mentitur*, *Deus imaginarius* et chald. אֲגָגָא *error*, i. e. *idolum*, ita dictum sive quod opinionis errore nitatur, sive quod ejus reverentia in errores inducat: cf. *Buxt.* Lex. talm. p. 894.] valere existimarunt, ut *Grot.*, *Kopp.*, *Flatt.*. Hanc enim explicationem et v. 23. v. τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ i. e. τὸν ἐν δόξῃ ὄντα καὶ ἄφθαρτον θεόν (majestate conspicuum et aeternum Deum) corroborant tum hoc commendat, quod P. per totum hunc l. v. 18. sq. primam malorum, quibus gentiles laborarint, labem illud ponit, quod a vero Deo ad fictitia numina defecerint. Rei indignitate motus quidnam gentiles vero Deo cum imaginariis numinibus commutato deliquerint exaggerat v. sq. καὶ ἐσεβάσθησαν κ. τ. ἑ.. ἐσεβάσθησαν] scil. τὴν κτίσιν *venerati sunt animo res creatas*. ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει] *coluerunt res creatas ritibus*, v. c. sacrificiis. Ita recte *Theophyl.*, *Limborch.*, *Beng.*, *Chr. Fr. Schmid* al.. Quorum enarratio et verbis apta est et sententiae satisfacit. Etenim *ce-*

Digitized by Google

βάζεσθαί τινα (s. τι) quum proprie notaret σέβας ἡγεῖσθαί τινα (s. τι) talem aliquem (tale aliquid) ducere, qui (quod) tibi colendus (colendum) sit, jemanden (etwas) als Gegenstand der Verehrung betrachten, seriores scriptores pro σέβεσθαί τινα s. τι aliquem (aliquid) pie venerari (cf. εὐσέβεια animi pietas) usurparunt. Vide Steph. Thes. ed. Lond. p. 8280., ubi e Gennadio affertur ἡ ἄλλη πᾶσα οἰκουμένη ἐσεβάζετο τὰ πίσματα τοῦ θεοῦ et Schleusn. Lex. II, 858, qui citat Aq. Hos. 10, 5. ἐσεβάσθησαν. (Hesychius quum nostrum ἐσεβάσθησαν exponeret σεβάσματι προσεκύνησαν non accurate fecit, sed verbi in loco, ubi de idololatris agi cerneret, positi sensum utcunque reddidit.) Esse autem λατρεύειν passim numen sacrificiis venerari (Hebr. 9, 9. cf. hebr. עבד Exod. 10, 26.) nemo ignorat. Ita v. σεβάζεσθαι et λατρεύειν juncta cultus divini notionem absolvant, ut apta haec sententia nascatur: animo et sacrificiis res creatas gentiles venerati sunt. παρὰ τὸν κτίσαντα] Chemnitius apud Wolfium: praeter conditorem [cf. 1 Cor. 3, 11. et Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 51.]. Quasi vero gentiles simul conditorem, simul res conditas coluerint, in conditoris locum res creatas suffecerint (cf. v. 23. et 25.). Luther., Grot. multique alii prae conditore (cf. Luc. 13, 2. 4. Plat. Apol. S. p. 28. C. Ἀχιλλεὺς τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι, ὥστε —.) explanant h. s.: venerati sunt — res conditas potius, quam conditorem. Cui interpretationi quod Beza, Boehm. al. objecerunt, gentilium pietatem rebus conditis primas partes, conditori secundas dedisse a P. dici non posse idcirco, quia Deo nullum plane cultum illi tribuerint, vereor, ne argutius quam verius dictum sit. Certe gentiles quum simulacra adorarent non lapidem aut truncum vilemque materiam, ex quā simulacra conflata essent, sed augustiorem illam naturam, quae mundi rectrix aut simulacris repraesentaretur aut iis inesset, venerari sibi visi sunt h. e. τὸ θεῖον. Non placet, quod Rueck., ut Bezae objectioni occurreret, dixit, loqui P. h. l. de inchoato, non de perfecto Polytheismo. Quid tum, opinor, absolutus est, quum Dii coluntur pro Deo. Ac de perfecto Polytheismo hic agi ex eo apparet, quod non auctam gentilium de numine divino superstitionem P. deinceps memorat, sed de eorum flagitiis et sceleribus ex Polytheismo natis conqueritur v. 26 — 32.. Cf. etiam v. 21 — 23., ubi P. se de extremâ gentilium stoliditate exponere perspicue indicat. Hoc unum Lutheri explicationem evertit, quod proxime sequens doxologia verbis καὶ ἐσεβάσθησαν — — τὸν κτίσαντα gravem et quae pio Dei cultori indignationem moveat sententiam subesse ostendit. At haec

Digitized by Google

sententia: *gentiles, quum simulacra colerent, rectius dicas res creatas veneratos, quum conditorem* tranquilli viri est, non concitati, qui vocis suae pondere commotus in Dei laudes erumpat. Fortem, quâ opus est, sententiam *Hilarii* de trinit. c. 12., *Bezae*, *Justiniani*, *Heum.* al. enarratio gignit: *supra creatorem* i. e. *praeterito creatore*. Verum enim vero ut παρά cum Accus. sit *praeter*, vorbei, et *ultra*, *supra*, darüberhinaus, nemo tamen graece dixit σεβεσθαι τινα παρά τινα, σέβεσθαι τινι παρά τινα et similia *benefacere alicui*, *venerari aliquem praeterito alio*. Immo valet παρὰ τὸν κτίσαντα *contra creatorem* (sic *Kopp.* et *Boehm.*; contrarium exprimit κατά cum Accus. 2 Cor. 7, 9.), sie dienten dem Geschöpfe gegen den Schöpfer, h. e. tantum abfuit, ut res conditae conditoris admirationem reverentiamque iis injicerent (v. 20.), ut cultu rebus creatis tributo injuriam facerent conditori. Scripsit P. παρὰ τὸν κτίσαντα, non κατὰ τοῦ κτίσαντος, quoniam gentiles non cogitate aut de industriâ verum Deum oppugnarant, sed per ingenii vanitatem Deos mente complexi erant pro Deo (cf. v. 21.). ὅς ἐστιν — ἀμήν] Similes doxologias vide Gen. 9, 26. 14, 20. 24, 27. Rom. 9, 5. Gal. 1, 5.. *Chrys.*, *Theophyl.* al. eo P. doxologiam addidisse putant, ut Dei majestatem salvam mansisse neque eum a gentilibus imminutam esse declararet. Scilicet εὐλογητός explicuerunt *celebratus*: *qui in secula est celebratus* i. q. qui numquam non celebrabitur. Ita P. pro animi sui commotione satis jejune haec diceret: — *venerati sunt gentiles res creatas contra conditorem, cui tamen, quum eum numquam non homines celebraturi sint, nihil detrimenti importarunt nullamque maculam adsperserunt.* Immo est εὐλογητός *celebrandus*, preiswürdig, fecitque gravis atque ineptae a gentilibus Deo illatae injuriae sensus, ut quantopere eam detestaretur P. doxologiâ declararet: — *et coluerunt animis et sacrificiis res conditas contra conditorem, qui* (o rem illam absurdam atque indignam!) *in sempiternum celebrandus est*; ut gentiles foedum facinus commisisse manifestum sit. V. 26. et 27. διὰ τοῦτο] scil. ὅτι ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα v. 25.. Cf. Schol. Matth. e Cd. Q.. Sane P. v. 26. 27. superius dicta v. 24. magis illustrat, quia quae antea monuerat non sufficere ei videbantur. Nihilominus versu 26. sic ad v. 24. redit, ut v. 26. cum v. 25. arcte copulet. Qui v. 25. *parentheticum* rati διὰ τοῦτο v. 26., sicut διὸ καί v. 24., ex v. 23. aptum voluerunt (v. c. Flatt.), ii vs. 25. vim gravitatemque non satis percepisse existimandi sunt. πάθη] *affectus*, Col. 3, 5.. Cicero de Off. 2, 5, 18. interpretatur *motus animi turbatos*. πάθη ἀτιμίας] *affectus*

ignominiae, l. e. *dedecus afferentes*, i. q. *πάθη ἀτιμάζοντα*, *affectus probrosi*, *ignominiosi*. Sensus: *Quia gentiles res conditas coluerunt contra conditorem* (v. 25.) *idcirco eos Deus probrosarum libidinum mancipia fecit.* Verum est enim, quod proverbio increbruit: *mala mens, malus animus.* Cf. not. ad v. 24.. *αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν*] *nam et quae inter eos vivunt feminae. Grotius*: „*Incipit a feminis quas maxime pudor decet, etiam circa naturales voluptates.*" Quin propterea P. feminas maribus praeposuit, quod illarum dedecus paucis verbis et obiter, horum flagitium pluribus v. et acerbius perstringere decreverat. (cf. ad v. 27.). Ceterum utrumque *sexum* h. l. distinguit, *ταῖς θηλείαις* (feminis) opponens *τοὺς ἄρσενας* (mares). In eo est enim, ut *feminam cum femina, marem cum mare* coisse doleat. *Μεταλλάσσειν τι εἴς τι* significat *permutando rem in aliam rem convertere. τὴν φυσικὴν χρῆσιν*] His v. a librariis Cd. 2. 49. *τῆς θηλείας* e v. 27. temere assuitur. Neque rectius *Beng. ἑαυτῶν* (*usum sui*) mente addit. Nam *τοῦ ἄρσενος* supplendum esse res docet: *feminae naturalem maris usum in usum naturae repugnantem converterunt*, quum feminam pro viro paterentur. [Voc. *χρῆσις* h. l. per euphemismum de *coitu* positum est. Vide formulam *χρῆσθαι γυναικί* Herodot. 2, 181. et *repetere usum prioris mariti* Suet. Calig. c. 25. cl. *Wetst.* et *Raphael.* ex Herod. ad h. l.]. Hoc Veneris genus quae *τῷ ὀλίσβῳ* (*τῇ σκυτίνῃ ἐπικουρίᾳ* Aristoph. Lysistr. v. 109. *Bekk.*; cf. etiam *Venerem pupparium* apud *Schoettgenium* ad h. l.) in suum sexum exercebant, *τριβάδες* (*fricatrices* cf. Tertull. de resurr. p. 36.) et *ἑταιρίστριαι* (Lucian. Dial. mer. 5, 2.) vocabantur dicitque eas, quum virorum opus obirent, Lucian. Amor. c. 19. *παρὰ φύσιν ἀῤῥενοῦσθαι*, Clemens Alex. Paed. 3, 3. *ἀνδρίζεσθαι παρὰ φύσιν.* Lesbides maxime huic prodigiosae Veneri indulsisse perhibentur (cf. Lucian. Dial. mer. 5, 2. et Ovid. Her. ep. 15, 201., ubi Sappho: *Lesbides, infamem quae me fecistis amatae*). *εἰς τὴν παρὰ φύσιν*] Voc. *χρῆσιν*, quod mente addendum est, nonnulli glossatores [ut G. Vulg.] adsperserunt. Quod autem D. a p. m. — *μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν κτίσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν χρῆσιν* habet, de eo sic existimandum est. Aut *κτίσιν* per Itacismum pro *κτῆσιν* ibi scriptum est [certe *χρῆσις* et *κτῆσις*, quae v. Graeci saepe conjungant (cf. *Wetst.*) facile confundebantur] h. s.: *quod naturale habebant, τὸ αἰδοῖον* puta, *eo usae sunt contra naturam*, aut interpolator v. *κτίσιν*, fortasse e v. 25. arreptum, hâc vi posuit: *quod natura praescripsit opus, rem pervertentes, eo modo fecerunt, qui naturae repugnaret.* V. 27. *ὁμοίως τε καί*] Ita conformatio

recepta. Quam scripturam si genuinam esse crederem, τέ post ὁμοίως pro copulâ haberem et v. 26. et 27. anacolutho affectos dicerem: *nam tum* (sowohl) *eorum feminae naturalem maris usum verterunt in usum naturae repugnantem* (v. 26.) *et similiter etiam* (und auf gleiche Weise sind auch die Männer entbrannt) *mares — exarserunt* (v. 27.). Nam si posterius τέ ad prius sic referas, ut τέ — τέ sit *tum — tum*, sowohl — als auch (cf. Act. 17, 4. 26, 16. et *Matthiae* auct. gr. Gr. p. 1276.: *nam tum eorum feminae flagitium quo naturae legem perverterent commiserunt, tum similiter ipsi mares exarserunt* —. denn sowohl ihre Frauen haben sich unnatürlicher Wollust ergeben, als auch auf gleiche Weise sogar die Männer — entbrannt sind —.) quod mares adeo libidine exarserint P. mirabitur. At et est et semper fuit horum major, quam feminarum libido exstiteruntque multo plures drauci, quam tribades. Quod autem P. diutius in eo quod mares quam quod feminae facerent Veneris portento moratur, in causâ est tum pudor Apostoli (minore enim verecundiâ vir virorum, quam feminarum lasciviam describere solet), tum illud, quod παιδεραστίας probrum ad *permultos* gentiles pertinuit. Ὁμοίως δὲ καί praebent A. D* G. 4. 17. 21. 31. 45. 47. Mt. 3. 8. 9. al., quod *Griesb.* probavit *Lachm.* recepit. Cui me adjunxi. Nam et affert ea scriptura anacoluthon aptum, rotundum (: *nam tum eorum feminae naturae ordinem oppugnarunt — similiter vero etiam mares — exarserunt*: denn sowohl ihre Frauen — —: auf gleiche Weise sind aber auch die Männer entbrannt. Cf. Plat. Symp. 186. E. ἥ τε οὖν ἰατρικὴ ὥςπερ λέγω πᾶσα διὰ τοῦ θεοῦ τούτου κυβερνᾶται, ωςαύτως δὲ καὶ γυμναστικὴ καὶ γεωργία.) denique tale, quod in N. T. scriptoribus mirum videri nequeat. Ut enim N. T. l., in quibus est ὁμοίως δὲ καί Matth. 26, 35. (*Griesb.*) 27, 41. Luc. 5, 10. 10, 32. 1 Cor. 7, 3. 4. Jac. 2, 25. et ὡςαύτως δὲ καί Rom. 8, 26. huic l. eo dissimilia sint, quod in illis neque τέ antecedit neque anacoluthon obtinet, eatenus tamen h. l. ὁμοίως δὲ καί commendant, quatenus N. T. scriptorem ob frequentem voc. ὁμοίως δὲ καί usum in hoc anacoluthon: αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν — ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρσενες —. facile incidere potuisse ostendunt. Postremo C. 18. 38. 44. al. habent ὁμοίως καί, quod nemini recte placeat. Nam et asperius gignit anacoluthon (*tum eorum feminae — similiter etiam mares* —) et fudit illud lectionis diversitas. Quum enim alii τέ alii δέ haberent, ut in ejusmodi causâ fieri solet, neutrum a nonnullis susceptum est. In proximis v.

Digitized by Google

vulgatur οἱ ἄῤῥενες et paullo post ἄρσενες ἐν ἄρσεσι. Exquis hanc formae inconstantiam in unâ eâdemque periodo tolerat? Unde aut ἄῤῥενες ἐν ἄῤῥεσι ex A. 29. 30. 40. 44. 45. al., aut οἱ ἄρσενες ex B. Dᵉ G. al. recipiendum est. Posterius recte amplexus est *Lachm.*. Altissimas enim ἄρσην, forma ionica (cf. *Buttm.* gr. maj. I, 84.), in nostris scriptoribus radices egit (cf. LXX. Gen. 1, 27. 7, 2. Ex. 1, 16. 2, 2. Lev. 27, 7. al. Matth. 19, 4. Mr. 10, 6. Luc. 2, 23. Gal. 3, 28., praeterea πᾶν ἀρσενικόν LXX. Gen. 17, 10. 12. Ex. 23, 17. al. et ὁ ἀρσενοκοίτης 1 Cor. 6, 9. 1 Tim. 1, 10.), quae ibi quoque, ubi ἄῤῥην vulgatur, oppressa emergat. Apoc. 12, 5. vulgo legitur υἱὸν ἄῤῥενα et v. 13. τὸν ἄῤῥενα. Illic A. C. υἱὸN ἄρσεN tenent, foedum quidem monstrum, quod tamen, quum ex υἱὸN aperte natum sit, ἄρσενα reponendum esse doceat; hic C. 14. recte habent τὸν ἄρσενα, A. male τὸν ἄρσενaN, scribarum commentum, quod non solum in alexandrinos scriptores [cf. *Sturz.* de dial. maced. et alex. p. 127., qui affert γυναῖκaN, ἐλπίδaN, μερίδaN, νύκταN al.], verum etiam in atticos [cf. *Dobree* ad Arist. Plut. v. 164., qui χεῖραν, νύκταN al. memorat] inferre conati sunt. Tamen *Lachm.* v. 5. υἱὸν ἄρσεN et v. 13. τὸν ἄρσεναN dedit. Neque enim *Lachmanni* κρίσις in eo occupatur, ut genuinas lectiones eruat, sed vetustissimas quasque scripturas, tam cupide arripit, ut ne stribligines quidem librariorum contemnat. V. ἐκκαίεσθαι suetâ metaphorâ perturbationum, maxime amoris, impotentiam indicat [cf. Alciphr. 3, 6. 7. ἐκκαίεσθαι εἰς ἔρωτα, 1 Cor. 7, 9. πυροῦσθαι, Tacit. Ann. 6, 1. libidinibus *exardescere* et *Wetst.* ad h. l. et 1 Cor. 7, 9.]. ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν] *pro suo libidinis aestu*, bei ihrer Begierde; cf. v. 24.. Voce. ἄρσενες — κατεργαζόμενοι v. praecedentia magis illustrant: — *mares naturali feminae usu relicto pro sua libidine exarserunt in se invicem, quum mares in maribus turpe suum facinus perpetrarent.* τὴν ἀσχημοσύνην] i. e. *turpe facinus, cui assueti erant s. quod vos nostis*, h. e. τὴν παιδερασταν. Joh. 3, 29. ὁ ἔχων τὴν νύμφην νυμφίος ἐστίν — *qui sponsam quam ut sis sponsus habeas necesse est* habet sponsus est. Germani ita loqui malunt: wer seine Braut hat ist Bräutigam 2 Thess. 2, 3. ἡ ἀποστασία *defectio a Deo ante Christi reditum de coelo futura.* Apoc. 11, 12. ἡ νεφέλη *nubes duos prophetas in coelum latura* (cf. v. 3. et 10.). Hebr. 11, 10. ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους (fundamenta quibus urbi opus est) ἔχουσαν πόλιν —. Vide de hoc pervulgato Articuli usu *Winer* gr. p. 91.. Ceterum τῆς παιδερασταις flagitium longe lateque tum inter Graecos et Romanos vagatum esse satis constat [cf. *Grot.*

Digitized by Google

et *Wetst.* ad h. l.] vocabanturque qui se eo polluerent *πίναιδοι, ἀρσενοκοῖται, καταπύγωνες, παθικοί*, cinaedi, paedicones, pathici. *καὶ τὴν ἀντιμισθίαν — ἀπολαμβάνοντες*] Haec v. plerique explicatores (v. c. *Chrys.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Justinian.*, *Semler.*, *Kopp.*, *Boehm.*) in hunc m. exposuerunt: *et quum mercedem delicto congruam, quam par erat, suis erroris* (i. e. idolorum cultus) *in semet ipsis persolverent*, quum nimirum praeter naturae ordinem legemque mares cum maribus coirent et quod ignominiae esset facerent. Rectissime. Neque enim quidquam huic interpretationi obstat et sunt quae eam veram esse demonstrent. Ac recte cultum, quem gentiles Diis fictitiis tribuerent, eorum *errorem*, *τὴν πλάνην αὐτῶν*, appellari apparet. Nam *vero* Deo deserto ad numina se contulerant, quae ipsâ opinionis errore, sibi finxissent cf. v. 21.. *Theluec.*, qui ut *τῆς πλάνης* voc. hic suo loco positum ostendat, ad Ezech. 33, 10., ubi LXX hebr. *יעש defectionem τῆς πλάνης* vocabulo verterunt, provocat, mire facit. Neque enim ibi *יעש defectionem* notat, sed *peccatum*, *delictum* (quae a Dei legibus deficitur). Praeterea *ἡ πλάνη* non est repercussa imago hebr. *יעש*, sed quum hoc *suâ vi* defectionem significet illud voc. *errorem* declarat. Veram autem esse quam dixi enarrationem, illud argumento est quod P. verbis *καὶ τὴν ἀντιμισθίαν — ἀπολαμβάνοντες* d. voc. v. 26. *διὰ τοῦτο — εἰς πάθη ἀτιμίας*, quorum rationem reddidit v. v. 26. *αἵ τε γὰρ — — κατεργαζόμενοι* v. 27., revertitur [v. 26. *Ob idolorum venerationem tradidit eos Deus ignominiosis perturbationibus. Nam tum eorum feminae turpissimum libidinis genus exercuerunt; similiter vero etiam mares — exarserunt — in se invicem, quum mares cum maribus coirent et idololatriae poenam, quam* (pro Dei voluntate; cf. v. 26. *διὰ τοῦτο — ἀτιμίας*) *debebant, in semet ipsis acciperent*]. Manifestum est igitur, *τὴν ἀντιμισθίαν* in *τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας* erui, quibus Deus idolorum cultum ulsciscereetur v. 26, h. e. *ἐν τῷ ἐκκαυθῆναι τοὺς ἄρσενας εἰς ἀλλήλους καὶ τοὺς ἄρσενας ἐν τοῖς ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργάσασθαι*, in ipso, quo se contaminarent, *τῆς παιδεραστίας* flagitio. Est igitur voce. *καὶ τὴν ἀντιμισθίαν — ἀπολαμβάνοντες* haec vis: *καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀντιμισθία τῆς πλάνης αὐτῶν, ἣν, ὡς ἔδει, ἐν ἑαυτοῖς ἀπέλαβον.*, erraruntque qui incommoda, quae eo portentosâ libidine cinaedis nascerentur, v. c. corporis infirmitatem, sterilitatem, mentis vigorem imminutum, *τὴν ἀντιμισθίαν* dici opinati sunt *Ch. Fr. Schmid*, *de Ammon* al.. Pejus etiam *Heum.* *τὴν ἀντιμισθίαν* in eo verti putat, quod gentiles in summum stuporem et taetra omnis generis faci-

Digitized by Google

nora (cf. v. 28. sq.) delaberentur. Neque enim καί v. 28. valere potest *enim* et novâ periodo v. 28. sq. P. *eos Deum punivisse qui in ejus numen peccassent* rursus enuntiat. Sed futilissima est adsignificata potius a nonnullis quam perspicue exposita haec enarratio, quâ, nisi fallor, ob v. v. 27. ἐξεκαύθησαν — εἰς ἀλλήλους et v. 24. τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς, ἡ πλάνη ad cinaedorum flagitium refertur, ἡ ἀντιμισθία de muliebri patientiâ, quâ paedicones muliebria ab se passorum obsequium luerent explicatur et toti sententiae καὶ τὴν ἀντιμισθίαν — ἀπολαμβάνοντες sarcasmus subjicitur — *similiter etiam mares — exarserunt — in se invicem, quum mares in maribus turpe facinus ederent et, quam nimirum oportebat, sui erroris mercedem* (i. e. detracto sarcasmo *poenam*) *in semet ipsis acciperent*, qui quibus ignominiam intulissent ab iis rursus raperentur. At ne P. verbis καὶ τὴν ἀντιμισθίαν — ἀπολαμβάνοντες ad vocc. v. 26. διὰ τοῦτο — ἀτιμίας redire repeta, Apostolum, qui pro suo pudore gentilium flagitia tectet oblique perstringat v. 26. 27., rem ita obscoenam ob lectorum oculos ponere mihi non persuadeo. V. 28 — 32. Quum gentiles hanc cultorum ab se fictitiorum numinum Lo poenam dedisse, ut prodigiosae Veneris flagitia commitrent, P. satis exposuisset v. 24 — 27., hoc adjiciendum putvit, luisse eos suas ineptias (v. 22.) *omnis generis vitiis*, quibus obruerentur. *Καί* (i. e. *et*, non *similiter* cf. *Kopp.*) ex 32. 74. probante *Millio* Prol. §. 1486.. At ut excideretfecerunt Lectionaria. Incipit enim lectio a v. *Καθώς*. Inde Lectionaria etiam Subjectum intruserunt οἱ ἀσεβεῖς post ἐδοκίμασαν, quod in 74. habes. Δοκιμάζειν seq. Infinitivo valere *consultum esse judicare, operae pretium ducere* (Plut. Thes. c. 12.) Lexica docent; cf. *Wahl.* Cl. maj.. τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει] *Grot.*, *Kopp.* al. ἐπιγνώσεως voc. *pietatem* explicant, ad hebr. דעת אלהים Hos. 4, 1. 6, 6., quod *Dei cultum*, *pietatem* denotet, provocantes *quemadmodum iis non visum est Deum colere* —. At דעת אלהים et ἡ ἐπίγνωσις τοῦ θεοῦ nunquam non *Dei cognitionem* significat, in quâ est pietatis fundamentum, non pietas ipsa. *Beza* v. ἐπίγνωσις *agnitionem* interpretatur: *et sicut non visum est eis Deum in agnitione retinere* —. Perperam. Perspicuum est enim e v. ἐπιγόντες (*quamquam bene norunt*) v. 32., ubi hujus vs. ratio redditur, ἐπίγνωσιν esse *cognitionem*, et *accuratam* quidem; cf. 1 Cor. 13, 12. —. Τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει *Deum in accuratâ cognitione habere* esse posset non quidem i. q. τὸν θεὸν ἐπιγινώσκειν [cf. v. c. *Chr. Fr. Schmid*], sed i. q. τὸν θεὸν ἐπεγνωκέναι *Deum accurate cognovis-*

esse, quemadmodum Thucyd. 5,29. *δι' ὀργῆς ἔχειν τινά* idem valet quod *ὀργισθῆναί τινι* et Caes. B. gall. 7,29. *aliquid effectum habere* i. q. *aliquid effecisse*. Verum quum haec interpretatio h. l. parum apta sit (et sicut non operae pretium duxerunt Deum *cognovisse* —), iis assentior, qui verbo *ἔχειν diuturnitatis* notionem subjiciunt, quam tum cum Participiis compositum habet (cf. *Matthiae* ausf. gr. Gr. II. p. 1106.) tum in l. nostri simillimis Arrian. Epict. 2,24, 23. — *ὃς τοὺς καλοὺς μονομάχους διὰ πάσης ἐπιμελείας ἔχει; Tholuc.* quum in hanc rem Joh. 5,38. *καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν* —. afferret, ibi diuturnitatis notionem Participio *μένοντα* inesse non cogitavit. Ita *τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει* declarat *Deum in cognitione habere* h. e. *tenere*. Scilicet cognoverant Deum gentiles (v. 21.), sed per ingenii vanitatem ad imaginaria numina ab eo defecerant (v. 22. sq.). Vocc. *ὁ θεός* „*e margine in contextum irrepsisse*" Mill. Prol. §. 1352. putat. Crederem, si multi Cdc. vel praetermitterent vel transponerent. Sed om. tantum A. 2. Nyss. Damasc. et Victor Tununensis, et ante *αὐτούς* unus ponit Chrys.. Utriusque rei causa est in homoeoteleuto *αὐτοὺΣ ὁ θεόΣ. εἰς ἀδόκιμον νοῦν*] Voc. *ἀδόκιμος* P. scripsisse, ut cum v. *ἐδοκίμασαν* paronomasiam efficeret apparet; de eo ambigunt interpretes, utrum *ἀδόκιμος* h. l. activam vim habeat *qui judicare nequit, judicii expers* [ita Constit. Apost. 5,12., ubi *εἰς ἀβουλίαν* pro *εἰς ἀδόκιμον νοῦν* ex interpretamento legitur, tum *Beza*, *Er. Schmidius*, *Limb.*, *Lookius*, *Wolf.*, *Paulus* al.], an passivam *rejectaneus*, *reprobus*, *adulterinus*, h. l. *improbus* [sic plerique explicatores]. Illorum consilio usus loquendi refragatur. Nam *δόκιμος*, quoniam a v. *δέχομαι* ducitur, *acceptum*, *sincerum*, tum *ἀδόκιμος rejectaneum*, *adulterinum* et *εὐδόκιμος* qui *bene excipitur*, *honoratum* declarent necesse est; *δόκιμος explorantem*, *ἀδόκιμος non explorantem* et *εὐδόκιμος bene explorantem* ne possunt quidem significare. Possent, si v. *δόκιμος*, *ἀδόκιμος* et *εὐδόκιμος* a verbo *δοκιμάζειν explorare*, *judicare* originem repeterent. Hoc nonnulli interpretes putasse videntur, in his *Tholuc.* Monet enim citato *Buttm.* gr. maj. II. p. 341. et collatâ voce *τρόφιμος analogiam* pati, ut *ἀδόκιμος* activo significatu sumatur *judicii expers*. Omnino, si fas esset, quod nefas est, *δόκιμος*, *ἀδόκιμος* et *εὐδόκιμος* a v. *δοκιμάζω* derivari. Praeterea falsum est, quod *Bezae* adstipulatores crepant, *Bezae* enarrationem *nervosam*, vulgo receptam *debilem sententiam* gignere. Hoc eo errore contenderunt, quod *Bezae* interpretatione initâ cum majore acumine ipso paronomasiae schemate retento sententiam la-

tine [*Et sicut non consultum putarunt Deum accurate cognitum habere tradidit eos Deus inconsultae menti* —] reddas, quam si cum vulgo feceris, ubi vix aliter convertere possis, nisi sic: *Et sicut non operae pretium duxerunt Deum accurate cognitum habere tradidit eos Deus menti, quae nullius pretii sit.* Vernacule vertas οὐκ ἐδοκίμασαν sie hielten es nicht der Mühe werth et ἀδόκιμον νοῦν einen unwürdigen Sinn. Accedit, quod tum quae antecedunt tum quae sequuntur pervulgatam explicationem firmant. Non enim P. *stupori*, quo curvum recto dignoscere non possent, sed impuris et dedecorosis affectibus [cf. v. 24. εἰς ἀκαθαρσίαν et v. 26. εἰς πάθη ἀτιμίας] Deum gentiles tradidisse supra affirmavit. Si autem v. 28. *inconsultae* menti paganos traditos esse dixisset, non ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, sed τυφλωθῆναι αὐτούς [2 Cor. 4, 4.] —. (ita ut *caeci* in omnis generis facinora ruerent) addere debuerat. Sed cur ego tam multa contra interpretes, quos linguae legem violasse satis erat monuisse, disputo? ποιεῖν] Infinitivus epexegeticus: *ita, ut faciant.* τὰ μὴ καθήκοντα] *indecora, inhonesta. Tholuc.* Stoicos τὰ μὴ καθήκοντα (sic!) termino technico dicere et Ciceronem τὰ καθήκοντα *officia* interpretari e *Wetstenio*, qui affert Cic. de Off. 1, 3, 8., monet. At hoc nihil ad nostrum l. pertinet. Scilicet Stoici quod *honestum* factu sit τὸ κατόρθωμα (i. e. Cicerone interprete *perfectum* officium), contra facinus *quod cur fiat ratio probabilis reddi possit* τὸ καθῆκον vocant, quod Cicero l. l. et III, 3, 14. *commune* et *medium* officium vertit. Quum igitur τὸ καθῆκον de Stoicorum sententiâ non solum in rebus *honestis*, verum etiam *utilibus* versetur, tota illa res ab h. l. aliena est, ubi P. non quod a *medio* (τῷ καθήκοντι) sed quod a *perfecto* officio (τῷ κατορθώματι) h. e. ab honesto discessissent gentiles vituperet. Facit etiam verborum ordo, ne sobrius lector technicam Stoicorum formulam h. l. deprehendat. Alioquin v. sic collocanda fuerant: *μὴ ποιεῖν τὰ καθήκοντα ita ut media officia non exsequerentur.* — Gentiles omnis generis vitiis coopertos esse declaraturus v. 29—31., facinorum nomina ut quodque ei succurrit P. cumulat; cf. Eph. 5, 3. sq. 2 Cor. 12, 20. 1 Tim. 1, 9. sq. 2 Tim. 3, 2. sq.. Cavendum est igitur, ne quis aut nullo praemeditato ordine posita vitia ad certas quasdam distinctasque classes revocare conatus operam et oleum perdat, aut nonnulla vocabula notione parum discreta argutiis suis persequatur, aut quum late patentia opprobria angusti ambitus vitiis passim interponi viderit, transversum se agi patiatur. Vera autem h. l. P. sui temporis gentilibus objicere vel ex iis intelligi potest, quae *Grot.* et

Digitized by Google

Wetst. ad h. l. attulerunt. Accusativi *πεπληρωμένους — μεστοὺς — ψιθυριστάς κ. τ. λ.* neque a v. *παρέδωκεν* neque ab *αὐτούς* v. 28. suspensi sunt, ut temere opinatur *Flatt.*, sed ab Infinitivo *ποιεῖν: ita ut inhonesta perpetrent opleti* etc.. *πάσῃ ἀδικίᾳ*] h. e. *omnis generis improbitate.* Est enim *ἀδικία* h. l. *generis* voc., *improbitatem* (den Trieb) notans, quâ quae deinceps vitia tanquam exempla *τῆς ἀδικίας* memorantur *πονηρία, πλεονεξία κ. τ. λ.* singula contineantur [cf. *Theodoret.*]. Contra *ἡ δικαιοσύνη* in universum est *virtus* Matth. 6, 1.. *ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ*] Haec vulgantur. Sed voc. *πορνείᾳ*, quod *Bengelio*, (qui tamen in Gnom. sententiam mutavit) *Griesb.*, *Koppio* al. jure suspectum fuerat, recte oblitteravit *Lachm.*. Damnant enim libri et h. l. ineptum est. Primum in haud paucis subsidiis criticis ita deest, ut reliqua v. hûc illûc jactata salva tamen sint: A. Aeth. Ephr. *ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, κακίᾳ, πλεονεξίᾳ.* | C. 23. Copt. Orig. *ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ.* Hoc dedit *Lachm.* | 26. Chrys. Basil. *ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ.* Deinde in aliis v. *πορνείᾳ* una cum v. *πονηρίᾳ* omittitur: Mt. g. *ἀδικίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ.* | Isid. Pel. 4, 101. *ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πλεονεξίᾳ.* Denique in quibus legitur vel deest *πονηρίᾳ* (D* E. G. 2. 46. *ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πορνείᾳ, πλεονεξίᾳ.*), vel post *πονηρίᾳ* locatur, ut in Vulg. — *iniquitate* (*ἀδικίᾳ*), *malitiâ* (*πονηρίᾳ*), *fornicatione* (*πορνείᾳ*), *avaritiâ* (*πλεονεξίᾳ*), *nequitiâ* (*κακίᾳ*). Ex his quum aut *πορνείᾳ* aut *πονηρίᾳ* adulterinum esse pateat, *illud* v, inducendum esse haec argumenta demonstrant. I. Scortationis mentio adeo ab h. l. abhorret, ut ne paronomasiae quidem cum v. *πονηρίᾳ* efficiendae studio, quod eximium sane P. h. l. prodit (cf. *φθόνου, φόνου* et v. 31. *ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους*), satis excusetur. Etenim postquam Ap. flagitia Venerea v. 24 — 27. perstrinxerat, restabat ut *cetera* gentilium vitia carperet v. 28. sq.. II. Voc. *πορνείᾳ* non a P. profectum esse, illud documento est, quod in plurimorum vitiorum enumeratione v. 29 — 31. ne unum quidem flagitium Venereum commemoratur. III. Librarii de suo *πορνείᾳ* addiderunt, qui quum totius l. v. 24 — 28. sq. rationem parum perspexissent *πᾶσαν ἀδικίαν* non expletam esse nisi *τῆς πορνείας* mentione injectâ opinati sunt. Hoc vere me contendisse etiam lectio *ἀδικίᾳ, ἀκαθαρσίᾳ, πορνείᾳ κ. τ. λ.*, (ita 37. 40. in m.) docere videtur. Diversos enim librarios rem, quam praeteritam aegre tulissent diversis voec. conceptam adjecisse ostendit. (Quamquam etiam fieri potest, ut *ἀκαθαρσίᾳ* eorum, qui *πορνείᾳ* ad libidinem Venereum in universum rettulissent, interpreta-

Digitized by Google

mentum sit vocis *πορνεία*: cf. v. 24. Eph. 5, 3. 2 Cor. 12, 21.). Itaque *πορνεία* expunxi. Ceterum in v. ordine nihil novare ausus sum, quum in summâ librorum dissensione deessent, qui numero suo ac pondere aut verum aut saltem probabile indicarent. Fateor tamen, verborum ordinem tum qui in A., tum qui in C. obtinet (cf. supra) melius mihi placere vulgato. *πονηρία*] *animi pravitate*, Schlechtigkeit. *πλεονεξία*] *amore habendi*, *avaritiâ*, quae ad injuriam alteri faciendam manusque alienis bonis afferendas proclivis esse solet. *κακία*] *malitiâ*, Bosheit. — *Κακοήθεια* est *fallax et malitiosa versutia*, tückische Verschlagenheit. V. 30. *Ψιθυρισταί* (veteres Attici *ψιθυροί* dicere maluerunt: cf. *Thomam* Mag. et ibi *Oudend.*) sunt *susurrones* h. e. clandestini delatores, qui ut inviso homini noceant quae ei probro sint crimina tanquam in aurem alicui insusurrant. Contra *καταλάλοι* omnes ii vocantur, qui quae alicujus famae obsint narrant, sermonibus celebrant, divulgant maloque rumore aliquem differunt (die jemandem Böses nachsagen), sive id malo animo faciant, ut noceant, sive temere neque nisi garriendi libidine abrepti. Cujusmodi nugatores quantam pestem inscii atque inviti aliis importent dici vix potest vehementerque peccant linguae intemperantiâ, temeritate suorumque vitiorum oblivione. Qui utrumque voc. ita discriminant, ut *ψιθυριστάς clandestinos calumniatores*, *καταλάλους calumniatores, qui propalam criminentur* explicent (v. c. *Theophyl.*, *Beng.*, *Flatt.*) arctioribus quam par est limitibus voc. *καταλάλος* circumscribunt, quum id voc. *calumniatorem* nocendi cupidum suâ vi non declaret. *Theodoreti* autem distinctio: *ψιθυριστὰς δὲ* [*καλεῖ ὁ Παῦλος*] *τοὺς πρὸς τὸ οὖς διαλεγομένους καὶ παρόντας τινὰς κακῶς ἀγορεύοντας, καταλάλους τοὺς διαβολαῖς κατὰ τῶν ἀπόντων ἀδεῶς κεχρημένους.* arguta est et ab interpretis arbitrio profecta. *θεοστυγεῖς*] *Suidas*: *Θεομισής. ὑπὸ θεοῦ μισούμενος· Θεομίσης δὲ ὁ μισῶν τοὺς θεούς.* Schol. ad Aristoph. Av. v. 1555. (1547.) *ΘΕΟΜΙΣΗΣ ΕΦΥΣ*] *ὁ μέν φησι τῷ Προμηθεῖ ἴσον τι τῷ ὑπὸ θεῶν μισούμενος, διὸ καὶ ὀξυτόνως ἀναγνωστέον·* (ergo conjecturam quandam suam scholiasta profert) *ὁ δὲ τὸ ἕτερον δέχεται, μισῶν θεούς, ὡς ὁ Τίμων ἀνθρώπους.* Qui in Aristophanis interpretatione fallitur. Quum enim dixisset Prometheus: *μισῶ δ' ἅπαντας τοὺς θεούς, ὡς οἶσθά σν.* facete respondet Pisthetaerus: *νὴ τὸν Δί' ἀεὶ δῆτα θεομισὴς ἔφυς.* *sane tu, per Jovem, Deorum oser extitisti.* Quod Promotheus his v. confirmat: *Τίμων καθαρός. sum purus putus Timon*, qui quod Timon in ho-

Digitized by Google

mines habuerit id ego in Deos odium conceperim. Sed apparet, veteres Grammaticos sic opinatos esse, θεομισής dici *passive*, θεομίσης *active*. In quâ re egregie eos fefellit opinio. Verissime enim *Buttm.* gr. II, p. 317. haec dicit: „die Adjectiva Compoſita auf ης ſind Oxytona." Excepta tantum sunt quaedam longe aliter composita cum praepositionibus, adverbiis etc., deinde ea, quorum posterior pars continetur nomine Substantivo, non Adjectivo, ut θεοκρίτης, θεοπλάστης, φιλοθύτης, φιλοπόσης, postremo, ut facile intelligitur, ea quae in *nomina propria* verterunt, v. c. Θεοφάνης Cic. ad Att. II, 5.. Sed Grammatici isti quum vidissent, haec Adjectiva tum *active* tum *passive* dici (quod non mirum est, quum ea latissime pateant et parum finita sint naturâ suâ, veluti θεομισής omnino is est, *qui habet Dei odium* [ὁ θεοῦ μῖσος ἔχων] h. e. vel *Dei* odium *in se versum* [ubi Genitivus θεοῦ, *Dei* subjectivus est], vel *odium in Deum conceptum* [ita Genitivus θεοῦ objectivus est]: praeterea confer v. βροτοστυγής, quod et *eum qui homines odit* et *hominibus invisum* significat), diversos, ut saepe solent, excogitarunt accentus, quibus duas potestates distinguerent. Accedo ad nostrum l., ubi Cdd. summo consensu θεοστυγεῖς praebent (nisi quod unus Cd. apud *Mill.* θεοστύγεις habet, qui tamen manum recentiorem accentum in paenultimam conjecisse suspicatur), nonnulli editores (ut *Bochm.*) et interpretes (v. c. *Beza* et *Grot.*) θεοστύγεις vel in ordinem receperunt vel commendarunt. Quum N. T. scriptores confusâ oratione pedestri et poëticâ multis poëtarum formulis promiscue uterentur, Paulo θεοστυγής merito placuit. Pollux enim I, 21. rectissime ὃ δὲ θεοστυγής, inquit, τραγικόν. Ad Hesychii glossam: θεοστυγεῖς: μισούμενοι ὑπὸ θεοῦ passivam vim probat *Albertius* additque nonnulla iis, quae ad Gloss. p. 91 — 93. collegerat. Etiam h. l. notio *passiva* mihi unice probatur. Etenim ut *analogiam* concedere, ut θεοστυγής *Dei osor* graece diceretur, lubenter fateor (vide supra), ita ne unus quidem l. in promtu est, ubi voc. θεοστυγής sit *active* dictum, quod ubique significat *hominem Dis hominibusque exosum* i. e. *hominem insigniter improbum*. Cf. Eur. Troad. v. 1295. Cycl. v. 395. et 598. ac simili formâ Aesch. Choeph. v. 635. θεοστυγήτῳ δ' ἄχει | βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος | σέβει γὰρ οὔτις τὸ δυσφιλὲς θεοῖς. Quin etiam Suidas et Oecumenius, qui alteram explicationem secnuti sunt, ita loquuntur, ut sic *nove* Ap. dixisse concedant. Suidas θεοστυγεῖς: θεομίσητοι, οἱ ὑπὸ θεοῦ μισούμενοι καὶ οἱ θεὸν μισοῦντες· παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ θεοστυγεῖς οὐχὶ οἱ ὑπὸ θεοῦ μισούμενοι,

Digitized by Google

ἀλλ' οἱ μισοῦντες τὸν θεόν. Oecum. θεοστυγεῖς λέγει οὐ τοὺς ὑπὸ θεοῦ μισουμένους (οὐ γὰρ αὐτῷ τοῦτο δεῖξαι πρόκειται) ἀλλὰ τοὺς μισοῦντας θεόν. Quae opinio non usu certo nititur aut luce antiquitatis, sed fallaci tantum similitudine (analogiâ) v. θεομισής, βροτοστυγής et similium. Detulit eos ad suam interpretationem illud maxime, quod quum *vitia* gentilibus h. l. exprobrari vidissent, ita sibi persuaserunt, Dei osorem recte facinorosum vocari, non Deo invisum, qui *poenam* potius a Deo habeat, quam facinus in Deum committat [cf. *Oecum.*, *Calv.*, *Beza*, *Grot.*, *Boehm.*]. At non cogitarunt, hâc totam antiquitatem sententiâ ductam esse, ut Deos amare probos, odisse improbos homines statueret [vid. Soph. Aj. v. 132. τοὺς δὲ σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς. cl. 1 Thess. 1, 4. 2, 15.]. Ita factum est, ut nihil fere gravius diei posset antiquitus, quam esse hominem θεοστυγῆ s. θεοῖς ἐχθρόν (Aristoph. Nub. v. 572.), quippe *omni nequitiâ coopertum*. [cf. Hor. Sat. 2, 3, 123. *Dis inimice senex* ibique *Heind.* et θεοσεχθρία s. θεοεχθρία *conditio hominis Dis exosi* h. e. *summa improbitas*]. Haec sententia tam est apta ad h. l., ut non videam, cur novae res moliendae sint potius, quam certus nullique dubitationi obnoxius verbi usus sequendus. Nam qui late patens *summae improbitatis* opprobrium post invidiam, caedem et cetera angustis limitibus circumscripta vitia male collocari observarunt, ut *Flatt.*, Paulum singula gentilium facinora ita recensere, ut neque ambitus eorum neque cognationis rationem haberet non meminerunt (cf. ad v. 29.) pariterque late patere quod P. verbis ἐφευρετὰς κακῶν et ἀσυνέτους complexus est minus considerarunt. ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας] Haec tria v. perversos *superborum* mores complectuntur. Nam ὑβρισταὶ dicuntur qui inani tumentes superbiâ aut verborum contumeliâ alios obruunt aut facti ignominiam iis injungunt; ὑπερήφανοι vocantur qui suis, quibus neminem non superare sibi videntur, virtutibus temere inflati alios contemnunt ac vix homines prae se ducunt [cf. Theophr. Char. 24, 1.]; denique ἀλαζόνες sunt vani jactatores, homines gloriosi, ut Terentianus Thraso et miles apud Plautum [cf. Theophr. Char. 23, 1.]. ἐφευρετὰς κακῶν] *repertores facinorum* i. e. *homines pessimos*. Nam insigniter improbus et ingeniose nequam sit necesse est, qui ad excogitanda maleficia animum intendat. Cf. 2 Macc. 7, 31. de Antiocho Epiphane: σὶ δὲ πάσης κακίας εὑρετὴς γενόμενος εἰς τοὺς Ἑβραίους οὐ μὴ διαφύγῃς τὰς χεῖρας τοῦ θεοῦ. Tacit. Annal. 4, 11.. Sed quia Sejanus *facinorum omnium repertor* habebatur — quamvis fabulosa

Digitized by Google

et immania credebantur —. et *Wetst.* ad h. l.. V. 31. Voc. ἀσυνέτους quum unus Syrus ante v. γονεῦσιν ἀπειθεῖς ponat neque omittant, nisi in interpretatione Chrys., *Matthaeio* judice „*ut vocabulum, cum ceteris comparatum, minus grave*" et Ambrosiaster, plane non sollicitandum erat a *Flatto*, quasi e v. ἀσυνθέτους fortuitu natum. Quamquam P. ἀσυνέτους non additurum fuisse arbitror, nisi paronomasiam ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους consectatus esset. Interpretor ἀσυνέτους *homines stolidos*, *temerarios*, Unverständige, quibus opponuntur συνετοί Act. 13, 7.. Quum enim temeritas ad multa vitia homines abripiat, a quibus prudentes et circumspecti viri sibi caveant, tum gentilibus recte objicitur stoliditas; cf. v. 21.. Quare eorum sententiam repudio, qui cl. v. hebr. נָבָל Ps. 14, 1. et Sirac. 15, 7. 8. ἀσυνέτους *impios*, *improbos* explicant. Quod *Rueckert.* nescio cujus inventum commemorat voc. ἀσύνετος a v. συνίημι, *committo*, derivatum *rixosum*, *implacabilem* significare posse, ejusmodi est, ut vix intelligi, nedum probari queat. Nam quoniam συνίημί τινας *aliquos inter se committere*, *ut hostiliter congrediantur* denotat, ἀσύνετον hoc pacto *eum*, *qui se committi non patiatur* i. e. hominem *placabilem* declarare credas, quod nunquam declarat. Sed dixit, opinor, illius sententiae auctor συνίεμαι Medium *pacisci*, ut inde ductum v. ἀσύνετος esset *qui non paciscitur*, *homo rixosus*, *implacabilis*. Quasi vero vv. συνετός et ἀσύνετος a συνίεμαι, non a συνίημι deriventur. ἀσυνθέτους] *qui pactis non stant*, *foedifragos*, *perfidos*. ἀστόργους] h. e. *ab amore aversos* in genere, Lieblose, ut recte *Hesych.*, *Suid.*, *Theophyl.* al., non *amoris in suos*, ut parentes, liberos, cognatos (quem Graeci στοργήν potissimum vocant) *expertes* (ita v. c. *Koppius.*). Quae interpretatio placeret, si v. ἀστόργους post γονεῦσιν ἀπειθεῖς positum esset. Nunc in vitiis eorum propriis collocatum est qui, quum homines amare deberent in eos odium haberent. ἀσπόνδους] *implacabiles*. Cic. ad Att. 9, 10, 5. — quod (bellum) et ασπονδον (i. e. internecinum) est et cum civibus. ἀστόργους, ἀσπόνδους] 17. Theophyl. ἀσπόνδους, ἀστόργους. Omittunt ἀσπόνδους A. B. D* E. G. Clar. Germ. Boern. et nonnulli Patres, *Millio* Prol. §. 447. et *Griesb.* recte probantibus. Multo est enim verisimilius, librarios ἀσπόνδους ex 2 Tim. 3, 3. mutuatos esse, quam, quia non ab uno alterove sed a *multis* subsidiis abest, propter homoeoteleuton (ἀστόργ*ΟΥΣ*, ἀσπόν*δΟΥΣ*) excidisse. Et firmat illam suspicionem etiam lectio ἀσπόνδους, ἀστόργους. Quippe 2 Tim. 3, 3. pro ἄστοργοι, ἄσπονδοι quod vulgatur, D. 37. 73. al. praebent ἄσπονδοι, ἄστοργοι, unde colligas, qui

Digitized by Google

2 Tim. 3,3. in suis libris haberent ἄστοργοι, ἄσπονδοι h. l. scripsisse ἀστόργους, ἀσπόνδους, qui illic ἄσπονδοι, ἄστοργοι legerent eundem ordinem in hunc l. intulisse ἀσπόνδους, ἀστόργους. Itaque vocem ἀσπόνδους a *Lachm.* deletam ad uncos damnavi. V. 32. Τὸ δικαίωμά τινος idem valet, quod τὸ δεδικαιωμένον ὑπό τινος *quod aliquis justum fecit* i. e. h. l. (cl. Luc. 1,6.) *lex, decretum.* Hinc LXX. voc. hebr., quae *legem* significant חק Deut. 4, 1., חֻקָּה Deut. 6,2., מִצְוָה Deut. 30,16., מִשְׁפָּט Deut. 7,12. et פִּקּוּדִים Ps. 119,93., τοῦ δικαιώματος vocabulo reddunt. ἐπιγόντες] *quamquam probe norunt* scil. duce ipsâ naturâ, quum ratio doceret, conscientia moneret, cf. 2,14. sq.. ὅτι — θανάτου εἰσίν] Haec v., quae cujusmodi sit τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ manifestant *Griesb.*, *Knapp.* al. eodem jure in parenthesin conjecerunt, quo v. c. 2 Thess. 2,4. ita distinguas: — ἀποδείκνυντα ἑαυτὸν (ὅτι ἐστὶ θεός), h. e. *nullo.* ἄξιοι θανάτου] Atrocissimae poenae notionem P. pro animi sui commotione fortiter eo enuntiat, quod *supplicium* commemorat: — *Dei decretum, esse qui talia perpetrent dignos, qui necidentur* i. e. qui *gravissimis* poenis afficiantur; cf. 2,8. 9.. αὐτά] 73. αἵτοι, quo magis concinnam orationem fieri *Boehmius* contendit. At satis concinne ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα et συνευδοκεῖν τοῖς πράσσουσιν αὐτά *facere inhonesta* et *consentire cum iis qui faciant* invicem opponuntur. Esse autem hoc majori dedecori, quam illud quivis intelligat. Nam fieri potest, ut facinus committas aut levitate provectus, aut libidine accensus, aut errore consternatus, quum officii rationes postulare opinatus sis, quod sit contra officium; sed qui homines maleficos probat ipsum maleficium adamare eoque pasci recte existimatur. Sequitur, ut quo vinculo v. 32. cum antecedentibus cohaereat constituam. Ubi duae viae iniri possunt. Primum enim Pronomen οἵτινες *explicandi* vi, quâ idem sit quod τοιούτους τινὰς οἵ, ei subjectâ [cf. *Herm.* ad Soph. Oed. Tyr. Praef. p. XI.] ad praecedentem vitiorum enumerationem (h. e. ad πεπληρωμένους — μεστοὺς — v. 29. et v. 30. ψιθυριστὰς — v. 31. ἀνελεήμονας) cum *Beza* ita referre licet, ut eam gravissimo crimine graviter absolvat h. r.: *et quemadmodum non operae pretium duxerunt, Deum in accuratâ cognitione tenere, tradidit eos Deus menti quae nullius pretii sit, ut inhonesta faciant, oppleti — — pleni — — susurrones — — — — — — immisericordes, tales homines qui* (bene latine dicas: *denique tales qui*) *quamquam Dei legem bene norunt, esse talium facinorum reos supplicio dignos, non solum ea committant, verum etiam eos probent, qui committant.* Deinde concess-

cum est, ut *Theophyl.* sequuti Pronomine *οἵτινες* totius vs. 28. *rationem* reddi [cf. not. ad v. 25. et Rom. 2, 15. 9, 4.] existimemus. Hoc pacto verbis vs. 29. *πεπληρωμένους* — — — — vs. 31. *ἀνελεήμονας* *tradidisse Deum gentiles perversae menti, quâ mala facinora perpetrent* (v. 28. *παρέδωκεν* — — *τὰ μὴ καθήκοντα*) docetur, versu autem 28. *quia Deum in accuratâ cognitione tenere gentilibus non placuerit idcirco eos Deum improbae menti tradidisse* (v. 28. *καὶ καθὼς* — — *τὰ μὴ καθήκοντα*) h. e. *jure meritoque* gentiles Deo poenas dedisse, ostenditur. *Et sicut non operae pretium duxerunt Deum in accuratâ cognitione habere, tradidit eos Deus menti quae nullius pretii sit, ut indecora faciant tot tantisque vitiis obruti* (v. 29. *πεπληρωμένους* — — v. 31. *ἀνελεήμονας*), *tales nimirum homines, qui* (*τοιούτους τινὰς ὄντας, οἵ*, i. q. *ὅτι* — *quoniam* — *non solum indulgent* etc.) *ut Dei legem bene norint, esse talium vitiorum reos supplicio dignos, non solum iis indulgeant, verum etiam eos probent, qui iis indulgeant.* Hanc interpretationem illi praepono propterea, quoniam h. l. P. *non injuriam a Deo gentilibus factam, sed quum in noxâ fuerint poenam eos commeruisse* identidem lectoribus inculcat (cf. v. 24. 25. 26. et 27.). Ceterum hic vs. acerbas interpolatorum injurias expertus est. Nam Isidorus Pelusiota epist. 4, 60. fuisse refert, qui pro *οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι conjecturâ*, ut videtur (attende ad Isidori v. *οὕτω γὰρ εἶχεν, ἔφασαν, τὸ παλαιὸν ἀντίγραφον* —.), scriberent: *οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσιν.* nullo praeterea v. mutato. Idem fere continet B. (:— *οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσι.*), qui temere omittit Articulum. Cujus interpolationis causam Isidorus in eo quaerit, quod fuerint qui plus esse *συνευδοκεῖν τοῖς πράσσουσι τὰ μὴ καθήκοντα* quam *ποιεῖν αὐτά* nescirent ex eoque fonte hujus l. corruptelas fluxisse etiam *Matthaeius* ed. maj. opinatur. At gravius peccare qui hominibus facinorosis plaudat quam qui facinus ipse obeat longe apertissimum est omnesque id intellexerunt praeter Theologium Diaconum eosque quibus tum genuina P. verba tum eorum corruptela ob oculos fuerat (cf. Isidor. l. l.). Adde quod scripturâ *οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσι* nihil in sententiâ mutatur, quum vel sic major vis *ἐν τῷ συνευδοκεῖν τοῖς πράσσουσι τὰ μὴ καθήκοντα* quam *ἐν τῷ ποιεῖν αὐτά* recumbat. Temere igitur si qui plus esse *aliorum facinora probare* quam *ipsum facinora committere* non vidissent ut in quo offendissent removerent locum ita ten-

Digitized by Google

tassent, ut id ipsum integrum esse sinerent quod tollere decrevissent. Quamobrem sic existimo, factâ demum illâ, quam Isidorus memorat, interpolatione nonnullos, quum de ratione, quae inter Isidori lectionem et vulgatam intercederet, philosopharentur, in hunc *errorem* inductos esse, ut eo hanc illâ praeponderari opinarentur, quod quum in scripturâ vulgatâ male τῷ συνευδοκεῖν major dignitas tribueretur, quam τῷ ποιεῖν, altera lectio recte gravius faceret τὸ ποιεῖν (cf. Isid.). Immo interpolationis causam et incrementa satis ostendunt variantes lectiones. Nam hunc l. interpolare coeperunt qui quum εἰσίν pro verbo, a quo v. οὐ μόνον κ. τ. λ. suspenderentur, male habuissent, pro ποιοῦσιν et συνευδοκοῦσι Dativis, ut opinabantur, Nominativos ποιοῦντες et συνευδοκοῦντες exararent (ita B.). At hanc scripturam ferri non posse, quod in eâ Articulus (cf. v. οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες) deficeret mox intellectum est. Itaque alii hoc vitium emendaturi οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες dederunt (cf. Isid. l. l.). Verum ne sic quidem locus turbatus in ordinem redactus erat. Deerat enim verbis ποιοῦσιν et συνευδοκοῦσι sublatis sententiae principale verbum post ἐπιγνόντες. Quare id quoque adjectum est, et quidem aliud ab aliis: D. E. — ἐπιγνάντες; οὐκ ἐνόησαν, ὅτι —.| G. — ἐπιγνόντες, σὺκ ἔγνωσαν, ὅτι —. | 15. — ἐπιγνόντες, οὐ συνῆκαν, ὅτι —. Quae variatio satis arguit interpolatores. Quam hactenus persequutus sum interpolationem, ejus non nisi singulas particulas exhibent Cdd. graeci, sed integram *It. Vulg.* (*qui quum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte, et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.*) *Cyprian.*, *Lucif.*, *Pelag.* aliique PP. latini (cf. *Sabatierum* ad h. l.) continent. Sed vel suppleto aliquo v. post ἐπιγνόντες nimis nudum visum est οὐ μόνον κ. τ. λ. Cui malo ut mederentur alii aliam copulam liberaliter adsperserunt: D* οὐ μόνον γὰρ (vv. ποιοῦσιν et συνευδοκοῦσι retentis majoreque distinctione post εἰσίν locatâ): 46. 71. οὐ μόνον δὲ (haec particula tum cum scripturâ vulgatâ tum cum lectione οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τ. πρ. consistit) et καὶ οὐ μόνον (ita *Vulg.*, qui demceps οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦντες τ. πρ. legit, et *Ambrosiaster*, qui ποιοῦσιν et συνευδοκοῦσι retinet et h. l. sic struit: οἵτινες, τ. δ. τ. θ. ἐπιγνόντες οὐκ ἔγνωσαν, ὅτι — εἰσὶν, καὶ οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀ. κ. συνευδοκοῦσι τ. πρ.). Quae quum ita sint, *Millius*, qui Prol. §. 141. 142. 800. 916. et alias Aposto-

lum sic scripsisse: *οἵτινες τ. δ. τ. θ. ἐπιγνόντες, οὐκ ἐνόησαν, ὅτι — — ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐμόνον δὲ οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τ. πρ.* putaret, turpis stribliginis patrocinium suscepit. Male etiam *Lachm.* scripturam Cd. B. (cf. supra) in margine tanquam lectionem bene conclusam, quae praeter vulgatam olim celebraretur commemoravit, quum non sit nisi manca et inchoata illa quam dixi interpolatio receptisque tantum v. *ποιοῦντες* et *συνευδοκοῦντες* pro *ποιοῦσιν* et *συνευδοκοῦσι* ne strui quidem l. possit, nisi etiam *οὐκ ἐνόησαν* aut aliud hujusmodi verbum post *ἐπιγνόντες* reposueris. — Superest, ut qui Paulo auctore factum sit, ut in tantas, quantas Ap. v. 21 — 32. descripsit, miserias gentiles inciderent, paucis doceam. Quarum causa primaria in ipsis erat, secundaria in Deo. Nam a Deo, quem cognovissent (v. 21.) facileque cognoscere possent (Act. 14, 17. 17, 25 — 27.), ratione divinitus datâ male usi ad imaginaria numina desciverunt (v. 21 — 23.). Quem eorum errorem quum non continuo Deus mittendis praeter ordinem legatis corrigeret (Act. 14, 16.), sed justis poenis afficeret (v. 24 — 32.), factum est, ut in omne vitiorum genus praecipites ruerent (v. 24 — 32.). Verum enim vero *Christo* misso pestem a gentilibus depellere eosque tanquam in integrum restituere Deus decrevit, quo tempore iis locum poenitendi daret et eos a vanitate pravitateque ad virtutem redire pateretur (Act. 17, 30. 31.).

CAP. II.

ARGUMENTUM.

Quamquam summa est gentilium nequitia (1, 24 — 32.), tamen Judaei non ii sunt, qui paganorum judices sedeant. Nam non minus facinorosa est eorum vita et punit Deus, ut veri rationes postulant, homines nocentes v. 1. 2.. Si autem Judaei se idcirco impune peccaturos sperant, quod sunt Judaei, temerariam superbiam alunt v. 3.; sin ils Dei benignitas et clementia, quam hactenus experti sunt, impunitatis spem facit, Dei benevolentiam, quae ad morum emendationem et beatitatem tanquam manu ducit, in suam sibi pestem convertunt v. 4. 5.. Namque Deus pro suo cuique merito praemia poenasque exsolvet et Judaeo potissimum et homini gentili v. 6 — 10., ita quidem, ut sanctissimum Dei numen suo quemque modulo metiens improbos paganos ex aliâ quam legis mos. formulâ pessumdet, facinorosos Judaeos e legis mos. sententiâ condemnet v. 11. 12.. Quippe non qui legem mos. didicerint, sed quicunque eam servarint integri ac sempiternâ beatitate digni a Deo judicabuntur, etiamsi sint gentiles v. 13.. Nam si gentiles reperiuntur, qui *naturâ duce* legis mos. praeceptis satisfaciant, eos legem mos. sibi ipsos scribere et nihil impedire, quo minus ut homines qui Mosis legi obtemperarint integri a Deo declarentur apparet v. 14.. Dare autem gentiles sibi ipsos legem mos. tum honesta eorum vita docet, tum

Digitized by Google

ex eo cognoscetur, quod olim ante Christi tribunal constituti conscientiae aut vulnera, aut fortasse etiam solatia habituri sunt v. 15. 16.. Contra si Judaei quum ceteris suis ornamentis tum lege, quam Deus iis dedit, inflati tamen ad Dei voluntatem se non conformant, inanem esse eorum superbiam ac merito eos Deo poenas daturos esse quis est quin intelligat? v. 17 — 24.. Qui si peccatorum impunitatem propterea se habituros opinantur, quod circumseeti sint, ei tantummodo, qui divinae legi obediat, circumcisionem usui atque emolumento esse ignorant neque illud considerarunt, divinae legis violatorem recte dici praeputiatum, contra Judaeum ac vere circumsectum eum existimandum esse, cujus animus sordibus purgatus sit, non praeputium v. 25 — 29..

V. 1. *Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων.* 2. *Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας·* 3. *λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ;* 4. *ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει;* 5. *Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ,* 6. *ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ,* 7. *τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον,* 8. *τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, ὀργὴ καὶ θυμός.* 9. *Θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακὸν, Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος·* 10. *δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.* 11. *Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ.* 12. *Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον διὰ νόμου κριθήσονται.* 13. *Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.* 14. *Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος,* 15. *οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρ-*

Digitized by Google

διαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων 16. ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. 17. Εἰ δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ [τῷ] νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν θεῷ, 18. καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου, 19. πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει, 20. παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ — 21. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν κλέπτεις; 22. ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα ἱεροσυλεῖς; 23. ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις; 24. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγραπται.

V. 1. ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων] His v. quamquam tam late patent, ut neminem non, qui aliorum vitia suae censurae submittat, complectantur, tamen petantur *Judaei*: *o homo, quisquis judex sedes* h. e. etiamsi sis Judaeus. (Ita recte *Limborch.*, *Wetst.*, *Beng.*, *Schoettg.*, *Kopp.* al.). Primum enim is, quem h. l. P. allequitur, a gentilibus distinguitur, quorum corruptos depravatosque mores in iis quae praecedunt 1,24—32. Ap. perstrinxit. Deinde etiam hoc capite eum quem *compellat* (vide v. 3. σύ cl. v. 1. 4. 5. 17. 25—27.) a paganis discernit, de quibus non nisi tertiâ personâ dicat (v. 14. 15. 26. 27.); compellari autem *Judaeum* v. 17. docet. Tum quae ei qui compellatur a P. exprobrantur optime in Judaeos conveniunt, qui vanâ superbiâ inflati gentiles adeo contemnerent, ut eos ἁμαρτωλούς Tob. 13,6. (רְשָׁעִים), se *homines probos* (יְשָׁרִים Dan. 11,17.) vocarent. (cf. ad v. 3.). Denique P. toto capite hoc agere, ut superbos Judaeorum spiritus frangat eosque nihilo meliores quam paganos esse ostendat, tum hujus l. argumentum demonstrat, tum e l. 3,1. sq. intelligitur, ubi Ap., ne quis omnia Judaeis inique ademta quereretur, *vera* gentis judaicae ornamenta referre paret. Quare falluntur qui aut in Romanorum principes [*Chrys.*, *Theophyl.* al.] magistratusque [*Grot.*] orationem potissimum converti, aut philosophos maxime perstringi (*Clericus*), aut

Digitized by Google

pravos gentiles objurgari, qui sanctitatis simulatores, quum delictorum 1, 24 — 32. memoratorum immunes essent, eos carperent qui illa committerent (*Calvin.*), aut omnes promiscue homines vituperari, si qui aliorum censores agant (*Beza* al.) opinati sunt. Sed non minus falsum esse existimo quod *Boehm.* et *Rueckert.* contendunt, de industriâ P. neque Judæos h. l. affatum esse, neque eos nisi leniter primo castigasse, donec eos v. 17. nominatos acerbius objurgaret v. 17 — 23., ne quum inclementer statim in eos invectus esset iique se reprehendi continuo sensissent, ab se abalienati ad sua dicta obsurdescerent. Scripsit enim P. non Judaeis, sed hominibus christianis. Deinde etiamsi vereretur, ne sua in Judaeos oratio iis ingrata esset, qui olim Judaei fuissent, profecto non is erat P., qui per ambages diceret, quae lectoribus displicere possent cf. 2 Cor. 11, 1. sq. Gal. 3, 1. sqq.. Tum vel iis, quae v. 1 — 3. leguntur, tam aperte Judaei pervelluntur, ut temporis momento lectores, *Judaeos* carpi, intelligere debuerint. Postremo quod v. 17. Judaei nominantur, *casu* factum est, quos ne nominasset quidem Ap., nisi ibi ea sibi afferenda existimasset, quibus Judaei maxime superbire solerent, in quibus ipsum erat Judaeorum nomen. Voc. πᾶς leviter sane damnat *Mill.* Prol. §. 1253., quod nonnisi Syr. Erp. Arm. omittant, aut quod paullo liberius hunc l. converterent, aut quod in illâ voce offendissent (cf. infra). — Vocc. κρίνω et τὸ κρίμα nihil utique significant nisi *judicare* et *judicium*. Quare qui in ejusmodi l., in quibus de judicio, quo quis condemnetur, sermonem instituit orationis tenor arguat (v. 12. Hebr. 10, 30. Gal. 5, 10. al.) κρίνω i. q. κατακρίνω et τὸ κρίμα i. q. τὸ κατάκριμα valere dicunt, *in vocabula* notionem invehunt, quae est *in contextu*. Et hoc quidem l. eo inconsideratius nonnulli κρίνω idem quod κατακρίνω significare affirmarunt [*Chr. Fr. Schmid*, *Beneckius* al.], quod quaesitam a P. annominationem (κρίνεις — κατακρίνεις cf. Rom. 5, 16. 14, 23. 1 Cor. 11, 29. 31. 32.) deleverunt, quam latine non aliter exprimas, nisi ut dicas: *damnas — condemnas*. ἐν ᾧ] *Erasm.*, *Beza*, *Limb.* al. ἐν ᾧ, *eo quod* explicant, ut idem sit, quod ἐν τούτῳ ὅτι (Rom. 8, 3.); *eo quod alterum damnas temetipsum condemnas*. (Idem voluisse videntur glossatores 37. 73. al., qui ἐν ᾧ γὰρ κρίματι e Matth. 7, 2. asciverunt: *quo judicio alterum damnas, eo — temetipsum condemnas*). Alii (v. c. *Wetst.* et *Rueckert.*) ἐν ᾧ ad tempus referunt: *quo temporis momento* i. e. *dum*. Praeterea It. et Vulg. ἐν ᾧ vertunt *in quo*, h. e. *in quâ re* (cf. Rom. 14, 22. μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει i. e. ἐν τούτῳ, ὃ δοκιμάζει. 1 Petr.

Digitized by Google

2,12.). Postremam rationem veram esse docent v. sq. τὰ γὰρ αὐτὰ πρ. ὁ κρ., quod neminem fortasse fugisset, si P. τὸ γὰρ αὐτὸ πρ. ὁ κρ scripsisset. At *generatim* loqui malnit, τὸν κρίνοντα, h. e. Judaeum, iisdem omnino flagitiis, quibus gentiles 1,24—32. cl. 2,2. 3. 17. sq., volutari subindicaturus: *nam in quâ re alterius censorem agis in eâ temetipsum condemnas, quum* (si totum vitae tuae genus spectem) *eadem perpetres judex, quae in aliis reprehendas.* Acrimoniam habent v. ὁ κρίνων, quae eum, in quem oratio dirigitur, *temeritatis* postulent: *nam eadem facis* (scilicet!) *judex* (cf. not. ad Matth. 27,40., ad Marc. 14,18., *Win.* gr. p. 119. ed. 3. Seneca ep. 94.. Scis improbum esse qui ab uxore pudicitiam exigit, *ipse alienarum corruptor uxorum.*). Scilicet is tantummodo aliorum vitia jure reprehendere existimatur, qui ea ipse fugerit (cf. in hanc sententiam l. apud *Grot.*). Unde qui ipse perpetrat quod judex in aliis reprehendit, sibi ipse adversatur et stolide agit. Tollit loci venustatem interpretamentum *quae judicas*, ἃ κρίνεις, quod a *Luthero* redditum in Vulg. Pelag. al. est pro ὁ κρίνων. Superest, ut quo vinculo hic vs. cum antecedentibus cohaereat doceam. In quo Ap. voce διό e v. cp. 1, v. 32. τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ — ἄξιοι θανάτου εἰσίν argumentatur h. r.: διὸ (i. e. ὅτι κατὰ τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ τὰ μὴ καθήκοντα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσίν cap. 1. v. 32.) ἀναπολόγητος εἶ κ. τ. λ.. At erunt fortasse, qui Pauli argumentationem claudicare opinentur, quia ex eo, quod homines facinorosi e Dei decreto gravissimis poenis digni sint (1,32.) non peccare πάντα τὸν κρίνοντα, sed eum tantummodo, qui dum ipse sit scelestus, scelestorum judicem agat efficiatur. Quibus considerandum est, Paulum, quum πᾶς ὁ κρίνων scriberet, pro certo et quod male in dubitationem vocaretur, sumsisse, *esse etiam Judaeos facinorosos* (cf. 3,23.), id quod deinceps tum identidem dicit (v. 1. τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. v. 3. 17. sq.) tum ostendit (2,10. sq.). Quamobrem Apostoli argumentatio haec est: *quoniam Deus iis qui indecora perpetrent gravissimas poenas constituit* (1,32.), *idcirco* (quum nemo non sit scelestus: cf. 3,23.) *non habes quo te defendas, o homo, quisquis judicis personam suscipis* i. e. *te dico Judaeum.* (2,1. διὸ — πᾶς ὁ κρίνων.) *Non*, inquam, *habes quo te defendas* (ἀναπολόγητος εἶ). *Nam in quâ re alterum damnas temetipsum condemnas, quum eadem, quae gentiles, perpetres gentilium judex* (ἐν ᾧ — πράσσεις ὁ κρίνων). V. 2. οἴδαμεν] h. e. non *nos scimus Judaei, divinitus instituti* [*Kopp., Cram., Flatt.* al.], sed *nos scimus homines* i. q. *nemo est, qui*

Digitized by Google

ignoret, certum est, [*Limb., Fuchs., Rueck.* al. cl. Rom. 3,19. 7,14. 8,28.]. τὸ κρίμα] Mt. c. a. τὸ κρῖμα, atque ita scripsit v. c. *Lachm.*. Atticos vocabulum in poëtis atticis perraro obvium et scripsisse et pronuntiasse κρῖμα tum Aeschyl. Suppl. v. 395. οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα μὴ μ' αἱροῦ κριτήν, tum Latinorum crimen ostendere videtur. Sed seriores scriptores κρῖμα pronuntiasse non credo. Vide not. ad v. 9.. κατὰ ἀλήθειαν] h. e. *ut veri ratio exigit*, quae sine cupiditate judicem *facinora* vindicare jubet vetatque eorum, qui in eâdem noxâ sint alios ad supplicium dare, parcere aliis. Itaque v. κατὰ ἀλήθειαν hunc sensum fundunt: *ut justitiae norma flagitat*, i. q. κατὰ δικαιοσύνην, οὐ κατὰ προσωποληψίαν, (v. 11.), οὐ κατ' ὄψιν (Joh. 7,24.), οὐ κατὰ τὴν σάρκα (Joh. 8,15.). Cf. LXX Prov. 29,14. Βασιλέως ἐν ἀληθείᾳ κρίνοντος πτωχοὺς, ὁ θρόνος αὐτοῦ — καταστα θήσεται. Joh. 8,16. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν. Proxime autem cohaerent v. τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ ἐστιν ἐπὶ τοὺς — πράσσοντας (cf. Act. 4,33. — χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς. Act. 5,5. καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας —. al.) eoque fine v. κατὰ ἀλήθειαν adjecta sunt, ut qui Dei judicium in homines facinorosos ingruat constituant: *nemo autem ignorat, Dei judicium, ut justitiae rationes postulent, eos invadere, qui talia* (qualia gentiles 1,24. sq.) *committant.* Quocirca errarunt, qui vv. τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν copulaverunt, ut idem declararent, quod τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ ἐστιν ἀληθές. *Raphelius* autem (Annot. ex Polyb. et Arriano ad h. l.), cui *Kopp.* et *de Ammon* assensi sunt, vocc. κατὰ ἀλήθειαν, nach Wahrheit i. q. ἀληθῶς, ὄντως [vid. Polyb. 16,19. καὶ γὰρ ἦν τοῦτο κατ' ἀλήθειαν. cl. LXX Jer. 26,15. — ὅτι ἐν ἀληθείᾳ (in Wahrheit, *vere*) ἀπέστειλέ με κύριος —.] esse ratus hunc l. sic enarravit: *certum est, Dei judicium re verâ in eos ingruere, qui talia perpetrent.* At ne v. κατὰ ἀλήθειαν hoc pacto languere conquerar, rei veritate vocabulis οἴδαμεν δέ satis superque significatâ, Raphelii consilio orationis perpetuitas obstat, quae *ad justitiae normam ac sine cupiditate* Deum homines improbos punire, non *re verâ* Deum eos punire ut h. l. dicatur flagitat. Absolvit enim P. hoc vs. argumentationem, quâ πάντα τὸν κρίνοντα ἀναπολόγητον εἶναι demonstraret. *Frustra te purgare studeas quisquis judicem agis* (i. e. o Judaee). *Nam in quâ re alterum damnas, temetipsum condemnas, quum eadem* (quae gentiles) *facias* (gentilium) *judex. Certum est autem, Dei judicium, ut justitiae leges postulent, in eos ingruere, qui talia* (qualia gentiles 1,24. sq.) *perpetrent.* Itaque *tua* quoque facinora Deus

Deus *justitiae* normam sequi solitus poenis persequetur nullo-que jure improborum gentilium judicem agis. Etiam vs. 3. *Raphelii* interpretationem falsam, quam nos iniimus veram esse ostendit. V. 3. Quamquam ex iis, quae Ap. *de Dei justitiâ* v. 2. dixit, etiam improbos Judaeos Deo poenas daturos esse consequebatur, tamen quo minus id Judaei faterentur tum eorum superbia ex suae gentis admiratione nata tum prava de Dei indulgentiâ et benevolentiâ opinio, quâ qui sibi hactenus favisset eum ne in posterum quidem se puniturum esse putarent, impedire eos poterat. Itaque P. et illam superbiam (v. 3.) et hanc opinionem (v. 4.) absurdam esse declarat. Potuerat sane P. Ἡ λογίζῃ τοῦτο —; *An hoc opinaris* —? scribere (cf. *Rueck.*), ut novam hoc vs. periodum ordiretur. Sed non minus aptum est, quod posuit: λογίζῃ δὲ τοῦτο —; dum modo vs. 2. post πράσσοντας aut virgulâ locatâ, aut Colo posito versum 3. cum v. 2. arcte consociaveris: *Novimus autem — —: tu autem hâc opinione duceris — —?* (i. e. tu autem tam absurdus es, ut —?). V. λογίζεσθαι, quod si ejus originem spectes, nihil nisi *censere*, quod ejus sit qui rem accurate perpenderit, valere posse existimes tamen in N. T. etiam significare *opinari*, quod male argumentatus faciat, ut h. l. 14,14. 2 Cor. 10,2., contendit *Rueck.*. Duxit igitur V. D. λογίζεσθαι *censere* ab ὁ λόγος *ratio, consilium*, quod ducendum fuerat ab ὁ λόγος *computatio*. Quare λογίζεσθαι proprie notat *rationes computare*; deinde quum argumentandi judicandique sollertia cum ejus qui rationes ineat mentis agitatione compararetur, metaphorice *argumentari, censere, opinari* significat. Non mirum autem est, quod λογίζεσθαι et *censere* et *opinari* valet. Nam tum *qui censet* tum *qui opinatur* calculos subduxit, *bene* ille, hic *male*. σύ] Haec vox emphasin habet: *tu ut Judaeus* (*Beng.*, *Boehm.*, *Rueck.*). Nam Judaei, se ut Abrahami posteros, Deo adeo caros esse putabant, ut ne improbis quidem Israelitis geennae tormenta metuenda opinarentur, sed omnibus promiscue vitae aeternae beatitatem destinarent (Thorath adam f. 100. c. 2. כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא). Eâ enim lenitate Deum Israelitarum facinora puniturum esse, ut vitae aeternae jacturam non paterentur [vid. Matth. 3,7 — 9. et ibi not. cl. *Eisenmenger*. Entdecktes Judenth. T. II. p. 293.]. Sensus: *Deum justitiae legem sequutum talium facinorum auctores punire certum est* (v. 2.): *tu autem opinaris, o homo, qui talia perpetrantium censor ea perpetras, fore, ut tu, Judaeus, Dei judicium effugias* —? (v. 3.) Ain' tandem? *Proh Deus immortalis! Stultam hominis superbiam! Calvin.*: „A *minori* est argumentum. Nam si *hominis* ju-

Digitized by Google

dicio obnoxia esse flagitia oportet, *multo magis Dei*, qui judex est unicus omnium." Ita etiam *Chrysost.*. Qui quod σύ pondus habet, id *male* in verbis τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ reposuerunt. Nam hoc pacto P. — ὅτι τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ ἐκφεύξῃ; dicere debuerat. V. 4. Ἡ χρηστότης est *benignitas*, quae in dandis beneficiis cernitur (Tit. 3,4. cl. Luc. 6,35.): ἡ ἀνοχή (3. in m. pro ἀνοχῆς habet ἀναβολῆς i. e. *dilatio*, e gloss.) *indulgentiam* notat, quâ jus tuum non continuo exsequutus ei qui te laeserit spatium des ad resipiscendum: ἡ μακροθυμία *clementiam* (cui ἡ ὀξυθυμία *iracundia*, *excandescentia* opponitur cf. etiam Jac. 1,19.) significat, quâ irae temperans delictum non statim vindices, sed ei qui peccaverit poenitendi locum rellinquas. Haec tria voce. P. cumulavit, quo melius quam late Dei bonitas pateret lector sentiret (Exod. 34,6.) ὁ πλοῦτος τῆς χρηστότητος κ. τ. λ. *abundantia benignitatis Dei* h. e. *benignitas Dei opibus, quibus hominibus beneficiat, abundans, larga benignitas* cf. Eph. 1,7. ὁ πλοῦτος τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ. 2,7. 3,16. Col. 1,27. 2,2. Rom. 9,23. 11,33. Plato Euthyphr. p. 12. — τρυφᾷς ὑπὸ πλούτου τῆς σοφίας. τὸ χρηστὸν τ. θ. εἰς μετάνοιάν σε ἄγει] *Dei benevolentia ad poenitentiam te ducit* h. e. *viam tibi ad animi emendationem monstrat* (cf. *Luther.*). Appian. de bellis civil. 2,63. οἱ δὲ θεοῦ σφᾶς ἐπὶ μετάνοιαν ἄγοντος τὸ ἁμάρτημα ἠδοῦντο —. Quare praeter necessitatem *Kopp.*, *Kypk.*, *Flatt.* al. ἄγει *de conatu* enarrarunt: *ducere conatur*, *vult*. Ac propterea Deum lenem se hominibus facinorosis praebere eorumque poenas differre, ut, quo nihil magis Deus expetat, resipiscant, ne quis sibi pestem machinetur alii quoque scriptores professi sunt, cf. Jes. 65,2. Sap. 11,23. 2 Petr. 3,9. Synopsis Sohar p. 50. n. 8.. ἀγνοῶν] *Grot.*, *Kopp.*, *Thol.*, *Rueck.* al. male explicant *non considerans*. Nam quod ידע *scire* etiam *attendere*, *reputare* passim significare contendunt, errant sensu cum significatu confuso, vid. v. c. Jerem. 2,23. cl. v. 24.. Temere autem *Tholucc.* citat tum Sap. 7,12. — ἠγνόουν δὲ αὐτὴν [τὴν σοφίαν] γενέτιν εἶναι τούτων· ubi ἀγνοεῖν esse *nescire* e v. sq. v. 13. ἀδόλως τε ἔμαθον, ἀφθόνως τε μεταδίδωμι —. cognoscitur, tum Act. 23,5. οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς. h. e., ut vel ex ᾔδειν Plusquamperfecto intelligitur, *nesciebam* (scil. tum quum acerbius in eum inveherer vs. 3.: ich wußte in dem Augenblicke nicht), *eum esse summum pontificem* i. e. ad *sensum*: *non reputabam*. Cf. Luc. 2,49. οὐκ ᾔδειτε, ὅτι —; *nesciebatisne* (nempe quum animo sollicito me quaereretis) —? Neque alia res illam interpetationem genuit, nisi quod VV. DD., quum non satis subtiliter hunc l. perpendissent, si

Digitized by Google

καταφρονεῖν *contemnere* et ἀγνοῶν *quoniam ignoras* explicetur, ineptam esse sententiam sibi persuaserunt. Ita *Rueckert.* *ignoratio*, inquit, *contemtus causa esse nequit.* Profecto *rem quam ignoras* despicatui habere non potes. Qui enim aut admireris aut despicias quod ne noveris quidem? Sed illud fieri sane potest, ut rem idcirco spernas, quoniam *veram ejus rationem* aut pretium ignores quidque in eâ sit emolumenti nescias. Sic h. l. P. Judaeos largam Dei benignitatem propterea contemnere recte affirmet, quod ei pretium statuere non didicerint eamque ad morum emendationem viam hominibus monstrare ignorent: *an tu opulentam Dei benignitatem et indulgentiam et clementiam contemnis, quia ignoras Dei benevolentiam viam tibi ad poenitendum monstrare?* Temere tu, inquit, Judaee, in *tua* scelera non animadversurum Deum esse credis (v. 1. 2.), quia, quem multis saepe rebus benignum et clementem expertus sis, ab eo tibi non metuenda sit poenarum acerbitas *contemnisque*, quâ grato animo agnitâ ad poenitentiam flecti debebas, Dei benevolentiam, *quoniam ignoras, quod te scire oportebat*, Dei clementiam hoc spectare, ut homines scelerati resipiscant, non ut impunitatis spem concipiant? Haud scio tamen, an simplicius καταφρονεῖς, ἀγνοῶν explicetur *contemnis nesciens* i. e. καταφρονεῖς καὶ ἀγνοεῖς *contemnis neque scis: an opulentam Dei benignitatem contemnis* (quod *impium* est) neque scis (*quod nescire turpe est*), *Dei benignitatem* etc.. Itaque vs. 3. et 4. haec est subjecta sententia: Si te impune peccaturum speras, Judaee, aut temere inflatus (v. 3.), aut impius et consiliorum div. ignarus v. 4. sis necesse est. V. 5. et 6. κατὰ — καρδίαν] *pro* (nach Maaßgabe) *pervicaciâ autem tuâ et animo poenitentiae clauso* i. e. *quo autem es animo pervicaci et poenitere nescio* —. Cf. Tit. 3, 5. 1 Petr. 1, 3.. Perperam *Raphel.* Annot. ex Polyb., *Kopp.* al. κατὰ τὴν σκληρότητά σου κ. τ. λ. idem esse quod τῇ σκληρότητί σου i. e. διὰ τῆς σκληρότητός σου κ. τ. λ. perhibent. Nunquam enim κατά cum Accus. idem pollet quod Dativus instrumentalis, sed in iis quae afferunt l. *secundum*, zufolge i. e. *propter* valet, v. c. Arrian. de exp. Alex. 5, 21, 4. — κατ' ἔχθος τὸ Πώρου μᾶλλον ἢ φιλίᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου. Act. 3, 17. cf. *Matthiae* ausf. gr. Gr. II. p. 1153.. 1 Cor. 12, 8. ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως [scil. γίνεται] κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα vv. κατὰ τὸ αὐτο Πνεῦμα *propter eundem spiritum* rem minus accurate definiunt, quam quae praecedunt διὰ τοῦ Πνεύματος et consequuntur vs. 9. ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. Ἀμετανόητος vim *activam* habet (cf. not. ad 1, 19.) *animus, qui resipiscere non potest, poenitere nescius* (dem der Reue unzu-

Digitized by Google

gänglichen Herz). Enervat hunc l. *Grot.*, quum explicat: *animus, qui poenitentiam non agit.* Apparet enim *gravibus* v. obstinatum Judaeorum animum, quem jam τῆς σκληρότητος nomine nuncupasset, Paulo h. l. significandum fuisse. Bene autem delegit v. ἀμεταν όητος, quod eo majorem vim habet, quod ad v. v. 4. — εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; pulchre refertur. Hanc venustatem obscurat glossema 65. ἀμεταμέλητον καρδίαν (2 Cor. 7,10.), tollit interpretamentum Theodoreti in catenâ ἀμετάθετον καρδίαν (*immotum* animum). θησαυρίζεις] Ne hoc quidem v. aculeo destitutum est. Alludit enim ad τὸν πλοῦτον τῆς χρηστότητος τοῦ θεοῦ κ. τ. λ. v. 4. h. s.: (magnis div. benignitatis opibus contemtis v. 4.) *tibi ipsi tanquam thesaurum acervas iram* (Dei, poenas infligentem cf. not. ad 1,18.). Cf. Hebr. 11,26.. V. θησαυρίζω tum in bonam partem (Tob. 4,9.), tum in malam (ut h. l. LXX. Prov. 1,18. Eurip. Ion. v. 940. ed. *Herm.* μέγας θησαυρὸς — κακῶν) usurpari *Kypk.*, *Morus* al. observarunt. Quae observatio inutilis est. Nam bona et mala, utilia et pestifera aeque *acervari* posse quivis intelligit neque quidquam θησαυρίζειν, sive de bonis sive de malis agatur, significat nisi *acervare.* σεαυτῷ] *tibi ipsi* h. e. in tuam tibi pestem. Est igitur in hâc voce temeritatis exprobratio. ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς] Male *Luther.*, *Calvin.*, *Wolf.*, *Heum.* al. *in diem irae* exponunt. Nam sic dicto opus fuerat εἰς ἡμέραν ὀργῆς Tob. 4,9.. Phil. 1,10.. Imo hoc P. dicit: *acervas tibi ipsi irae div. thesaurum, die irae* h. e. *quo ea die poenarum irrogatione in homines improbos effundetur*, (*die extremi judicii* Act. 17,31.) i. e.: *tibi ipse poenarum cumulum paras eo die, quo poenae divinae infligentur.* Perscribuntur enim a Deo cujusque hominis et bene et male facta in Codicibus, ut ex iis quae ibi consignata sint de singulis hominibus judicium aliquando faciat Messias Apoc. 20,12. cl. Matth. 5,12.. Unde quantum culpae admittitur tantum poenae colligitur, quod tum subeundum sit, quum Messias judicium exerceat. Vocatur solemnis Messiani judicii dies ἡμέρα ὀργῆς, quatenus tum homines non probi Dei iram sentient h. e. poenas Deo dabunt Apoc. 6,17.. N. T. scriptores hujus diei et notionem et nomen (Zephan. 2,2. 3. יום אף־יהוה Ez. 22,24. יום זעם) a V. T. prophetis, qui saepe *diem Jehovae* (יום יהוה Ez. 13,5. Joel. 1,15. 2,1. al.) hominibus impiis denuntiant, quo justas poenas luant, mutuatos esse constat. Neque illud obscurum est, de industriâ P., ut verborum gravitate lectorum animos pelleret, vocc. ὀργή vocc. ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς proxime admovisse. καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ] Haec conformationis resse-

Digitized by Google

ptae lectio hanc sententiam fundit: *eoque die, quo justum Dei judicium* (quod priusquam habeatur neque est nec conspicitur) *manifestabitur oculisque subjicietur*. Cf. Rom. 8, 19. ἡ ἀποκάλυψις τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ. Sed καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ D. ex emend. 17. 23. 31. 37. 38. Mt. m. g. q. c. b. e. f. d. a. k. et plurima alia subsidia offerunt, quorum scripturam *Millio* Prol. §. 800. aliisque probatam *Bengel.*, *Matthaeius*, *Kopp.*, *Knapp.*, *Vater.* al. receperunt. Non repugno. Primum enim adversus tot subsidiorum auctoritatem haud sane tendam. Deinde quamquam haec lectio verbis v. 4. τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας minime commendatur, (ut *Bengel.* in Gnom. et *Boehm.* putarunt), quoniam voce. v. 5. ἐν ἡμέρᾳ — τοῦ θεοῦ neque illis v. opponuntur neque ullo vinculo cum iis cohaerent illud tamen eam corroborat, quod totius hujus l. v. 3 — 10. commoto animo scripti plena est et grandis oratio. Apte igitur h. l. P. extremi judicii notionem tribus vocc. nervose enuntiaverit. Ἡμέρα ἀποκαλύψεως dies appellatur, quo Christus, qui nunc in coelo locatus omnium oculis subtractus est Col. 3, 2., magnâ cum pompâ ut judicium habeat de coelo revertens rursus se hominibus in conspectum dabit. Qui solemnis Christi de coelo reditus in N. T. ἡ ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ appellatur 1 Cor. 1, 7. 2 Thess. 1, 7. al.. Graviter igitur P. hoc dicit: *die vindictae diu., die, quo Christus in conspectum se dabit et die, quo justum Deus* (per Jesum Messiam Rom. 14, 10.) *judicium habiturus est* (am Sonntage, am Erscheinungstage und am Tage des gerechten Gerichts Gottes). Origenis, Theophylacti aliorumque consilio, qui ἡμέραν ἀποκαλύψεως *diem quo clandestina hominum consilia et facinora palam fiant* (v. 16. 1 Cor. 4, 5. Matth. 10, 26.) explanant, hoc obstat, quod nude positum voc. ἀποκαλύψεως *cogitatorum factorumque promulgationem* declarare nequit. Sic igitur Genitivus, v. c. τῶν κρυπτῶν, τῶν ἐνθυμήσεων, τῶν βουλῶν vid. v. 16. et 1 Cor. 4, 5., Paulo addendus fuerat. Contra ἡμέρα ἀποκαλύψεως *dies quo Christus de coelo revertens compareat* sine ullâ ambiguitate dicitur, tum quia Christi de coelo reditus ἡ ἀποκάλυψις Ἰ. Χ. a nostris scriptoribus vocatur, tum quod h. l. de judicio extremo agitur, Messiam autem quo die de coelo in terram reverterit solemne judicium habiturum esse tum vulgo existimarunt 1 Cor. 1, 8. 1 Thess. 5, 2. al.. Sed *Flattus* quum καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τ. θ. per ἓν διὰ δυοῖν positum crepat: *et die manifestationis, nempe justi Dei judicii hujus* l. nervos frangit. Voc. ἡ δικαιοκρισία, *justum judicium*, etiam Hos. 6, 5. apud incertum in-

terpr., in Testam. XII. patr. (Fabric. Cd. Pseudep. V. T. I, p. 547 et 581.) et apud Justin. Mart. de resurrect. p. 223. inveniri monuit *Bretsch.* Lex. s. h. v.. Ceterum *Koppius* et *Lachm.* v. 4. post ἄγει virgulâ locatâ et v. 5. post τοῦ θεοῦ percontationis signo posito, versu 4 et 5. *unam* interrogationem comprehendi putant: *an div. benignitatis opulentiam contemnis, nesciens Dei benevolentiam ad emendandos mores viam tibi monstrare, acervas autem tibi pro pervicaciâ tuâ et animo poenitere nescio poenarum thesaurum quo die poenae infligentur —?* h. e. *nonne absurde facis, quod div. benevolentiam spernis et tibi poenarum cumulum — comparas?* Haec vv. junctura et per se contorta est, quod facile sentiat quicunque hanc l. de illorum VV. DD. sententiâ pronuntiet, et improbabilis propterea, quod versus 5. cum v. 6., qui percontationem respuit, tam arcte cohaeret, ut ab eo male divellatur, et falsa idcirco, quoniam totus vs. 5. non, ut v. 3. et 4., qui Judaei temeritatem aut derideat aut insectetur, sed qui Judaeum potius admoneat ejusque vicem doleat scriptorem refert. Itaque cum vulgo a v. 5. novam sum periodum exorsus h. s.: *Ira tuâ autem pervicaciâ et animo poenitere nescio acervas tibi ipsi* (quod deploro) *irae div. thesaurum quo die Deus iram effundet, quo die Christus de coelo revertetur et quo die justum Deus judicium habebit, qui unicuique quae fecerit remunerabitur.* Vocabula vs. 6. tantum non verbotenus conspirant cum Ps. 62, 12. Prov. 24, 12. LXX. cf. Matth. 16, 27. 25, 31. sq. 2 Cor. 5, 10. Apoc. 2, 23. 20, 12. 22, 12.. Quo jure P. quod vs. 6. legitur, affirmarit ad v. 10. dicetur. V. 7. et 8. Explicatur v. ἑκάστῳ v. 6.: *unicuique quidquid promeritus sit Deus rependet, ita ut homines probos sempiternae vitae felicitate ornet* (v. 7.), *improbos gravissimis poenis afficiat* (v. 8.). Vocc. v. 7. plerique explicatores (v. c. *Origenes, Theophyl., Heum., Kopp., Morus, Boehm.* al.) ita struunt, ut verbis τοῖς — ζητοῦσι in unam notionem conjunctis ante v. ζωὴν αἰώνιον e v. 6. ἀποδώσει mente repetant. Quae ratio ut bonam sententiam praebeat, tamen habet, quod merito displiceat. Id tum afferam, quum singula v. ad illorum interpretum sententiam explanavero. κατ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ] *pro bene facti* (i. e. virtutis) *constantiâ* i. q. *pro constante virtute.* Cf. 1 Thess. 1, 3. ἡ ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος — Ἰησοῦ Χριστοῦ *spei in Jesu Chr. repositae constantia.* Argutantur qui Numerum singularem ἔργου ἀγαθοῦ propterea a P. h. l. positum dictitant, ut vitam aeternam non hoc illove pulchre facto parari, sed uno bene facto ad hanc rem opus esse h. e. animo in virtutem verso ad eamque inclinato indicaretur (hoc, opinor,

Digitized by Google

sibi voluerunt *Beng.*, *Tholucc.* et *Klee.*). Nam ἔργον ἀγαθοῦ vi collectivâ instructum (Apoc. 22,12.) ab ἔργων ἀγαθῶν nihil differre ex eo cognoscitur, quod P. h. l. generalem v. 6. sententiam: ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ad homines probos transfert. δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν] P. pro animi sui commotione sempiternae vitae beatitatem, quam deinceps ζωὴν αἰώνιον appellat, horum trium vocc. ubertate enuntiat. Ac δόξαν *splendidam conditionem* eam nuncupat, quia summus erit hominum piorum in Messiae regno et in aeternâ vitâ splendor (cf. Matth. 13,43. 2 Cor. 4,17. et *Ewald.* ad Apoc. 2,28.): porro τιμὴν *dignitatem*, quoniam tantus iis tum honor tribuetur, ut Christo sint imperii consortes (vid. 2 Tim. 2,12. Apoc. 20, 6. cl. 1 Petr. 2,9. Apoc. 1,6.): postremo ἀφθαρσίαν *immortalitatem* (1 Cor. 15,53. sq.), quia *sempiterna* tum erit et quae morte non finiatur (Apoc. 21,4.) felicitas. Detrahit orationi Paullinae vim ac robur *Flattus*, qui v. καὶ ἀφθαρσίαν per ἓν διὰ δυοῖν ad vocc. τιμὴν καὶ δόξαν adjecta putat: *splendorem et honorem, nempe immortalitatem* i. q. *splendorem et honorem sempiternum*, neque minus *Tholuccius*, qui v. δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν per schema hebraicum, quod ipse nimirum commentus est et quod ingeniose *Hendiatria* (vir minus ingeniosus, sed graece doctior ἓν διὰ τριῶν dixisset) vocat, idem valere opinatur, quod δοξαστὴν καὶ τιμητὴν ἀφθαρσίαν *splendidam et honoris plenam immortalitatem*. Quare hic vs. de *Origenis* al. opinione ita comparatus est: *eos qui pro constante virtute splendorem et honorem et immortalitatem sibi quaerunt vitâ aeternâ remunerabitur*. Sententiam bene conclusam esse apparet, quae hûc redeat: *dabit Deus iis qui pro constante virtute vitam aeternam sibi quaerunt id ipsum, quod expetunt*. Sed id vitii haec struendi ratio habet, quod efficit, ut vs. 7. neque ipse concinnus sit neque ad v. 8. concinne referatur. Tot enim verbis τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι et quae suâ ipsorum mole laborent tum in hoc vs. duo dumtaxat vocc. ζωὴν αἰώνιον respondeant, tum v. 8. paucissima τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας opponantur. Ab hâc quam modo exagitavi interpretatione *Beza* et *Herzogius* apud *Wolfium* hoc uno discedunt, quod ἔργου ἀγαθοῦ a v. καθ' ὑπομονήν male avulsum cum v. sq. δόξαν κ. τ. λ. consociant: *iis, qui secundum patientem exspectationem quaerunt boni operis gloriam et honorem et immortalitatem, vitam aeternam concedet*. Ita perplexe sane et inusitate P. ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν dixisset *splendorem et honorem et immortalitatem cum virtute congruam et in quibus justum es-*

Digitized by Google

set virtutis praemium. Vere hunc l. *Griesbachium* et *Knappium* explicuisse arbitror, qui post ἀγαθοῦ et rursus post ζητοῦσι virgulam locaverint. Scilicet arcte, ut unam notionem constituant, cohaerent v. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ eaque deinceps illustrantur vocabulis ἀσυνδέτως adjectis δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ad. v. autem ζωὴν αἰώνιον e v. 6. ἀποδώσει mente addendum est. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ] scil. οὖσι. Significat εἶναι κατά τι nach einer Sache ſein, d. h. die Eigenſchaft einer Sache an ſich tragen, *rei respondere, rem redolere, rei indolem referre.* Quare οἱ καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ ὄντες sunt οἱ ἐν ἔργῳ ἀγαθῷ ὑπομένοντες, *homines, qui virtutis constantiam referunt, homines qui in virtute perstant.* Ita infra 8,5. οἱ κατὰ σάρκα ὄντες et οἱ κατὰ Πνεῦμα dicuntur qui τὴν σάρκα et τὸ Πνεῦμα redolent i. e. οἱ σαρκικοί et οἱ πνευματικοί. [Dissimilis est l. a *Wahlio* Cl. maj. I, p. 800. huc relatus Act. 25,23. — σύν τε [τοῖς] χιλιάρχοις καὶ ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν [οὖσι] τῆς πόλεως — *et cum tribunis et cum viris ad civitatis nobilitatem pertinentibus* — die zur Nobleſſe des Staats gehörten — i. e. cum nobilibus in civitate viris. — ἀνδράσι τοῖς ἐξόχοις τῆς πόλεως. Cf. *Lennep.* ad Phalar. ep. 19. p. 106. sq. ed. Lips., qui apte citat Lucian. Rhetor. Praec. c. 11. ὡς οὐχὶ τῶν καθ' ἡμᾶς τίς ἐστιν, οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδομεν, ἀλλά τι ξένον φάσμα —. „*non esse de nostro genere aliquem.*" Adde Dial. meretr. 14,4. — ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς εὗρήσω Δελφίδα ἢ Κυμβάλιόν τινα τῶν κατ' ἐμέ —. Recte vertit *Gesnerus: mei ordinis mulierculam.*] Ne quis in epexegesi copulam requirat (καὶ δόξαν: cf. v. 8. καὶ ἀπειθοῦσι κ. τ. λ.), ante v. δόξαν Articulum τοῖς ex antecedentibus mente adjiciendum esse moneo: *eos qui in virtute perstant, qui splendorem — — sibi quaerunt, vitâ aeternâ remunerabitur.* (ita hujus vs. membra praeclare respondent versui 8.), quamquam cui hoc minus placeat ei ζητοῦσι enarrare per me licet: *quum sibi quaerant.* Cetera VV. DD. de hoc l. consilia vix mentione digna sunt. Contorte enim quae ob verborum ordinem separanda sint copulant, quae connectenda disjungunt. Huc et *Lutheri* interpretatio pertinet, qui v. in hunc modum composuit: τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ ζωὴν αἰώνιον ζητοῦσιν ἀποδώσει δόξαν κ. τ. κ. ἀφθ., et Oecumenii, qui (ed. Veron. 1532. fol. p. 257. cf. librum meum: Ueber die Verdienſte des D. Tholuck um die Schrifterklärung u. ſ. w. p. 119. sq. Halis 1831. 8.) v. sic struenda putavit: τοῖς μὲν κατ' ὑπομονὴν (scil. ἀποδώσει) ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ζητοῦσι ζωὴν αἰώνιον. *iis qui calamitates fortiter perferant*

Digitized by Google

(ita etiam schol. apud Matth. ed. maj. v. τοῖς καθ' ὑπομονὴν explicat) *splendorem* — — *virtuti respondentem rependet, quum vitam aeternam sibi quaerant.* — Voc. ἐριθείας *partium studium, malitiosam fraudum machinationem*, Ränkesucht, denotare, sed hoc vitium pro omnis generis vitiis h. l. P. posuisse, quo modo ἡ ἀδικία *injustitia* saepe *omnis generis improbitatem* declarat, Excursu, quem huic capiti subjeci, docere conatus sum. Sunt igitur οἱ ἐξ ἐριθείας *homines qui a malarum fraudum machinatione originem ducunt, qui malitiam tanquam parentem habent, homines malitiosi* (οἱ ἐριθευόμενοι) i. e. h. l. *homines nequam.* Cf. Job. 18, 37. ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας *qui a veritate originem trahit, veritatis filius* i. e. *veritatis amans.* Rom. 3, 26. ὁ ἐκ πίστεως *fidei filius*, i. q. ὁ πιστεύων. Cujusmodi sint οἱ ἐξ ἐριθείας P. exponit verbis καὶ ἀπειθοῦσι — τῇ ἀδικίᾳ. *Origenes*, qui v. τοῖς ἐξ ἐριθείας ἀπειθοῦσι κ. τ. λ. arcte copulet, καί, quod omnia subsidia critica agnoscunt, in suo Codice non repperit. Voculam μέν, quae tantum a B. D* G. It. Vulg. absit, non deleam cum *Lachm.* Est enim aptissima, quum v. καὶ ἀπειθοῦσι — τῇ ἀδικίᾳ e negante (καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ) et affirmante (πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ) membro composita, unam conjunctim pravorum hominum notionem complectantur. Ἡ ἀλήθεια hic in universum notat *quod in relligione verum est*, sive ejus notitiam divinae institutioni acceptam referas, sive id sollerti meditatione ipse indagaris, religiöse Wahrheit überhaupt, (cf. 1, 18.). Generalis est enim et quae Judaeos et paganos aeque comprehendat Pauli oratio (cf. v. 9. 10.). Unde male *Pelagius* τὴν ἀλήθειαν „*evangelicam veritatem*" explicat. Perperam *Rueck.* πείθεσθαι τῇ ἀδικίᾳ interpretatur *desiderio, quae in vetitum nitimur, parere.* Habet enim ἡ ἀδικία in hâc formulâ *personae* dignitatem, *improbitati tanquam domino parere.* Per eandem prosopopoiiam Gal. 5, 7. — τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι P. scripsit. ὀργὴ καὶ θυμός] Haec v. ita differre, ut θυμός *excandescentiam* significet h. e. *iram quae continuo effervescat neque ita multo post defervescat*, ὀργή *indignationem* denotet, *quae paullatim orta in animo insidat eumque diutius exulceret* bene monuerunt veteres Grammatici, ut *Ammonius*, *Suidas* al.; vide Isidor. Pelus. IV, 223. et *Wetst.* ad h. l.. Est enim hoc discrimen utriusque vocabuli naturae consentaneum. Nam quemadmodum de vehementioribus animi perturbationibus θυμός usurpari solet, ita ὀργή proprie *ingenium, animi habitum* declarat: vid. *Erfurdt.* ad Soph. Antig. v. 354.. Apoc. 16, 19. 19, 15. alterutrum v. non redundat, sed valet ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς *iras excandescentia*, i. e.

Digitized by Google

vehemens ira. Nostro l. P. pro commoto animo ubertatem consectatus utrumque voc. posuit, quo magis irae div. cogitatio lectorum animos feriret. Quodsi cum vulgo θυμὸς καὶ ὀργή collocamus, hoc dicitur: *hominibus nequam — Dei excandescentia et ira erit* i. e. *habebunt iram, quae non continuo sedetur sed perduret*, ergo etiam, quum Dei ira poenarum fons sit (cf. not. ad 1,18.), *certissimas poenas.* Sin cum *Knappio*, *Lachm.* et nobiscum lectionem per libros [A. B. D. E. G. 21. 37. 41. 73. Mt. f. Syr. It. Vulg. al.] firmiorem ὀργὴ καὶ θυμός receperis, hic sensus exit: *erit hominibus improbis ira et excandescentia* h. e. *ira et vehemens quidem* (ergo etiam poenarum tristitia et acerbitas). Invertit autem P. inchoatam structuram quo modo ne classicus quidem scriptor eam invertere dubitasset, quum ὀργὴ καὶ θυμός scil. ἔσται scriberet, quia non satis commode ὀργὴν καὶ θυμόν scil. ἀποδώσει v. 6. dici ipse sensisset (cf. *Heum.*). Licuerat ei sic loqui τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας — — ἀδικίᾳ κόλασιν αἰώνιον (ἀποδώσει). *Origenes*, perditus nugarum amator, et *Theophyl.* P. consulto non ὀργὴ καὶ θυμὸς ἀποδοθήσεται, sed ὀργὴ καὶ θυμός scil. ἔσται dixisse perhibent, ut poenas suâ quemque perversitate sibi potius conflare, quam eas a benevolentissimo et optimo numine proficisci, indicaret. Quas nugas minus miror, quam quod *Bengel.* Colo posito post ἀδικίᾳ verbisque ὀργὴ καὶ θυμός ad v. 9. relatis, versui 8. (τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας — τῇ ἀδικίᾳ·) *aposiopesin* obtrusit. V. 9. et 10. Sententiam v. 7. et 8. enuntiatam, quo magis ejus pondus sentiatur, P. repetit et ita quidem ut *omnium* promiscue hominum (v. 9. ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν κ. τ. λ.; v. 10. παντὶ τῷ ἐργ. κ. τ. λ.) notionem acuat. Est igitur v. 9. et 10. ἔσται supplendum, ut P. quae improbis sit et quae probis hominibus fortuna *futura* rursus graviter declaret. Incipit autem a miserâ pravorum hominum conditione v. 9., cui deinceps summam piorum hominum felicitatem opponit v. 10., quia ut ante dicta iteret v. 9. 10., iis quae v. 8. continentur, maxime invitatur. Scilicet praemia virtuti a Deo proposita esse a quovis facile concedebatur: illud Judaei vulgo negabant, fore, ut sua maleficia Deus vehementius vindicaret; cf. not. ad v. 3.. θλίψις καὶ στενοχωρία] Haec duo voce., quorum posterius gravius est (2 Cor. 4, 8. — ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι, ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι —·) *summae* miseriae notionem exhauriunt: *calamitas et angustiae* h. e. *summa calamitas.* Ut h. l. P. (cf. 8,35.), ita etiam alii scriptores utrumque voc. componunt, v. c. Artemid. 1,79. 2,37. 3, 57. sq. ed. *Reiff.* et LXX Jes. 8,22., ubi Jesaias צָרָה וְחֶשְׁכָה

habet, et 30,6., ubi propheta צָרָה וְצוּקָה posuit. Vide *Wetst.* ad h. l. et *Hemsterhus.* ad Luc. Nigrin. c. 13. T. I. p. 266. ed. *Lehm.*. Quia syllaba paenultima v. θλῖψις naturâ longa est, VV. DD. in N. T. nunc θλῖψις scribere solent, v. c. *Schulzius* et *Lachm.* (cf. not. ad Marc. p. 572.). Haud scio an non recte. Nam quum Hellenistae in multis vocabulis paenultimam syllabam, quam attici scriptores recte produxissent, male corripuisse (v. c. πνίγος et ῥῖγος pro πνῖγος et ῥῖγος), quo modo qui latine balbutiunt *fatĭgant* et *propĭnant* pro *fatīgant* et *propīnant* pronuntiare solent, veteres Grammatici diserte testentur (vide *Lobeck.* ad Phryn. p. 107. et grammaticum apud *G. Dindorfium* Praef. ad Arist. Acharn. p. XV.), magnopere vereor, ne qui in N. T. θλῖψις, χρῖμα et alia hujusmodi voce. similiter scribat, non librariorum, sed *scriptorum* vitia corrigat. Itaque θλῖψιν aliasque similiter correptas voces retinebo, donec eas in N. T. producendas esse idoneis argumentis aliquis ostenderit. ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου] *Omnem animam hominis* per circumloquutionem pro *omni homine* scriptorem memorasse (cf. 13, 1.) docet vs. 10. (παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν). Male igitur *Rueckert.* eâ periphrasi non agnitâ P. hoc affirmare, fore ut sceleratorum hominum *animi* crucientur dictitavit. Qui ne hoc quidem consideravit, perferendos in geennâ cruciatus de ss. scriptorum sententiâ *ad corpus maxime* spectare [vid. Marc. 9,43. sq. Luc. 12,4. 5. cl. 16,24. et Matth. 10,28.]. Scilicet ob id ipsum homines impii a Messia in vitam revocabuntur, ut eorum corpora in tartaris torqueantur Joh. 5,29. Apoc. 20,13 — 15.. τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν] *Theophyl.*: — τὸ κακὸν κατεργαζόμενος, τουτέστιν ἐπιμένων καὶ μὴ μετανοῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν ἐργαζόμενος, ἀλλὰ κατεργαζόμενος, ἤγουν μελέτην ποιούμενος τὸ κακόν. Haec est vis Temporis praesentis (ὁ κατεργαζόμενος τὸ κακόν v. 10. ὁ ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν), non verbi compositi. Differunt sane VV. κατεργάζεσθαι et ἐργάζεσθαι, et quidem multis modis, quorum duo potissimum in N. T. frequentantur. Aut enim ibi κατά verbi simplicis vim auget (cf. v. c. καταλήθεσθαί τινος *alicujus plane oblivisci*), aut in deteriorem partem id flecti quod verbum simplex enuntiat exprimit (cf. v. c. καταλαλεῖν τινά *alicui obtrectare*). Illo pacto κατεργάζεσθαι *perficere* notat, maxime rem arduam factuque difficilem (Rom. 7,18. 15,18. Phil. 2,12. Jac. 1,20.), quum ἐργάζεσθαι sit *facere*; hoc κατεργάζεσθαι *perpetrare* significat dicturque de rebus, quae fiunt non honeste (sic h. l. Rom. 1,27. 7,17. 20. 1 Cor. 5,3. 1 Petr. 4,3. al. Evang. Thomae Israelitae c. 5. in S. Ven. *Thilenis* Cod. ap. N. T. I, p. 286.). Con-

Digitized by Google

tra ἐργάζεσθαι *facere* simpliciter declarans de bene facto (v. 10. Act. 10,35.) et de maleficio (Matth. 7,23.) aeque usurpatur. Similiter vernacule dicimus das Gute üben; das Böse verüben. Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος] G. 1. 37. Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Erunt fortasse, quibus haec scriptura elegantiae specie, quamquam vanâ, blandiatur, quia duas structuras, unam — στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου —, Ἰουδαίου κ. τ. λ., alteram — στενοχωρία παντὶ ἀνθρώπῳ — Ἰουδαίῳ κ. τ. λ., commistas contineat (cf. not. ad 1,12.). Temere enim e v. 10. a librariis suscepta est. Summam autem miseriam *improbos potissimum Judaeos* manere P. profitetur, ut homines extraordinariâ *institutione* a Deo dignatos. Nam quanto melius Dei praecepta cognoveris tanto plus culpae sustineas, quum illa non observaris Luc. 12,47. 48.. Contra Ap. v. 10. gloriam, honorem et felicitatem *probis potissimum Judaeis* auguratur idcirco, quia Judaeorum nationi, quae in suâ esset clientelâ, beatitatem prae ceteris Deus destinasset (cf. not. ad 1,16.). Sed quod P. Deum unicuique quidquid factis suis promeritus fuerit aliquando redditurum esse v. 6. affirmavit, id quoniam cum hâc Ap. sententiâ: *integritatem quae Deo placeat et aeternam felicitatem afferat fide in Christo reposità comparari* (cf. not. ad 1,17.) parum convenire visum est, curâ et sollicitudine Theologos affecit. Quâ ut animos liberarent, quemadmodum etiam alias saepe fecerunt, Paulum sibi constare *ex suae quisque sectae placitis* cupide ostendere conati sunt (cf. v. c. *Melanthonem* in Commentariis ad h. l. et *Balduinum*). Ac si P. h. l. *de hominibus christ.* exponeret, sine ullâ repugnantiâ in unumquemque hominem christ. *pro factorum merito* Deum aliquando consulturum esse v. 6. diceret (cf. 2 Cor. 5,10. Eph. 6,8.). Nam quum *fides* a P. commendari solita non disjuncta sit a virtute, sed cum eâ plane consociata (cf. not. ad 1,17.), illa vox ad hanc sententiam rediret: talem unumquemque hominem christ. a Deo fortunam habiturum, quae cujusque *fidei* respondeat. At quum de omnibus promiscue hominibus agat ac *probis Judaeis et paganis* vitae aeternae felicitatem spondeat (v. 7. et 10.), sane parum constanter his aliquid h. l. concedere videtur, quod et alias ab iis abjudicet, et h. l., si sibi consentire voluerit, ab iis abjudicare debuerit. Negat enim Judaeos et paganos, qui in gravissimis peccatis teneantur 3,9. sq., iis esse viribus, ut quum praeceptis div. exacte satisfecerint, sempiternam beatitatem bene agendo sibi quaerant ob eamque rem fidem in Christo reponendam esse, ut Deo probatus aeternam felicitatem consequaris (3,22.), docet. Equidem

Digitized by Google

neque munere sacro movendum neque comburendum judicabo haereticum, si quis Paulum rei quae tummaxime illustranda erat unice intentum longius, quam debebat, h. l. provectum esse putabit eumque piis Judaeis atque gentilibus aeternam beatitatem auguratum esse, quia quanta esset in Judaeis et paganis ad perfectam virtutem virium imbecillitas in tempore non meminisset, existimabit. Nam viri, in quibus, ut in Paulo, summum est ingenium summusque animi ardor propterea non semper sibi conveniunt, quoniam quidquid agunt toto animo agunt ceterarum rerum obliti. Quidni igitur hic P., toto animo in id versus, ut *Judaeos* quoque Dei *justitiam* experturos esse ostenderet, longius, quam par erat, abierit et sententiam v. 6. *unusquisque justam factorum suorum mercedem feret* ita planam fecerit, ut haec v. 7 — 10. adjungeret: *omnes improbi in tartaris torquebuntur, omnes probi vitae aeternae felicitate ornabuntur et Judaei potissimum et gentiles*? Quae si cui parum verisimilia videbuntur, is caveat, ne Paulum nonnisi *regulam*, quam Deus pro suâ justitiâ sequuturus esset declarare voluisse, credat, nihil de eo sollicitum, utrum possent Judaei et gentiles aeternam beatitatem bene agendo sibi comparare, an non possent: *utrum homines non christ. vitam aeternam virtute sibi quaerere queant, an nequeant id constituere non est hujus loci; sed valet regula, ut unicuique Deus pro merito rependat, improbos in tartara conjiciat, probos vitae aeternae beatitate ornet, et Judaeos potissimum et gentiles.* Quum enim dubitari nequeat, quin P. *pravis* Judaeis et gentilibus geennae tormenta *vere atque omnino* denuntiaverit v. 5. 8. 10., necesse est, ut *piis* contra Judaeis et paganis *non magis serio ac simpliciter* vitam aeternam spoponderit v. 7. 9.. Temere *Chrys.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, schol. apud *Matth.* al. Paulum v. 7. 10. tantum eos Judaeos et gentiles dicere opinantur, qui ante Christi tempora pie vitam egerint, ut Melchisedecus et Cornelius, viri praeputiati. Generalis est enim et ad omnium temporum Judaeos ac gentiles pertinens P. oratio (v. 6. cl. v. 12.). Una ratio restat, quâ Paulum, quum probis Judaeis et gentilibus vitam aeternam pollicereretur v. 7. 10., bene sibi constitisse ostendas, haec, ut eum in hâc sententiâ fuisse credas, tametsi viâ regiâ *per fidem* in Christo repositam ad sempiternam felicitatem perveniatur, esse tamen etiam semitam, quae *per honestatem* nonnullos Judaeos et paganos eodem ferat. Scilicet ne ii quidem qui τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ fide adepti sint Paulo auctore perfecti homines sunt planeque sapientes; sed tales, in quos Deus ob summum honestatis studium voluntatemque in obsequium div. legibus praestandum plane versam

Digitized by Google

vitae aeternae ornamenta *benigne* conferat (cf. not. ad 1, 17.). Recte igitur P. Deum parem aequitatem et benevolentiam iis Judaeis et gentilibus praestiturum esse existimarit, qui et ipsi enixo studio virtutem coluerint bonorumque virorum animum Deo probaverint. Sic enim hoc senserit, quod 1 Tim. 4, 10. perscriptum est, *quum omnes homines tum maxime christianos Deum beare.* (Cf. infra v. 13 — 16.) V. 11. Sententiam v. 10. et 11. prolatam: *Judaeis aeque ac gentilibus* tum gravissimas poenas paratas esse, si improbe vivant, tum amplissima praemia proposita, si honestam vitam agant: P. firmaturus *non est enim*, inquit, *apud Deum partium studium.* Unde apparet, Deum eodem numero paganos, quo Judaeos, putare Act. 10, 34. 35.. προσωπολημψία] *Lachm.* scribere solet προσωπολημψία, tum προσωπολημπτεῖτε Jac. 2, 9., προσωπολήμπτης Act. 10, 34., παραλημφθήσεται Luc. 17, 34. 35., λήμψονται Marc. 12, 40., πρόσλημψις Rom. 11, 15. et similia similiter. Quas formas in antiquissimis maxime Codd. obvias *Sturzius* de dial. mac. et alex. p. 130. sq. alexandrinis scriptoribus vindicavit. Putavit enim eos Jonum usum repetivisse, qui λάμψομαι pro λήψομαι, λάμψεαι pro λήψῃ (Herodot. 7, 39.), καταλαμφθείς pro καταληφθείς (Herodot. 5, 21.), φοιβόλαμπτος pro φοιβόληπτος (Herodot. 4, 13.) dixerunt. Cf. *Buttm.* ausf. gr. Sprachl. II. p. 178.. Sed fieri tamen potest, ut illae formae pro librariorum quisquiliis spernendae sint. Nam λήμψομαι pro λήψομαι, βλάμψω pro βλάψω, πέμψω (a v. πέττω) pro πέψω et hujus generis alia etiam in atticis scriptoribus vetustissimae membranae offerunt, ut *per Codices* eodem jure Platoni et Thucydidi, quo N. T. scriptoribus impertiantur, h. e. nullo. Sunt enim hujusmodi formae ibi ex eo natae, quod recentiores quidam Graeculi ante β et π male μ pronuntiarunt: β μπέθ.. Cf. *Thilo* Cod. ap. N. T. I, p. 288., qui citat *Rich. Simon.* Nov. Observ. in N. T. p. 5.. Itaque in re incertâ ac dubitationis plenâ a novis rebus animus abhorret. V. 12. Sententiam versus 11. *nullo Deum partium studio teneri* rursus P. argumento corroboravit v. 12.. Quod sic instituere potuit, ut non minus gentiles, quam Judaeos *honestatis praemia* a Deo habituros esse moneret. At de industriâ hanc viam iniit, ut tum pravos gentiles, tum improbos Judaeos Deo *gravissimas poenas daturos* diceret. Nam quo loco superbos Judaeorum spiritus frangere constituisset illud identidem ei affirmandum erat, quod Judaeorum vulgus superbe negavit, fore, ut ne Judaeorum quidem maleficiis Deus ignosceret (cf. v. 3.). Ἀνόμως h. l. valet *sine lege* (i. q. χωρὶς νόμου infra 7, 9. cf. Isocratis Panegyr. c. 10. παραλαβοῦσα

Digitized by Google

γὰρ τοὺς Ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας καὶ σποράδην οἰκοῦντας — — καὶ τούτων τῶν κακῶν αὐτοὺς ἀπήλλαξε — — πρώτη γὰρ καὶ νόμους ἔθετο καὶ πολιτείαν κατεστήσατο.) et quidem, quum Paulo νόμος sit *lex div. per Mosen lata κατ' ἐξοχήν, sine lege mosaicâ.* (Sic 1 Cor. 9, 21. οἱ ἄνομοι dicuntur *homines a lege mos. alieni* i. e. οἱ ἐθνικοί. Multo frequentius ἄνομος vocatur *qui ita vivit tanquam si nullae leges conditae sint, qui leges non curat, homo facinorosus* et ἀνόμως est *improbe.*) Quamobrem verborum ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον (quotquot legis mos. ignari peccarunt) haec sententia est: *quotquot e paganorum numero peccarunt.* Vocula καί *etiam* necessitatem indicat, quâ τὸ ἀνόμως ἀπόλλυσθαι ex τῷ ἀνόμως ἁμαρτεῖν consequatur. Vide not. ad 1, 24.. ἀνόμως ἀπολοῦνται] Haec v. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Oecum.* al., nuper *Rueckert.* sic exposuerunt: *non pro legis mos. severitate* (sed mitius) *plectentur*, quippe quos non Moses accusator carpat, ut Judaeos Joh. 5, 45.. Male. Nam obstat iis v. ἀπόλλυσθαι, de iis poni solitum, qui a vitâ aeternâ exclusi in tartara conjiciantur (Joh. 3, 15. 16. al.): officiunt nostrorum scriptorum sententiae, qui mitiores geennae tormentis poenas ignorant et nonnisi duas hominum classes constituunt, unam piorum (τῶν σωζομένων 1 Cor. 1, 18.), qui in vitam aeternam aliquando recipiantur, alteram improborum (τῶν ἀπολλυμένων), quos geennae cruciatus maneant Matth. 25, 32. sq.: denique obest contexta oratio. Satis enim perspicue P. et omnibus probis hominibus *vitae aeternae felicitatem* (v. 7. 10.) pollicitus est, et improbis Judaeis atque gentilibus *geennae tormenta* comminatus (v. 8. 9.). Quin hoc dicit: *quotquot legis mos. ignari peccarunt non de legis etiam mos. sententiâ* (quod iniquum foret) *miseram in tartaris fortunam subibunt* (sed ex rationis, opinor, divinitus iis datae formulâ cf. v. 14.). Hanc interpretationem veram esse alterum vs. membrum docet: καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον διὰ νόμου κριθήσονται. Ne quis autem hunc v. ordinem requirat καὶ ἀνόμως ἀπολοῦνται, tenendum est, v. ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται ita unam notionem efficere, ut in iis pronuntiandis verbum ἀπολοῦνται acuendum sit. Contra haec enarratio: *quotquot legis mos. ignari peccarunt*, *sine lege mos. etiam* (h. e. quamvis legem mos. ignorent, tamen) *miseri erunt* i. e. *ut quum peccaris gravissime puniaris, non opus tibi est legis mos. notitiâ, quandoquidem quotquot ejus legis ignari peccarint et ipsi sine hâc lege miseri futuri sunt* et contorta est (sic enim P. melius scripsisset καὶ ἄνομοι ἀπολοῦνται) neque cum altero vs. membro conciliari potest. Ἀπολοῦνται *Dodwellus* apud *Wolfium* inepte explicat *in nihilum redigentur.* Sempiterna enim erit ho-

Digitized by Google

minum pravorum in tartaris vita, sed ea miserrima Marc. 9,43. sq.. *Rueckert.* ἀπολοῦνται cum *Dodwello*, ἀνόμως cum *Chrys.* explicat: *quotquot legis mos. ignari peccarunt non etiam pro legis mos. sententiâ* (ergo mitius) *interituri sunt* (sensu proprio). Hoc quid sibi velit non satis intelligo. Verbis ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον hanc sententiam subesse *quotquot quum legem mos. nossent peccarunt* h. e. quotquot e *Judaeorum numero* peccarunt manifestum est. Sed errarunt tamen quicunque cl. 3,19. τοῖς ἐν τῷ νόμῳ ante ἥμαρτον mente addiderunt ὄντες. Est enim ἐν νόμῳ, si e *nostrâ* cogitandi loquendique consuetudine aestimes bei dem Gesetze i. e. *dum legem mos. haberent*, sin ad *Graecorum* informationem exigas *per legem*. Solent enim Graeci statum, in quo aliquid facias pro causâ remotiore ejus rei, quam agas, sumere, quum ita cogitaren t, pro conditione, in quâ quis locatus agat, unamquamque rem fieri, ut absque statu, in quo quis positus sit, rem aut non effecturus fuerit aut aliter peracturus. Sic h. l. ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον quotquot peccarunt *per legem*; quae peccatorum causa mente concipi potest eatenus, quatenus et peccatum esse et in quo peccatum sit ostendit. 1 Cor. 4,21. ἐν ῥάβδῳ (*per* baculum) ἔλθω πρὸς ὑμᾶς —; h. e. utrum ut *baculus me ad vos adducat, an amor* —, vultis? Nostrates dictum mallent: ῥάβδον ἔχων ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἀγάπην —; Hebr. 9,25. — ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια — ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ· *per alienum sanguinem* scil. qui viam ei in adytum patefaciat. Nos sic loquuti fuissemus: — αἷμα ἀλλότριον φέρων. Joseph. A. J. 6,9,4. Davides Goliatho σὺ μέν, inquit, ἐπέρχῃ μοι ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν δόρατι καὶ ἐν θώραξι —. *tu me aggrederis per gladium, hastam et loricam.* Nostri homines dixissent σ. μ. ἔ. μ. ῥομφαίαν καὶ δόρυ καὶ θώρακα ἔχων s. ὡπλισμένος. Cf. Eurip. Alcest. v. 771. Hel. v. 1135.. Sic etiam διά cum Genit. Graeci usurpant; cf. not. ad v. 27.. Ne autem homines indocti me argutatum esse dictitent, me illius usus *originem et causam* manifestare voluisse diserte moneo. διὰ νόμου κρίθησονται] *per legem mos.* [Jac. 2,12.] *judicium experientur* (tristissimum, ut nexus docet: cf. ἀπολοῦνται).. Itaque v. 11. 12. sensus hic est: *nullo Deus partium studio tenetur; nam omnes promiscue homines improbos miseros reddet, ita ut suo quemque modulo metiatur, de paganis ex aliâ quam legis mos. formulâ judicium faciat, Judaeos ex legis mos. sententiâ condemnet.* V. 13. Posteriorem vs. 12. sententiam καὶ ὅσοι — κριθήσονται, quam temere inflati Judaei ad animos admittere nollent (cf. v. 3.), P. hoc vs. confirmat idque non obiter, sed v. satis gravibus. Longe

igi-

Digitized by Google

igitur ab hoc vs. parenthesis suspicio abest. *Quotquot e Judaeorum numero*, inquit, *peccarunt e legis mos. sententiâ tristem judicis sententiam ferent* (v. 12.). *Neque enim qui norint legem mos. integri apud Deum erunt, sed qui eam servent insontes* (quibus sempiterna felicitas dari possit: cf. not. ad 1, 17.) *judicabuntur.* οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου] *Auditores* legis eo l. Ap. commemorat, quo nos de legis *lectoribus* loqueremur. Scilicet Judaeorum vulgus legem mos. tum didicit non legendo, sed audiendo, quum synagogas adiret, ubi singulis sabbatis legis locus recitaretur (Act. 15, 21.). Vid. Joseph. A. J. 5, 1, 26. cl. Jac. 1, 22. sq.. Etiam Polybius τοὺς ἀκροατάς (9, 1, 2.) et τοὺς ἀκούοντας (1, 13, 6. 1, 64, 2. 2, 61, 11. 10, 5, 9. 10, 9, 8. al.) memorat, ubi nos lectorum mentionem injiceremus, sed is propterea, quod nobiles et opulenti Graeci atque Romani non ipsi libros legere, sed eruditos servos (anagnostas) alere solerent, qui eos praelegerent. οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου] Graecis νόμον ποιεῖν *legem ferre* et ποιητὴς νόμου *legis latorem* s. *conditorem* declarat (cf. *Raphel.* Annot. ex Herod. ad v. 14.). Sed nostri scriptores loquutionem hebr. עָשָׂה תּוֹרָה (2 Chron. 14, 3.) imitati nove utrumque voc. ita posuerunt, ut ποιεῖν τὸν νόμον *legi satisfacere* (v. 14. LXX Jos. 22, 5. 1 Par. 22, 12. i. q. τὸν νόμον φυλάσσειν v. 26.) et ὁ ποιητὴς τοῦ νόμου *eum* significaret, *qui legi satisfaceret.* (1 Macc. 2, 67. Jacob. 4, 11.). οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου] Articulum om. A. D. G. 31. 46. Damasc.. Iidem et B. et E. ap. Mill. Articulum τοῦ demunt post ποιηταί. Hos libros utrobique sequutus est *Lachm.*. Sed vulgatam satis probabilem reddit Articulus Nomini regenti praefixus. οἱ ἀκροαταί, οἱ ποιηταί. Praeterea *Lachm.* τῷ ad uncos damnavit, quia deest in D. a. p. m.. V. 14. Qui prius vs. 12. membrum ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται hoc vs. fulciri putant (*Calvin.*, *Kopp.*, *Flatt*, al.) eos falli existimo. Primum enim quae vs. 14. leguntur illi sententiae corroborandae parum apta sunt. Nam hanc sententiam: *quotquot legis mos. ignari peccarunt ex aliâ quam legis mos. formulâ infelices reddentur.* ita P. confirmare debuerat, ut vs. 14. sq. diceret: *quotiescunque enim gentiles peccant, malefactorum eos conscientiae stimulant. Insitam igitur aliquam habent quae eos peccare vetet legem jureque ob peccata aliquando plectentur.* Deinde v. ὅταν γὰρ ἔθνη — τὰ τοῦ νόμου ποιῇ ejusmodi sunt, ut ea propter vocc. v. 13. ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται adjecta esse appareat. Quorum utique rationem reddunt, ut bene vidit *Boehmius*, h. m.: *generatim* dixi ὅτι οἱ ποιηταὶ

Digitized by Google

τοῦ νόμου δικαιοῦσθαι atque ita, ut ne gentiles quidem excluderem (v. 13.): *quando enim pagani legis mos. ignari naturâ magistrâ legis mos. praeceptis satisfaciunt ipsi sibi legis, quam non habeant, vicem explent de licet prorsus de τοῖς ποιηταῖς τοῦ νόμου in universum ita loqui, ut etiam gentiles in eorum numero pohantur.* ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα] **Rueckert.** interpretatur die Heiden, welche das Gesetz nicht haben, *Lutherum* sequutus. Quam explicationem inire per grammaticam licet (Herod. 6, 104. τυραννὶς ἡ ἐν Χερσονήσῳ), quum praesertim ἔθνη sine Articulo vocentur die Heiden I Cor. 1, 23, cl. 22.. Nihilominus iis assentior, qui enarrant Heiden, welche (als Heiden) das Gesetz nicht haben (*Kopp.*, *Vater.* al.). Non enim P. hoc dicere poterat, paganos aut omnes aut plerosque facere, quae lex mos. fieri jubeat, quum illos flagitiose et improbe vivere solere docuisset 1, 24. sq.; illud sine ullâ repugnantiâ affirmare poterat, reperiri gentiles, qui, *si rei summam spectes*, naturâ duce legis mos. praecepta observent (cf. not. ad v. 10.). Accedit, quod P. ubi de paganis in universum loquitur Articulum addit (1 Thess. 4, 5. τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν θεόν), ubi de gentilium parte agit eundem omittit (Rom. 9, 30. ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην). Fortasse etiam ex οὗτοι (hi, inquam, homines, qui naturae ductu legi obtemperant) nonnihil commendationis meae enarrationi quaeri potest. Deliberato autem consilio P. τὰ μὴ νόμον ἔχοντα (non τὰ μὴ ἔχοντα νόμον) collocavit, quo magis oppositio μὴ νόμον ἔχειν et φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖν exsisteret. Τὰ τοῦ νόμου ποιεῖν significat *facere quae lege continentur*, h. e. *legis praecepta observare*. Ne quis autem, esse gentiles, qui *omnia atque singula* legis div. mandata exacte exsequantur Ap. h. l. affirmare, quod alias recte neget (3, 23.) opinetur, tenendum est, P. h. l. *in universum* loqui, ut τὰ τοῦ νόμου praestet qui honestatem appetens sceleraque abominans plurimis iisque gravissimis div. legis praeceptis satisfaciat. Quidni autem Ap. tam praeclarae indolis gentiles inveniri h. l. jure dixerit, quum tales reperiri posse vs. 10. clare indicasset? Sed quoniam nonnulli P. oratione minus expensâ veriti sunt, ne, si τὰ τοῦ νόμου ποιεῖν *legis praeceptis parere* explicuissent, gentiles *omnia imperata facere* dicerentur *quae Moses literis consignasset*, hanc interpretationem excogitarunt, ut τὰ τοῦ νόμου ποιεῖν *facere, quae sunt legis* h. e. *imperare honesta, turpia prohibere, impunitatem pietati proponere, sceleri poenas minari* h. l. valere perhiberent [*Beza*, *Jac. Cappellus*, *Sam. Bochart.*, *Elsner.*, *Raphel.* Annot. ex Herod., *Wetsten.*, *Flatt.* al.]. Quae enarratio falsa est. Ratio

Digitized by Google

enim, quae huic vs. cum v. 13. intercedit, flagitat, ut τὸ τοῦ νόμου ποιεῖν idem declaret, quod τὸν νόμον ποιεῖν. Attende ad v. οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου v. 13. ποιῇ] ποιεῖ I. 30. Mt. f. g. al. Hoc nihil est, nisi ποιῇ corruptum. ποιῶσιν A. B. 31. 39. 73. Mt. h. 47. in m. 67** Clemens Al., Orig., Damasc. Hoc dedit *Lachm.* (cf. Matth. 12, 21. 1 Cor. 10, 11. *Win.* gr. p. 298. sq. *Thilo* l. l. p. 182. et attende ad v. οὗτοι — ἑαυτοῖς εἰσι νόμος.); recte fortasse, praesertim quum ποιοῦσιν (ita D a p. m. et G.), quod ποιῶσιν est depravatum, ποιῶσιν firmet. Retinui tamen lectionem vulgatam. Neque enim subsidiorum quae ποιῇσιν praebent auctoritas, ut fidenter ποιῶσιν recipiatur, sufficit (nihil est autem in l., ubi Singularis non minus quam Pluralis usitatus sit aut in re, in quâ ne unus quidem idemque scriptor semper sibi constet, sine *summo librorum consensu* novandum) et Singularis est in l. simili Rom. 9, 30. Verissime plerique explicatores φύσει cum v. τὰ τοῦ νόμου ποιῇ consociant, ut ad praeclaras mentis animique vires referatur, quas natura gentilibus inseverit. Schol. Matth. φύσει, τουτέστι τοῖς φυσικοῖς ἑπόμενα λογισμοῖς. (Sic Graeci φύσεως voc. saepe ponunt, v. c. Aristot. de repr. Sophist. 12. ed. Bekk. I, 173. — ὁ μὲν γὰρ νόμος δόξα τῶν πολλῶν, οἱ δὲ σοφοὶ κατὰ φύσιν καὶ κατ' ἀλήθειαν λέγουσιν. Polyb. 10, 5, 8. — ἢ διὰ ραυλότητα φύσεως, ἢ δι' ἀπειρίαν —., Romani *naturae*, ut Cic. de off. III, 5, 23.). Nam et postulat hanc junctarum verborum ordo, et praebet ea optime conclusam argumentationem: *quum gentiles legis mos. ignari legis praecepta naturâ magistrâ* (h. e. *quamvis a lege mos. nihil admoneantur*, ergo *suâ sponte, rationis duce*) *observent hos homines, licet Mosis lege careant, hanc tamen sibi ipsos scribere existimandum est.* Contra *Smalcius, Bengel., Runckert.* et *Usteri* in l.: Entwickelung des Paul. Lehrbegr. p. 30. ed. 4. φύσει cum v. ἔχοντα copulant. Perperam. Primum enim hanc structuram verborum ordo non admittit, ut *Rueckert.* recte sensit. Deinde absurdam sententiam in hunc l. invehunt: *quum enim gentiles, qui natalibus legem mos. non habent, legi obtemperent.* Quasi vero aliquis legem mos. *natalibus* consequatur, aut gentiles legem mos. non *natalibus* quidem, (ut Judaei?!) sed *disciplinâ* habuerint! Potes esse τυφλὸς φύσει Aristot. Nicom. III, 7. (Bekk. II. p. 1114.), (h. e. coecus natus), φύσει (i. e. corporis habitu a naturâ accepto) φίλανδρος, ut Amazones apud Plutarch. Thes. c. 26., φύσει (natalibus) Ἰουδαῖος (vid. Gal. 2, 15. cl. Rom. 11, 21.), quum ab judaicis parentibus prognatus sis, et ἐκ φύσεως ἀκρόβυστος (Rom. 2, 27. nemo enim sine praeputio nascitur), *natali-*

bus legem mos. habere non potes, quae quum discenda sit, disciplinâ paratur, non unâ cum corpore cuipiam a naturâ datur. Tum τὴν φύσιν nunquam Paulum de mentis animique viribus a naturâ profectis usurpare, sed semper eum τὴν φύσιν de ornamentis, quae generis splendori aliquis accepta referat et a parentibus acceperit ponere male *Rueckert.* dixit. Nam 1 Cor. 11, 14. ἡ φύσις *sensum decori atque honesti, quem natura homini ingeneravit* denotat. Neque Ephes. 2, 3. vv. καὶ ἤμεν φύσει τέκνα ὀργῆς (ita recte *Lachm.*) valent: *et eramus natalibus irae div. obnoxii* (haec enim sententia et per se et propter ante dicta absurda esset), sed: *et eramus propter malos mores, qui ex consuetudine in naturam nobis vertissent*, (vermöge der von uns angenommenen Natur oder Beschaffenheit) *irae div. obnoxii*; vid. v. 1 — 3. cl. Sap. 13, 1.. Ne illud quidem vere *Rueckert.* contendit, si cum vulgo v. φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ conjungas, committi, ut P. v. 14. dicere occupet, quae ei vs. 15. dicenda fuerint, *quâ fiat*, ut etiam gentiles interdum legis mos. praecepta observent. Non enim propositum Paulo erat, *esse gentiles, quâ legi mos. obediant* v. 14. exponere, tum v. 15. *quâ illi re adjuti* legi mos. obtemperent docere; sed quum vs. 14. nonnullos gentiles *ratione duce ac sine ullâ legis mos. notitiâ* in Mosis lege imperata facere dixisset, (ὅταν — ποιῇ) ex eoque tales paganos quam legem non didicerint *eam sibi ipsos scribere* collegisset (οὗτοι — νόμος), vs. 15. *verum* esse quod *conclusione* continetur (οἵτινες νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος) ostendit. Postremo qui φύσει cum ἔχοντα conjungunt, Ap. argumentationem acumine privant. Quae v. φύσει ad τὰ τοῦ νόμου ποιῇ relato gravis est (qui legis mos. ignari *duce natura ejus legis praeceptis obediunt* ii legem mos. *sibi ipsi* (i. q. *naturâ magistrâ*) *scribere* censendi sunt), contra friget, si φύσει cum v. ἔχοντα copulaveris (qui quum *natalibus* (!) lege mos. careant *ejus legis praescripta servant*, ii *naturâ magistrâ* legem mos. sibi dare putandi sunt.). οὗτοι] Hoc Pronomen Subjecti (ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα) memoriam fortiter redintegrat: *hi, inquam, homines* (quos lege mos. destitutos ultro hujus legis praeceptis obedire dixi). Vide *Schaeferi* Meletemata crit. p. 84.. οὗτοι] G. οἱ τοιοῦτοι (16, 18.) h. e. *tales homines*, e glossem.. ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα. — οὗτοι] Structura ad sensum; cf. Matth. 28, 19. Act. 26, 17.. ἑαυτοῖς εἰσι νόμος] Male *Luther.*: — sind sie ihnen selbst ein Gesetz. Bene *Heum.* — so sind sie — sich selbst das Gesetz. Nam ut etiam gentiles in τοὺς ποιητὰς τοῦ νόμου, quos insontes Deus declaraturus esset, recte relatos esse appareret (v. 13.), v. 14. hoc Paulum dicere,

Digitized by Google

oportebat, paganos, qui legis mos. notitiâ destituti naturâ magistrâ ejus legis praeceptis satisfaciant, ipsos sibi *legis mos. vicem* praestare, quum quae illa lex fieri jubeat, sibi ipsi praecipiant. Loquutionem ἐστί τις ἑαυτῷ νόμος *est sibi aliquis legis instar* h. e. *dat sibi aliquis ipse legem* interpretes jam pridem illustrarunt l. Aristot. Nicom. 4,14. (Bekk. II, 1128.) — τὸ γὰρ σκῶμμα λοιδόρημά τί ἐστιν, οἷς δὲ νομοθέται ἔνια λοιδορεῖν κωλύουσιν· ἔδει δ' ἴσως καὶ σκώπτειν. ὁ δὲ χαρίεις καὶ ἐλευθέριος οὕτως ἕξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ. Ceterum concise P. ὅταν γὰρ ἔθνη — φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι — ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. scripsit pro ὅταν γὰρ ἔθνη — φ. τ. τ. ν. ποιῇ, δῆλον, ὅτι οὗτοι — ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. (1 Cor. 15, 27.) *quum enim gentiles legis mos. ignari hujus legis praecepta observent, manifestum est, hos homines, quamvis lege mos. destituantur, hanc sibi ipsos legem scribere.* Similem brachylogiam habes infra 11, 18. et 1 Joh. 5, 9.. Cf. Conjectanea mea I. p. 51., *Heindorf.* ad Horat. Sat. II, 1, 80. et *Beier.* ad Cic. Off. 1, 15, 48.. V. 15. et 16. Qui gentiles naturâ duce legis mos. praescripta servent, eos *sibi ipsos legem mos. dare* censendos esse tum ex honestâ paganorum vitâ (οἵτινες — ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν), tum e mirâ conscientiae vi, quum gentiles coram Christi tribunali aliquando comparuerint (συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως κ. τ. λ.) cognosci P. h. l. disputat. τὸ ἔργον τοῦ νόμου] Hoc per circumloquutionem pro τὸν νόμον dictum volunt *Wolf.*, *Matthaeius* ed. min. al., quorum opinionem recte repudiavit *Win.* gr. p. 495.. Neque enim ἔργον apud Graecos periphrasin facit, ut saepe χρῆμα v. c. Aristoph. Nub. v. 1. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέραντον. Male N. T. interpretes haec duo l. antestati sunt; Polyaen. Strateg. I, 19. (non 18.) τοῦ λογίου τὸ ἔργον (h. e. opus, quod oraculum portendit, scil. fore, ut Xanthus a Melantho malâ fraude interficeretur) ἀποβαίνει τῇδε· Diog. Laert. procem. init. τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον (philosophiae opus, das Gebäude der Philosophie) ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. Deinde male *Tholuc.* post *Seilerum* τὸ ἔργον τοῦ νόμου *legis argumentum* explicat illumque commentitium τοῦ ἔργου significatum loco Baruch. 5, 51. [6, 50.] τοῖς ἔθνεσι πᾶσι τοῖς τε βασιλεῦσι φανερόν ἐστιν, ὅτι [scil. τὰ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν κατασκευασθέντα v. 47.] οὐκ εἰσὶ θεοί, ἀλλὰ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων καὶ οὐδὲν θεοῦ ἔργον ἐν αὐτοῖς ἐστι. (et nullum Dei opus in iis esse h. e. fictitios gentilium Deos nihil moliri, quod Deo agendum sit) temere firmare conatur. Vide librum meum Präliminarien u. s. w. p. 55. (Halle. 1832. 8.). Tum qui v. 14. τὰ τοῦ νόμου ποιεῖν

Digitized by Google

facere quod lex mos. facit (h. e. imperare honesta, prohibere contraria) male explanaverunt, h. l. *τὸ ἔργον τοῦ νόμου id quod lex mos. facit*, cujus est jubere et vetare, (h. e. legis mos. imperia et interdicta) satis contorte interpretantur. Quamquam hoc consilium vel iis evertitur, quae v. 14. illi v. *ποιεῖν τὰ τοῦ νόμου* explicationi objecimus. Praeterea *Beneckius τὸ ἔργον τοῦ νόμου* enarrat *quod efficere lex proposita est, legis negotium*, die Aufgabe des Gesetzes (cf. Aristot. Rhetor. 1, 15. Bekk. H, 1375. *οὐ γὰρ ποιεῖ* [scil. *ὁ νόμος ὁ γεγραμμένος*] *τὸ ἔργον τοῦ νόμου*. neque enim scripta lex praestat quod legi praestandum est.) h. r.: se legis negotium in animis insculptum habere eo gentiles ostendunt, quod conscientiâ ducuntur. Male. Flagitat enim contexta oratio, ut v. *τὸ ἔργον τοῦ νόμου* idem sonare credamus, quod v. 14. *τὰ τοῦ νόμου* et perperam *Beneck.* vocc. *ἐνδείκνυνται — συμμαρτυρούσης ἀ. τ. συνειδήσεως* arcte consociavit (cf. infra). Denique ut aliorum consilia non magis plausibilia taceam, *Seb. Schmidt., Bengel.* al. *τὸ ἔργον* in pronuntiando acuendum opinati *opus* (non *verba*) *legis* explicant. At neque erat, quod P. h. l. talem oppositionem faceret, et malles eam magis perspicue indicatam, et fictitia illa est idcirco, quia in v. *ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν* major vis, quae aliquam oppositionem inferat, recumbit (vide infra). Imo simpliciter declarat *τὸ ἔργον τοῦ νόμου opus legis* h. e. *opus, quod lex mos. peragi jubet* (cf. *ἔργα νόμου* 3, 20. 28. al. *facta, quae lex mos. postulat.* Sap. 2, 12. *ἁμαρτήματα νόμου peccata, quae lex committi vetat.*). Sed idem h. l. valet *τὸ ἔργον τοῦ νόμου* vi collectivâ instructum quod *τὰ ἔργα τοῦ νόμου* (cf. v. 14. *τὰ τοῦ νόμου*). Quod *Rueckert. τὰ ἔργα τοῦ νόμου* animis insculpta fingi posse negavit, mire fecit. Nam ut facta quae lex mos. exigit haud dubie in hâc lege perscripta reperiuntur, ita illa in eorum hominum animis consignata recte dicuntur, qui quoniam legis mos. mandata ratione magistrâ exsequuntur, rerum faciendarum vitandarumque indicem in animis potius suis, quam in lege mos. sibi prorsus ignotâ habere videntur. Quam *Rueckert.* pro novâ interpretationem commendavit: *τὸ ἔργον τ. ν.* h. e. *agendi forma, vitae actio, quam lex mos. flagitat*, verbis, non re, a nostrâ enarratione discrepat. Hanc enim sententiam non indipiscaris, nisi verbis *τὸ ἔργον* collectivam vim subjeceris. Non sine acumine autem P. gentiles *τὸ ἔργον τ. ν. in animis suis* insculptum habere, quod Judaei *tabulis lapideis* insculptum possiderent (2 Cor. 3, 3.), affirmare a multis intellectum est (cf. v. c. *Grot.*). Firmitatis et constantiae notio a *Kypkio* aliisque h. l. quaesita non in verbis inest, sed in re.

Digitized by Google

Quodnam in animo inscriptum sit, ita in eo inhaereat, ut non nisi cum animo ipso evelli aut cum eo interire posse videatur. Quamquam illam constantiae cogitationem Paulo non obversatam credo, *in* id unum intento, ut τὸ ἔργον τ. ν., quod Judaei *in tabulis* inscriptum haberent, gentiles *in animis* insculptum ferre indicaret. Cum loquutione τὸ ἔργον τ. ν. γραπτὸν ἐστιν ἐν ταῖς καρδίαις cf. Jerem. 31, 33. Hebr. 8, 10. eique l. in hanc rem *Wetst.* et *Kypk.* congesserunt. Sequitur, ut *quâ* gentiles *re* facta quae lex mos. exigat animis insculpta gerere ostendant constituatur. Scilicet declarant hoc *honestâ et quae ad legis mos. praecepta pulchre respondent vitâ*. Consentaneum est enim, gentiles, si τὸ ἔργον τοῦ νόμου in animis suis non inscriptum haberent, quae lex mos. fieri vetet perpetraturos potius, quam vitâ factisque illam exprimant. Sane falsa est eorum opinio, qui vv. συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως arcto vinculo cum v. ἐνδείκνυνται connexis P, hoc dicere sumunt: gentiles, se τὸ ἔργον τ. ν. in animis insculptum habere, eo ostendere, quod eorum animus et bene et male factorum sibi conscius sit, quamquam non propter argutam *Rueckerti* animadversionem: conscientiam *ipsis quidem gentilibus*, qui eâ tangerentur, se τὸ ἔργον τ. ν. in animis inscriptum ferre testari, *verum non alios homines* de hoc paganorum statu edocere potuisse. Quod verum est, si gentiles conscientiae judicia ita occulte tulisse existimare licet, ut eos et ipsos conscientiâ duci ne suspicari quidem possent qui non essent gentiles. Imo haec duo illi opinioni obstant. Primum enim sinistre profecto P. hanc sententiam: *se* τὸ ἔργον τ. ν. *in animis inscriptum gerere eo gentiles declarant, quod conscientiâ regantur* verbis οἵτινες ἐνδείκνυνται τ. ἔ. τ. ν. γ. ἐ. τ. κ. α. συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως κ. τ. λ. (*declarant illud* gentiles, *quum* eorum *conscientia suâ testetur*) enuntiasset, quae his fere vocc. concipienda fuerat: οἵτινες ἐνδείκνυνται τ. ἔ. τ. ν. γ. ἐ. τ. κ. α. τῇ συνειδήσει ἔχοντες καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τοὺς λογισμοὺς κατηγορούντας ἢ καὶ ἀπολογουμένους. Quamquam unum v. συμμαρτυρούσης illam rationem absurdam esse docet, quum ne μαρτυρούσης quidem illo quod dixi vitio onerationem liberavisset. Deinde quoniam v. συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως a vocc. καὶ μεταξὺ ἀλλήλων — ἀπολογουμένων male divelluntur (vide infra), v. autem τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ κ. ἀπολ. cum v. 16. ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς κ. τ. λ. arcte cohaerent, illâ ratione initâ ἐνδείκνυνται pro ἐνδείξονται sumere debeas cum *Bengelio*, *Chr. Fr. Schmidio*, *Reichardo*, *Boeckelio* al. Licet per leges grammaticas ita existimare (ἐνδείκνυνται

certo ostendant i. q. *ἐνδείξονται*: cf. *Win.* gr. p. 317. sq.), sed perturbatur hoc consilio P. disputatio. Qui quum hanc sententiam (v. 14.): *qui gentiles legis mos. praeceptis obediant eos legem mos. sibi ipsos dare censendos esse*, v. 15. confirmandam sibi sumsisset, profecto aliquod argumentum afferre debuit, cujus veritatem quisque quum paganorum vitam intueretur quovis die perspicere posset (declarant illud gentiles *morum honestate*: vide supra), non ita disserere: *qui gentiles* legis mos. praeceptis *satisfaciunt*, eos legem mos. sibi ipsos *ferre* ex eo intelligitur, quod se τὸ ἔργον *t. v.* in animis insculptum habere *eo die quo Deus judicium exercebit manifestabunt* tum *conscientia* *ducti*. Haec enim argumentatio claudicat. Ceterum *Win.* gr. p. 438. *Bengelium* v. 16. ἐν ἡμέρᾳ pro εἰς ἡμέραν sumere falso contendit. Quae si recte disputata sunt, Participia *συμμαρτυρούσης*, *κατηγορούντων* et *ἀπολογουμένων* constructionem continuant (cf. v. 4. *ἀγνοῶν*) ducuntque quae sui juris sit sententiam, ut P. v. in hunc m. resolvenda sint: *καὶ συμμαρτυρεῖ αὐτῶν ἡ συνείδησις καὶ μεταξὺ ἀλλήλων οἱ λογισμοὶ κατηγοροῦσιν ἢ καὶ ἀπολογοῦνται. συμμαρτυρούσης*] Verbo composito simplicis *μαρτυρούσης* significatum subjiciunt *Grot.*, *Kopp.*, *Tholuc.* al.. At locum, qui hanc opinionem confirmet, me ignorare fateor. Male *Tholuc.* *συνειδέναι* comparat, quod passim idem valeat, quod *εἰδέναι*, collato *Buttmanno* in Indice in Demosth. Or. in Mediam p. 186.. Qui si aut rem aut *Buttmanni* v. satis expendisset, in l., ubi *ξύνοιδα* pro *οἶδα* positum esse videatur, non interisse praepositionis vim, sed praeverbium *σύν ad animum* referri (*συνειδέναι* conscire h. e. *apud animum suum* scire: cf. *συννοεῖν*, *συλλυπεῖσθαι* et notam meam ad Marc. p. 36.) intellexisset. Etiam *Rueckert.* *συμμαρτυρεῖν* i. q. *μαρτυρεῖν* esse putat. Dicit enim *συμμαρτυρεῖν τινι* (nam mente addit *αὐτοῖς* cum *Pelagio* al.) h. l. denotare *in alicujus emolumentum* testari, für Jemand zeugen. Hoc vero P. verbo simplici enuntiat *μαρτυρεῖν τινι* Rom. 10, 2. Gal. 4, 15. Col. 4, 13.. Frustra *Rueckert.* in suam rem affert l. Xenoph. Hellen. III, 3, 2. *συνεμαρτύρησε ταῦτ' αὐτῷ καὶ ὁ ἀληθέστατος λεγόμενος χρόνος εἶναι*, ubi *συμμαρτυρεῖν una testari* significat. Xenophon haec dicit: Quod Agis Leotychidem suum esse filium negaverat, id praeter uxorem, quae et ipsa Leotychidem se ex Agide concepisse negavit, tempus testimonio Agidi comprobavit. Nam ante Leotychidem natum per decem circiter menses cum uxore non concubuerat Agis. De l. Rom. 8, 16. 9, 1. suo tempore dicetur. Sed etiamsi *συμμαρτυρεῖν* interdum i. q. *μαρτυρεῖν* sonare ostendi posset, tamen h. l. *σύν* suam

vim tueretur. Pulchre enim σύν refertur ad *honestum gentilium vitam* (οἵτινες — ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν). *Et simul* (scil. cum honestis gentilium moribus) *eorum conscientiâ testabitur* scil. τοὺς φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦντας ἐθνικοὺς ἑαυτοῖς εἶναι νόμον (v. 14.). Non est igitur αὐτοῖς mente adjiciendum neque *cuinam* testimonium dicatur cum nonnullis argute interrogandum. Nam *nemini non* dicetur, quum Deus judicium habebit h. e. paganos sibi legem mos. ipsos scribere tum temporis ex eo *omnes* intelligent, quod gentiles ante Christi tribunal conscientiâ tangi animadvertent. Sed verti *testabitur* propterea, quod verbis καὶ μεταξὺ — ἀπολογουμένων vocabula συμμ. ἁ. τ. συνειδήσεως magis illustrantur, verba autem καὶ μεταξὺ — ἀπολογουμένων cum v. 16. arcto vinculo colliganda sunt. Hoc e v. τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων v. 16. apparet, quibus haud dubie ad τοὺς λογισμοὺς v. 15. respicitur. Sunt igitur Participia temporis Praesentis *de re certo futurâ* explicanda; vid. *Win.* gr. p. 217. sq.. Disjunxerunt membrum prius (συμμαρτ. — συνειδήσεως) a posteriore (καὶ μεταξὺ — — ἀπολογουμένων), qui ne gentiles ante judicii extremi tempus conscientiâ admoneri P. negaret male veriti sunt (cf. infra), et alii quidem aliter, pessime *Koppius*, qui, *Wahlium* s. v. μεταξύ et *Vaterum* adstipulatores nactus, μεταξύ ab ἀλλήλων avulsum interpretatur *postea* (cf. Act. 13, 42. et Plutarchi Moral. ed. *Wyttenb.* T. I. P. II. p. 961. — συνεστράτευσαν οὔτε τούτοις οὔτε τοῖς μεταξὺ Μακεδονικοῖς βασιλεῦσιν —.) h. s.: ihr eigenes Gewissen sagt's ihnen, und ihre eigenen Grundsätze (?) sollen einst (μεταξύ) sie anklagen oder auch vertheidigen, wann Gott richten wird —. Neque enim v. ordo patitur, ut ἀλλήλων a μεταξύ sejunctum a v. κατηγορούντων suspendatur (scil. hoc pacto P. scribere debuerat: καὶ μεταξὺ τῶν λογισμῶν κατηγορούντων αὐτῶν (non ἀλλήλων) ἢ καὶ ἀπολογουμένων scil. αὐτούς) neque ἀλλήλων ad gentiles referri potest, (ita nimirum P. αὐτῶν post κατηγορούντων posuisset) sed debet ad Subjectum, τῶν λογισμῶν. *Lutherus*, quum Vulgatâ secus intellectâ verteret: sintemal ihr Gewissen sie bezeuget, dazu auch die Gedanken, die sich unter einander verklagen oder entschuldigen. non Pauli orationem, sed haec v. graeca reddidit: καὶ τῶν λογισμῶν (scil. μαρτυρούντων αὐτοῖς), τῶν μεταξὺ ἀλλήλων κατηγορούντων ἢ ἀπολογουμένων. et quum alia peccavit, tum hoc, quod vocc. μεταξὺ ἀλλήλων ad constructionem v. κατηγορεῖν collatis (οἱ λογισμοὶ κατηγοροῦσι μεταξὺ ἀλλήλων i. q. οἱ λογισμοὶ κατηγοροῦσιν ἀλλήλων. atqui haec *nulla* est structura) sententiam perdidit. Non enim cogitata, quae tanquam *judicum* personam ferant, *semet ipsa*, sed *homines*

aut accusant aut defendunt, de quorum moribus judicent. Quin v. κατηγορεῖν et ἀπολογεῖσθαι absolute posita sunt, ut fallantur qui αὐτῶν post κατηγορούντων et αὐτούς post ἀπολογουμένων supplent et μεταξὺ ἀλλήλων *inter se invicem* idem est, quod alias ἐν ἀλλήλοις. Et (gentilium) cogitationes, inquit P., *inter se invicem in crimen vocabunt* (werden Anklage erheben) aut etiam *defensionem adhibebunt* (Vertheidigung beibringen). Egregia sane conscientiae descriptio. Solemus enim quum vitam ante actam examinamus omnia tum bene tum male facta nobiscum recolere, ut meritorum peccatorumque nostrorum summâ confectâ in quâ simus conditione sciamus. Eleganter igitur P. per prosopopoiiam paganorum meditationibus tribuens quod paganorum est de rebus ab se gestis deliberantium, fore dicit, ut gentilium cogitationes *inter se invicem* crimina afferant aut etiam defensionem adhibeant h. e. ut *singulae* paganorum cogitationes, et una post alteram, aut crimina spargant aut fortasse etiam vitae innocentiam tueantur. Vocalâ καί *etiam* (ἢ καὶ ἀπολογουμένων) cogitationes accusaturas quidem plerumque, sed non nisi raro absoluturas esse, quamvis futuri sint, quibus judicii extremi tempore optima conscientia bene actae vitae testimonium impertiat, gentiles, indicatur (cf. not. ad v. 10.). Forsitan quispiam dixerit: nonne, si tuam interpretationem sequimur, aut gentiles ante judicii extremi tempora conscientiâ iudi P. negare videtur, aut mire, fore ut *tum* conscientiâ tangantur, commemorat? Minime vero. Neque enim illud negavit et hoc sapienter instituit. Nam quum *quicunque legis mos. satisfecissent eos integros Deum declaraturum esse* (v. 13.) ostendere vellet, propositi sui memor ea conscientiae vel vulnera vel solatia tetigit, quae *judicii extremi tempore* gentiles habituri essent. Sunt igitur v. v. 15. συμμαρτυρούσης — διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ v. 16., maxime autem ἢ καὶ ἀπολογουμένων v. 15., cum aliquo ad v. v. 13. οἱ ποιηταὶ τ. ν. δικαιωθήσονται respectu collocata. Totus l. ita comparatus est: v. 13. — *quicunque legis mos. praecepta vitâ factisque expresserint* (etiamsi sint *gentiles*) *insontes a Deo censebuntur.* v. 14. *Quando enim pagani inveniuntur, qui lege mos. carentes naturâ duce legis mos. praecepta observent, hos homines, ut legem mos. non habeant, sibi tamen eam ipsos scribere apparet;* v. 15. *quippe qui ostendant* (i. q. ostendunt enim) *se legis mos. praescripta in animis insculpta ferre morum honestate, eorumque conscientia id testimonio comprobabit* et (eorum) *meditationes inter se invicem crimina coacervabunt aut etiam* (i. q. si forte) *culpam amovebunt* v. 16. *eo die, quo dijudicabit Deus*

Digitized by Google

occulta hominum cogitata etc.. Plerique interpretes (v. c. *Beza*, *Grot.*, *Limborch.*, *Wolf.*, *Griesb.*, *Morus*, *Knapp.*, *Boehm.*, *Vater.*) vs. 13. 14. et 15. in parenthesin abjectis vocc. v. 16. ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς κ. τ. λ. cum v. *κριθήσονται* v. 12. connectunt. Verum enim vero in vs. 13. parenthesis suspicio prorsus non cadit (cf. not. ad v. 13.). Deinde illos VV. DD. totum hunc l. non satis accurate perscrutatos esse contendere ausim. Debent enim v. 15. v. ἐνδείκνυνται — συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως καὶ μεταξὺ — ἀπολογουμένων in unam sententiam contrahere, quod fieri non posse supra vidimus. Tum si utique P. illos vs. suae disputationi obiter interjectos volnerat, post tanti ambitus parenthesin se ad instituta reverti v. 16. aliquo modo indicare debebat (v. c. ut scriberet: *κριθήσονται δὲ ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε* —.), ut alias facere solet, v. c. 1 Cor. 8, 4. cl. v. 1.. Quamquam vel sic melius v. 16. τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων (cf. v. 9 — 12.), quam τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων dicturus fuisset. Postremo ut in illam opinionem VV. DD. discederent, eo factum est, quod v. v. 15. *συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως κ. τ. λ.* male, repugnante aut grammaticâ aut sententiâ, cum vs. 16. consociari sibi persuaserant (cf. supra). Iisdem argumentis, quum illud exceperis quod primo loco posuimus, *Vatabli*, *Wtn.* gr. p. 438., *Lachm.* al. sententia evertitur, qui vs. 14. et 15. uncis includunt et v. v. 16. ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς κ. τ. λ. cum v. *δικαιωθήσονται* v. 13. copulant. Cur *Bengelii* consilium, qui v. 16. cum ἐνδείκνυνται v. 15. struit, repudiandum sit jam supra exposuimus. Denique *Origenes*, *Calvin.*, *Seb. Schmidt.*, *Kopp.*, *Flatt.*, *Tholuc.*, *Rueckert.* al. recte illi quidem v. v. 15. *καὶ μεταξὺ — ἀπολογουμένων* cum v. 16. conjungunt, sed in singulis v. explicandis multa, et alii quidem alia, peccant. Sic *Calvin.* v. ἐν ἡμέρᾳ v. 16. pro εἰς ἡμέραν dicta crepat h. l.: *gentilium cogitationes nunc aut accusant aut etiam defendunt in diem quo* etc. i. e *ita accusant* —, *ut conscientiae judicia vel judicii extremi tempore valeant, ne quis ea contemnere audeat.* *Tholuc.* autem ἐν ἡμέρᾳ *hanc emphasin* habere jacit, ut sensus sit: „ihre Gedanken rechtfertigen und klagen stets an, besonders aber (viden' Tholuccianam emphasin?) am Tage —." ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε] *die, quum* —. Hom. Il. 2, 351. — ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον | Ἀργεῖοι —. 2 Tim. 4, 3. ἔσται γὰρ καιρὸς, ὅτε —. Luc. 17, 22. Joh. 4, 21. 23. 5, 25. 16, 25.. Quod *Lachm.* ex A. B. 73. dedit ἐν ἡμέρᾳ ᾗ *die, quā* —. manifestum est glossema. Vocc. τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, quum *quae homines occulta habent* in genere declarent, per se spectata tum clandestina scelera tum oc-

culta, quae pectore contineantur, cogitata complectuntur. Sed h. l. non nisi occulta hominum consilia (*τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν* 1 Cor. 4,5.) significant. In promtu est enim, verbis *τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων* ad *τοὺς λογισμούς* v. 15. respici. Eximium autem pondus habet *κρινεῖ* continuo post *ὅτε* collocatum: *gentilium cogitata aut accusabunt aut defendent eo die, quo in jus vocabit Deus quae homines in animis cogitarint* h. e. — eo die, quo utrum cogitata accusent an absolvant *plurimum refert*. Male *Balduin.* al. v. *κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου* hoc sensu ad *κρινεῖ* referunt: *judicabit Deus — ex evangelii, quod trado, legibus.* Nam praeterquam quod ut regulae, ad quam Deus judicium dirigeret, mentio h. l. fieret causa nulla erat, si N. T. scriptores satis novi, nemo eorum judicium ad evangelii a P. aliove Apostolo traditi normam Deum facturum dixerit, quum judicii extremi regulam *Dei et Christi sanctitatem et justitiam* omnes aeque constituerint, ex quâ de omnibus omnino hominibus, non de Christianis tantummodo, judicium fieri posset. (cf. Matth. 16,27. 25,31. sq. Rom. 2,5. 6. 2 Cor. 5, 10. 2 Tim. 4,8. al.). *Theophyl.*, *Boeckel.* al. v. *κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου* cum vocc. *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ* arctissime connecti posse putant h. r.: — *judicabit Deus* — secundum *doctrinam a Christo* (imo *per Christum* cf. not. ad 1,5.) *mecum communicatam* i. e. sicut *doctrina a Christo* (per Christum) *mihi ad docendum tradita* Deum facturum ostendit. Falluntur. Hoc enim verbis ab Ap. positis inesse prorsus non potest, sed his debebat vocc. concipi: *κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τὸ διὰ Ἰ. Χ. ἐμοὶ δοθέν*. Imo vocc. *διὰ Ἰησοῦ Χρ.* cum v. *κρινεῖ* cohaerent et formula *κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου secundum meam doctrinam* i. q. ut in meâ doctrinâ est, ut ego docere soleo (cf. 2 Tim. 2,8.) valet. Sed utrum *κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου* ad *κρινεῖ*, an ad *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ* pertineat quaesitum est. Posterius *Rueckerto* post *Grotium*, *Koppium* al. propterea placuit, quia solâ ratione constare non potuerit, *per quem* Deus esset judicaturus, sed judicem a Deo constitutum Christi doctrina manifestare debuerit. Hoc argumentum argutius est, quam verius. Nam ne illud quidem ratio quemquam docet, fore ut Deus *certo die* aut ipse aut per alium *de omnibus hominibus solemne* judicium exerceat. Accedit, quod *Grotii* interpretatio (quo die judicabit Deus de hominum cogitatis, *nempe, sicut mea doctrina patefacit, per Jesum Chr.*) contorta est. Hoc si P. dicere voluerat, aut sic scribere — *καὶ κατὰ τὸ* (s. *κατὰ δὲ τὸ*) *εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ Χρ.*, aut saltem v. ordinem invertere: — *διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου* debuerat. Hinc iis assentior, qui v. *κατὰ τὸ εὐαγγέλιον* ad

Digitized by Google

κρινεῖ relatis voce. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ per epexegesin ante dictis addi putant: — *eo die, quum in jus vocabit Deus hominum cogitata sicut ego docere soleo, et quidem per Jesum Christum.* Deum per Jesum, tanquam vicarium, judicium commissurum esse etiam Act. 10,42. 17,31. Joh. 5, 22. affirmatur. Ex his l. ea explicanda sunt, quae aut Deum (Rom. 2,5. sq.) aut Christum (2 Tim. 4, I. 8.) judicem faciunt. V. 17. ἰδὲ, σύ] *ecce, tu* —. Hoc habet conformatio recepta: ἴδε, σύ, quod sensu nihil discrepat (cf. *Win.* gr. p. 48.) ex 55. 76. Mt. e. f. al. *Beza*, *Matthaeius* ed. maj. et min. al. dederunt. Postremo εἰ δὲ σύ A. B. D. E. 10. 31. 46. 74. 80. Mt. g. 3. *Syr.*, *Copt.*, *Aeth.*, *Arm.*, *Vulg.*, *Clar.*, *Germ.*, *Theophyl.*, *Pelag.* et nonnulla alia subsidia critica tenent, quod *Bengel.*, *Griesb.*, *Knapp.*, *Lachm.* al. in ordinem receperunt et multi interpretes, ut *Kopp.* et *Rueckert.*, genuinum existimarunt. Verissime. Ἰδέ enim (s. ἴδε) contexta oratio respuit, quae flagitat εἰ δέ. Verum est, grammaticam hujus l. compositionem ἰδέ s. ἴδε recipere, quum qui alterutrum in v. ordine exhibuerit, ei periodus claudenda sit v. vs. 20. ἐν τῷ νόμῳ et nova sententia ordiunda v. 21. Ὁ οὖν διδάσκων —. At hâc re nihil efficitur. Primum enim ἰδέ s. ἴδε si Apostoli vitia Judaeis exprobrantis existimes (h. s. *ecce tu hoc atque illud male facis, Judaee* v. 17 — 20.) sententiam perdit, quandoquidem nonnulla in his vs. leguntur, quae vere potius Judaei habebant, quam sibi temere arrogabant (cf. v. 18. *καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα κ. ἑ. τ. ν.*); sin P. hâc voce ut sua emolumenta rite expendant Judaeos invitare voluisse credas (h. s. *ecce, tu tot tantisque ornamentis insignis es*) recte mireris, tum quod non simpliciter ea nominarit, sed nonnulla gloriosis Judaeorum verbis conceperit (cf. v. 19.), tum quod periodum non continuaverit, ut v. 21. scriberet — *ἐν τῷ νόμῳ, καὶ διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις* —. (*ecce, tu, quum tam multa habeas praecipua, tamen te ipsum non doces committisque quae fieri vetas facinora*), tum quod abrupte v. 17. ἴδε, σὺ —., (exspectabas ἀλλ' ἴδε, σύ —.) scripserit, tum quod tam molliter cum Judaeis h. l. egerit, quos inclementioribus v. supra v. 3 — 5. (cf. v. 9. 10.) compellasset. Deinde lectionem εἰ δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ —. firmat v. 14. ὅταν γὰρ ἔθνη — ποιῇ —. Apertum est enim, P. v. 17. sq. Judaeos iis gentilibus opponere, de quibus v. 14. sq. verba fecerat. Tum scriptura εἰ δέ et h. l. aptissima est et vulgatâ difficilior. Videtur enim, si εἰ δὲ reposueris sententiae Apodosis deesse. Quamobrem ἰδέ s. ἴδε aut fortuitu natum est ex εἰ δέ, aut a correctoribus in hunc l. il-

Digitized by Google

latum, qui, quum εἰ δέ et ἴδε saepe a librariis confundi scirent (cf. v. c. Jac. 3, 3. varr. lect.), εἰ δέ, quod hic ferri non posse sibi persuaserant, scribarum errori tribuerunt. *Koppius* P. ita structurâ excidisse autumat, ut v. 21. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; scriberet pro εἰ οὖν σὺ ὁ διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις —., deinde hujus fere argumenti apodosin: *cogita quanto graviores poenae tibi sint metuendae* reticeret. Perperam. Sunt enim v. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ejusmodi, ut ne per Anacoluthon quidem ad protasin conferri possint, nisi diserte scriptum sit: *εἰ οὖν ὁ διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις — —.* Quin v. v. 21, ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ipsa apodosin constituunt, sed ut vel οὖν, in perturbatae orationis epanalepsi collocari solitum (v. *Matthiae* ausf. gr. Gr. II, p. 1298.), docet, aliquâ anacoluthi specie interpellatam. Nam sic P. incipit v. 17. sq., ut eum in apodosi v. 21. ita pergere voluisse in promtu sit: ἀνοήτως ποιεῖς μὴ πράττων τὸν νόμον (s. ἃ αὐτὸς διδάσκεις): *si tu autem te Judaeum vocas et lege mos. niteris — — — confidisque te ducem esse caecorum — — puerorum praeceptorem, quum cognitionis et veritatis formam in lege mos. perscriptam habeas, temere agis, si legi mos. non obtemperes neque ad tuam institutionem mores conformes.* Sed sententiae, quae interjacet, amplitudine in primorum periodi v. εἰ δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ — oblivionem adducto vocabula proxima v. 19. πέποιθάς τε σεαυτὸν — — ἔν τῷ νόμῳ v. 20. Judaeorum *inconstantiae*, qui aliter vivendum esse praecipiant, aliter vivant, cogitationem movent, quam, praecedentium v. memoriâ per οὖν, quod ad v. 19. et 20. dicta refertur, renovatâ, in apodosi v. 21—23. quinque membris ita enuntiat, nonnullisque exemplis illustrat, ut quam absurda et detestabilis sit non nisi interrogando indicet: *tu igitur, qui alios doces, temet ipsum* (intolerabilem vero temeritatem!) *non doces?* etc.. Nunc totum hunc l. optime connexum habemus. Disputat enim P. in hunc m.: *Quicunque legi mos. obtemperarint* (non qui eam *cognorint*) *insontes a Deo declarabuntur* (v. 13.). *Nam si gentiles inveniuntur, qui naturâ magistrâ legis mos. praecepta observent, ii legem mos. sibi ipsi scribere putandi sunt nihilque obstat, quo minus quamvis legem mos. non didicerint, nihilo secius ut ποιηταὶ τοῦ νόμου integri a Deo habeantur* (v. 14 — 16.). *Si autem tu, Judaee, quum ceteris tuis ornamentis tum lege mos. subnixus tamen tuae legi non pares temere facis teque, quum non sis ποιητὴς τοῦ νόμου, non posse a Deo integrum censeri sed jure ac merito ab eo puniri nemo non recte argumentatur* (v. 17 —

Digitized by Google

22.). Ἰουδαῖος] *Judaeorum* nomen, quod tum temporis totam nationem israeliticam complectebatur, quo magis Judaei eos, qui non essent Judaei, h. e. gentiles, contemserunt (Gal. 2, 15.) tanto iis visum est honorificentius (Apoc. 2, 9. 3, 9.). Comprehendit enim *vere Dei cultores*. Quin etiam etymologiâ honorem nomini quaesiverunt, quum Judam, Jacobi filium, unde fluxit Judaeorum nomen, ab הוֹדָה אֶת־יְהוָה *Jehovam celebrare* dictum ferrent, Gen. 29, 35. sequuti, ut esset יְהוּדִי aut *Deum celebrans*, ὁ ἐξομολογούμενος τῷ θεῷ (v. Philo Alleg. I. p. 55. ed. Mang. I, p. 59.), aut *laus Dei*, ἡ ἐξομολόγησις τοῦ θεοῦ (v. Philo de plant. Noë p. 233., ed. Mang. I. p. 349. et de Somn. II, p. 1112. ed. Mang. I, p. 663.). Hanc qualemcunque originationem P. h. l. obversatam credo, quum Genesis auctoritate niteretur et nemini esset ignota. Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ] Theodoret.: *καὶ γὰρ τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ τίμιον ἦν πάλαι· διὸ οὐκ εἶπεν ὀνομάζῃ; ἀλλ' ἐπονομάζῃ*. Videtur igitur v. ἐπονομάζω cognominandi significatum subjecisse (v. Plutarch Romulus c. 21.): *praeter nomen quod tibi proprium est* (v. c. Simonis aut Davidis) *tibi das Judaei cognomen*. Ita etiam *Bengel.* aliique. At neque erat, quod P. nominis, quo quisque proprio vocaretur, h. l. ullam rationem haberet et mire Ἰουδαῖος, nomen nationis, pro cognomine venditaret. Absurde enim qui nomine gentili vocetur Fritzsche sitque natione Saxo se praeter nomen gentile Saxonis *cog*nomen habere contendat, nisi forte, ut ab aliarum nationum Fritzschiis discerneretur, Saxonis cognomen sibi ipse sumserit. Quocirca cum iis facio, qui explicant: *si autem Judaei nomen tibi imponis*. Scilicet ἐπονομάζειν τινά τι *in aliquem aliquod nomen dicere* i. q. *alicui nomen imponere* (v. Plato Phileb. c. 7. LXX. Genes. 4, 17. 25. 26. et multis aliis l.; dicunt etiam Graeci ἐπονομάζειν τινί τι *super aliquo nomen dicere* i. q. *nomen alicui indere*: v. *Stallb.* ad Phileb. p. 40.) non sensu differt ab ὀνομάζειν τινά τι, sed ratione, quâ formula animo informata est. Male *Orig.*, *Chrys.*, *Theophyl.*, *Wetsten.* al. potiore vi in v. ἐπονομάζῃ repositâ enarrant *vocaris te Judaeum* (sed re verâ non es). Nam et *verborum* ordo huic interpretationi officit, qui talis esse debuerat — ἐπονομάζῃ Ἰουδαῖος, et *disputationis*. Quippe v. 17 — 20. non probra Judaeis P. objicit, sed eorum ornamenta recenset, quo gravius illis male usos peccasse appareat (v. 21. sq.). Ceterum ista explicatio ab iis excogitata est, qui ἴδε *ecce* legerent eoque Ap. Judaeos vitiorum commonefacere putarent (v. supra). ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ] *requiescis in legemos.* h. e. *fidis legemos.*; v. LXX Mich. 3, 11. cl. 1 Macc. 8, 12. Scripsit P. κ. ἐπαναπαύῃ τ. ν. propter praecedens

ἐπονομάζῃ, ut simili sono orationem acueret. Alioquin καὶ πέποιθας ἐν τῷ νόμῳ dicere poterat (Phil. 3, 4.). Praeter rem *Chr. Frid. Schmid.* τὸν νόμον h. l. ad *totum V. T.* refert. Summo enim honori atque emolumento legem mos. Judaeos sibi duxisse constat, unde P. ad eam saepius revertitur (v. 18. 20.). Articulum τῷ, quum suspectus fuisset *Griesbachio*, *Lachm.* delevit. Abest ab A, B, D*, 31. 73. 80. Mt. 3, *Clem.*, *Damasc.*. Eo omisso orationem esse magis concinnam (καὶ ἐπαν. νόμῳ κ. καυχᾶσαι ἐν θεῷ) apparet. Equidem τῷ uncis circumsepsi, ut suspectum, καυχᾶσαι ἐν θεῷ] *gloriaris de Deo* scil. tibi prae ceteris propitio tuaeque gentis patrono (Genes. 17, 7. Jer. 31, 33.). Sic v. c. *Theophyl.*. Minus bene *Grot.*: gloriaris de Deo, *quod nimirum eum noris* (Jerem. 9, 23. Ps. 147, 19. 20.). Nam Judaeos de rebus div. optime scire v. 18. sigillatim exponitur. De formâ καυχᾶσαι v. *Win.* gr. p. 69. sq.. V. 18. De industriâ P. καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, non κ. γ. τὸ θέλημα αὐτοῦ, scripsit, ut orationem concinnam redderet (attende ad v. v. 17. καὶ ἐπαναπαύῃ [τῷ] νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν θεῷ et ad v. 18. καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα). Poterat autem sine ullâ ambiguitate Pronomen omittere, quoniam de *Dei* voluntate agi tum contexta oratio (cf. καὶ καυχᾶσαι ἐν θεῷ) tum *res* docebat. Deum enim Judaei legislatorem suum pie venerati sunt. Quare quod P. scripsit κ. γ. τὸ θέλημα *et scis quid fieri placeat*, quum Judaeorum pietatem redoleat, nervosius est, quam foret κ. γ. τὸ θέλημα αὐτοῦ. Hoc bene senserunt *Beng.* et *Boehm.*. Quum τὰ διαφέροντα sit vox πολυσήμαντος, non mirum est, interpretes eam h. l. non uno eodemque modo explicuisse. Notat τὸ διαφέρον *id quod controversum est*; (cf. loquutionem διαφέρεσθαι πρός τινα περί τινος *dissentire cum aliquo de re*, Polyb. 31, 13, 1. κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους παρεγένοντο πρέσβεις ἐκ τῆς Ῥώμης — διευκρινήσοντες τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας διαφέροντα τῷ βασιλεῖ. et *Raphel.* Annot. ex Polyb. ad h. l.). Hinc *Lamb. Bosius* Exerc. p. 99. enarrat: *examinas ea de quibus lis est et controversia* v. c. utrum aliquod legis mos. praeceptum levibus, an gravibus Dei mandatis annumerandum sit (v. interpretes ad Matth. 5, 19.). Cujusmodi controversias non dijudices, nisi legem accurate noris et de eâ *subtiliter disputare* (Rabbini vocant דקדק v. *Buxt.* Lex. talm. p. 569.) dideris. Hanc interpretationem v. proxima κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου non recipiunt. Nam quum controversiarum, quae essent de legis div. verbis aut capitibus, examinandarum ratio et facultas e Rabbinorum scholis petenda esset, hoc pacto κατηχουμένος ὑπὸ τῶν νομικῶν quum *a legis doctoribus institutus sis* Paulo dicendum fuisse in promtu est.

Prae-

Digitized by Google

Praeterea rerum, quae a legis magistris in controversiam adducerentur, dijudicatio sane exilior videtur, quam ut eam h. l. P. ut Judaeorum decus memoraret. Certe id unum hic dicendum erat, Judaeos se officii rationes pulchre perspexisse gloriari, sed tam turpem vitam agere, quasi illas plane ignorent. Deinde τὰ διαφέροντα esse possunt *quae differunt*, *quae discrepant* (cf. διαφέρει *discrepat*) h. m.: *discernis* (*non confundis*: errarunt igitur qui δοκιμάζεις pro δοκιμάζειν δύνασαι positum affirmarunt) *quae discrepent*, scil. bonum et malum, licitum et illicitum, purum et impurum. Ita olim *Theodoretum*, nuper *Rueckertum*, (cf. Phil. 1, 10.) hunc l. vere explanasse credo. Commendant enim hanc explicationem tum v. praecedentia (καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα), quae iis amplificantur, tum vocc. seq. κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου (*nosti, quid Deus fieri velit, et rite discernis res discriminatas, quum* [in synagogis Luc. 4, 18. sq. Rom. 2, 13.] *e lege mos. instituaris*: male *Morus* aliique κατηχούμενος vertunt *edoctus*, *institutus* h. e. κατηχημένος Act. 18, 25.), tum vs. 19. — 21., ubi accuratam rerum div. *cognitionem* e lege div. haustam Judaei sibi vindicare dicuntur. (*Beza* et *Elsner*. pro arbitrio agunt, quum enarrant: quae discrepant scil. *a Dei voluntate*). Quamobrem eorum consilium mihi minus placet, qui exponunt: *et probas praestantia* (cf. Matth. 10, 31. διαφέρω τινός praesto alicui) i. e. *meliora, quum e lege mos. instituaris* (ita v. c. *Morus* et *Flatt.*). Primarius est enim institutionis fructus *veri perceptio* neque ob id P. Judaeos nunc exagitat, quod meliora probent, deteriora sequantur, sed idcirco eos carpit, quod quum Dei mandata optime scire sibi videantur ita vivant, tanquam ea nesciant v. 19. — 21.. Minus etiam in hunc l. eorum interpretatio convenit, qui τὰ διαφέροντα *utilia* enarrant (cf. διαφέρω τινί *eximie aptus*, *idoneus sum* [illegible] et Dio Cass. 44, 25. — μηκέτι τοὺς ἐμοὺς λόγους ὡς καὶ ῥήματα διασκοπεῖτε, ἀλλὰ τῷ κοινῷ διαφέροντα ὡς καὶ ἐν τῷ ἔργῳ ἤδη ὄντα θεωρεῖτε.) *Kypk.*: *et exploras ea quae conducunt*. Ital. et Vulg. *et probas utiliora*. Nam non erat, quod Ap. Judaeos aut explorare aut probare utilia eo l. contenderet, quo eos vel scire vel scire sibi videri *quid in officio sit* affirmare debebat. V. 19. et 20. Accusativum cum Infinitivo πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν eo consilio Ap. collocavit, ut vim Subjecto conciliaret: *et te hominem esse confidis, qui viam caecis monstret*. Cf. *Lobeck*. ad Phryn. p. 750. et *Win*. gr. p. 265.. Alioquin aut πέποιθάς τε ὁδηγὸς εἶναι τυφλῶν aut πέποιθάς τε ὅτι ὁδηγὸς εἶ τυφλῶν (Gal. 5, 10.) scripsisset. Lectio σεαυτῷ (ita 69. 77. cf. 2 Cor. 10, 7.) pro σεαυτόν, quum in nullo

Cdi. ἀδαής sit pro ἀδηκόν, *vitium* est. Saepenumero librarii ι subscriptum et ν confundunt. Quater autem P. et sapientis magistri et rudis qui institutione egeat hominis notionem exprimit gravibusque, quibus feroces Judaei, quum se extollerent, gentiles vilipenderent, utebantur, vocabulis utramque enuntiat, quo magis vanam esse Judaeorum, qui nimirum ore tenus sapiant, superbiam sentiatur (cf. v. 21. sq.). Dixisse Paulum *caecos*, *homines in tenebris constitutos*, *stultos* et *infantes* neque *plebem judaicam*, (cf. *Boehm.*) neque *proselytos* (v. *Chrys.*) certum est. Nam Judaeos v. 17. sq. gentilibus, de quibus v. 14. sq. separatim disseruerat, opponit. Male igitur qui ab Ap. compellatur *Judaeus* v. 17. sq. ad Judaeorum *partem*, velut ad doctos Judaeos, refertur, cujus nomine *omnes Judaei* comprehendantur. Quod si verum est, τυφλοί, οἱ ἐν σκότει κ. τ. λ. qui ab Judaeo distinguuntur, ne Judaei quidem esse possunt. ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν] Cf. Matth. 15, 14.. φῶς τῶν ἐν σκότει] Cf. Matth. 4, 16.. παιδευτὴν ἀφρόνων] h. e. *stolidorum magistrum*. Nam qui ἄφρονες vocantur a τυφλοῖς, τοῖς ἐν σκότει et νηπίοις nihil differre orationis perpetuitas docet (v. supra). Itaque altera explicatio *scelestorum hominum* (cf. נבל Ps. 53, 2.) *castigatorem* s. *correctorem* (v. *Kopp.*) ferri h. l. non potest. διδάσκαλον νηπίων] *infantium* (*puerorum* Romanus diceret) *doctorem*. Jam ab Homero (v. c. Il. 17, 32.) νήπιος ad mentem refertur: *qui non plus sapiat, quam infans, homo stultus*. Fuisse jam antiquitus, qui τὴν μόρφωσιν *formam* ita interpretarentur, ut formae atque umbrae rem ipsam tacite opponerent et τὴν μόρφωσιν pro *specie* (2 Tim. 3, 5.) sumerent (quum *speciem* sapientiae et veritatis in lege habeas, non *sapientiam ipsam* aut *genuinam veritatem*), *Theophyl.* refert. Qui non reputarunt, P. verbis ἔχοντα — ἐν τῷ νόμῳ causam afferre, quâ moti Judaei se legitimos imperitorum gentilium magistros esse confidere possent. Non igitur quod legem mos. in contemtum adduceret, sed quod eam aut vere aut saltem a Judaeorum sententiâ orneret illis v. continetur necesse est. Vere *Grot.* al. τὴν μόρφωσιν *formam*, *quae rem exprimat* explanant h. m.: *et confidis te — — stolidorum magistrum esse, quum sapientiae et veritatis formam in lege mos. habeas, quae sapientiam ac veritatem exprimat*. Quamquam autem voce ἔχοντα — ἐν τῷ νόμῳ ex Judaeorum mente dicta sunt, tamen dubitari non potest, quin legem mos. et verae sapientiae thesauros continere et veritatem repraesentare ipse P. existimarit, quo auctore jam ea ibi praesignificata legantur, quae christ. disciplinae vel maxime peculiaria esse videantur (Rom. 3, 21.). Sed *duo* Ap. e lege mos. peti,

Digitized by Google

posse affirmat, *sapientiam et veram.* Non igitur τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας per ἐν διὰ δυοῖν dictum est aut pro τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως τῆς ἀληθείας (*Grot., de Ammon.*) aut pro τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως ἤτις ἀληθινή ἐστιν (*Flatt.*). Postremo male *Chrys., Theophyl., Oecum.* al. ultima v. ἐν τῷ νόμῳ ponderosa esse voluerunt: *quum sapientiae et veritatis formam in lege mos. expressam teneas* (non eam *vitâ aut moribus* ipse exprimas). Obstat enim huic commento et ordo verborum, qui talis esse debebat: ἐν τῷ νόμῳ ἔχοντα κ. τ. λ. et ratio, quâ vocc. ἔχοντα — ἐν τῷ νόμῳ cum v. v. 19. continentur. Sunt autem v. ἔχοντα — ἐν τῷ νόμῳ eo fine adjecta, ut quâ re Judaeorum, se ludium gentilium magistros venditantium, fiducia nitatur intelligi possit. Quare facinorosae vitae crimen enuntiare non possunt. Quin P. quum Judaeos gentilium magistros agere docuisset quaque re freti tantum sibi tribuant addidisset (v. 19. 20.), tum demum scelestam vitam iis objecit (v. 21. sq.). V. 21. — 23. His vs. inest apodosis (v. not. ad v. 17.), cujus quinque membra alii ἐρωτηματικῶς (*Chrys., Theophyl., Oecum., Griesb., Lachm.* al.), alii ἀποφαντικῶς (v. c. *Erasm., Luther., Zeger, Beng., Knapp. Boehm.* cf. *Oecumen.*) pronuntianda esse existimant. *Wolf.* et *Rueckert.* ad sensum nihil referre utram sententiam sequare, sed plus tamen gravitatis percontationes orationi afferre putant. Mihi sic videtur. Si v. 17. ἴδε legas, v. 21. — 23. ἀποφαντικῶς efferre licet, quamvis ita et orationis conversio v. 21. Ὁ οὖν διδάσκων κ. τ. λ. offensioni sit et totus l. molliorem, quam merito exspectes, Judaei objurgationem habeat; sin v. 17. εἰ δέ scribas, quod verum esse supra vidimus, singula vs. 21. — 23. membra aut per interrogationem aut saltem per exclamationem pronuntianda sunt. Alioquin neque apodosis *protasis ardori* respondet, neque P. se Judaeorum inconstantiam, qui aliter loquantur, aliter vivant, abominari significat. [ὁ οὖν διδάσκων — οὐ διδάσκεις;] *tu igitur qui alium quempiam* [1. 30. 38. τὸν ἕτερον *alterum* i. q. τὸν πλησίον Rom. 2, 1. cl. 15, 2.] *doces temetipsum non doces* (quem nimirum disciplinâ egere perditi mores indicant.)? Esse autem Judaeis discendum potius, quam docendum eo P. ostendit, quod *turpissima* et a quibus homines per legem mos. divinitus edoctos alienissimos esse par sit facinora (*tribus* rem exemplis illustrat), quum committi vetent, ipsi tamen patrent. Vocabulis ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν κλέπτεις; et ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν μοιχεύεις; hanc sententiam subesse: *qui velut concionabundus clamas non esse furandum furaris? qui adulterium committendum esse negas ès adulter?* in

promtu est. Hujusmodi l. olim ita VV. DD. expedire conati sunt, ut δεῖν per ellipsin omissum esse contenderent, velut h. l. ὁ κ. μὴ κλέπτειν scil. δεῖν, ὁ λ. μὴ μοιχεύειν scil. δεῖν (qui palam dicis *nefas esse* furari). Sed rectius nuper alii illâ commentitiâ ellipsi repudiatâ verba dicendi (h. l. κηρύσσειν et λέγειν) *praecepti* notionem continere affirmarunt ut simplex Infinitivus (μὴ κλέπτειν, μὴ μοιχεύειν) sufficiat: *qui* (palam) *vetas* furari — adulterium committere (cf. *Herm.* ad Vig. p. 745. et *Win.* gr. p. 265.). Haud scio tamen, an hoc loquendi genus simplicius explicari possit. Nempe Infinitivus praeposito μή a v. dicendi sic suspensus est, ut si v. suspensa in orationem absolutam resolverimus, exsistat μή prohibitivum et Imperativus Praesentis vel Subjunctivus Aoristi. Velut h. l. ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν (der du predigst nicht zu stehlen) idem est quod ὁ κηρύσσων· μὴ κλέπτε (der du predigst den Spruch: stiehl nicht). Ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν i. q. ὁ λέγων· μὴ μοιχεύε. Act. 15, 24. — λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον — i. q. λέγοντες· περιτέμνεσθε καὶ τηρεῖτε τὸν νόμον —. Eadem explicatio similibus l. omnibus adhibenda est. Quomodo autem in oratione affirmativâ Infinitivus resolvendus sit, uno exemplo ostendam: Evang. Nicodemi, c. 4. ed. Thilo I, 542. — οὗτος δὲ λέγει, καταλῦσαι καὶ οἰκοδομῆσαι αὐτὸν [τὸν ναόν] διὰ τριῶν ἡμερῶν i. q. οὗτος δὲ λέγει τό· καταλύσω καὶ οἰκοδομήσω αὐτὸν δ. τ. ἡμ. Nimiâ sedulitate *Grot.*, *Wetst.* al., ut Ap. vera Judaeis exprobrare appareret, furta (Ps. 50, 18. Prov. 20, 26. Joseph. B. J. 5, 9, 4.) et adulteria (Jer. 5, 8. Ps. 50, 18. Mal. 3, 5. Joseph. l. c.), quae Judaei unquam fecisse in antiquis monumentis arguerentur, collegerunt. Non enim exemplorum apparatu opus est, ubi summa seculi, quo P. scripsit, licentia Ap. objurgationi, et ipsi fide dignissimae, fidem faciat. ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα] *qui gentilium Deos abominaris.* V. βδελύσσεσθαι quo Judaei in fictitia paganorum numina animo essent praeclare enuntiat. Quae tantopere illi abominati sunt, ut ea שקוצים Ezech. 20, 7., פגרים 2 Reg. 23, 13., βδελύγματα 1 Macc. 6, 7. *res detestabiles* κατ' ἐξοχήν vocarent. ἱεροσυλεῖς] Vera est *Cary.*, *Theophyl.*, *Oecum.*, *Clerici*, *Kypke*, et *Rosenm.* interpretatio: *qui gentilium Deos abominaris eorum templis sacrilegas manus injicis, eorum fana expilas?* (*tu qui paganorum Deos adeo abominaris, ut eos videre aut tangere nolis, eorum templis per scelus manus infers?* Quae sententia quum e duobus recte oppositis membris constet et satis acrimoniae habeat, Paulo, ut justa esset oppositio ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, τοῖς εἰδώλοις λατρεύεις;

dicendum falsae falso *Rueckert.* pronunciavit.) Fuisse autem Judaeos, qui hoc scelus ederent, Judaeorum ingenium credibile reddit, ut sacrilegiorum ab iis factorum testibus opus non esse videatur. Quamquam ex Act. 19, 34. 37. et Joseph. A. J. 4, 8, 10. aut compilasse passim Judaeos gentilium fana aut saltem eos hujus sceleris paganis suspectos fuisse intelligitur. Vide librum meum: Ueber die Verdienste des D. Tholuck um die Schrifterklärung p. 8.. Ceteri interpretes, quum verbis ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα rationem contineri, quae Judaeos ἱεροσυλεῖν prohiberet, quemadmodum vocc. ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν et ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν causa inest, quae eos κλέπτειν et μοιχεύειν vetaret, non reputassent, commiserunt, ut Ap. nescio quid absurdi diceret. *Syrus*, *Photius*, *Grotius*, *Cramer.*, *Paulus* al. ἱεροσυλεῖν ad fraudes referunt, quibus Judaei Jehovae templum spoliarent, quum v. c. sacerdotes Deo vel non offerrent quae offerenda essent Mal. 3, 10., vel deteriores hostias immolarent, quam quales caedi lex mos. juberet Mal. 1, 8. sq., aut homines invenirentur, qui dona templo hierosolymitano consecrata interverterent, cujusmodi erant illi quattuor Judaei romani, qui Fulviae dona in suos usus converterunt auctore Josepho A. J. 18, 3, 5.: *tu qui gentilium Deos detestaris tui Del templum spolias?* Hi igitur Paulum quum commoto animo scriberet Judaeorum fraudes, quibus templi sui opes minuerent, ὑπερβολικῶς *sacrilegium* dixisse censuerunt. At praeterquam quod ἱεροσυλεῖν ob praecedentia v. non potest nisi de gentilium templis intelligi, absona est sententia, quandoquidem *Deorum, quos gentiles colerent, detestatio* non hanc vim habere potuit, ut Judaeorum mentes a fraudibus, quibus *sui Dei majestatem* imminuerent, arocaret. Manifestum est igitur, P., ut sententia constaret, hoc pacto ὁ ἐὐλαβούμενος τὸν ναὸν ἱεροσυλεῖς; scribere oportuisse. Non minus sententiam perdiderunt, qui ἱεροσυλεῖν per hyperbolen *de summo scelere* h. l. dici opinati (recte enim homines sacrilegio foedissimum scelus suscipi judicare solent, unde ἱερόσυλοι in hominibus pessimis numerantur ab Aristoph. Plut. v. 30., *sacrilegium* Liv. 4, 20. hyperbolice pro *indignissimo facinore* ponit et *sacrilegus* Terentio Eun. 5, 3, 2. est *furcifer*) aut Dei *contemtum* exprimere perhibuerunt (*qui paganorum Deos detestaris, veri Dei majestatem profanas* [*Calvin.*], *verum Deum justo honore non afficis* [*Beng.*], *graviter peccas in Deum* [*Bretschn. Lex.*], aut *rerum sanctarum contemtum* (*qui gentilium Deos abominaris, nihil habes quod revereare, quod tibi sanctum sit*; ita *Morus*, *Flatt.*, *Tholucc.*, *Beneck.* al.) inferre sibi persuaserunt. Nam ne ἱεροσυλεῖν in hâc oratio-

Digitized by Google

nis perpetuitate non posse alio nisi ad eos, qui gentilium templa expilarent, referri molestius repetam, potuisse Judaeos simul paganorum numina abominari simul Jehovam pie colere aut bonorum virorum officiis fungi quivis concedat necesse est. Quare illi interpretes v. *ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα* omni sensu privarunt. Nunc P. postquam Judaeorum perversitatem v. 21. 22. tribus exemplis illustravit, v. 23. eorum pravitatis summam conficit. Paucis, inquit, complectar. Qui legem jactas violandâ lege Deo contumeliam facis? Optime sibi invicem opponi *καυχᾶσθαι ἐν νόμῳ* et *διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζειν* tum intelligas, quum Paulo *νόμον divinae originis legem* esse memineris, ut hoc dicat: *qui Dei lege superbis, Deum violandâ lege contumeliâ afficis?* Unde melius futuram esse oppositionem, si P. *ἐν θεῷ* pro *ἐν νόμῳ* posuisset, falso *Rueckert.* putavit. Eodem errore in Cd. 23. hic l. sic interpolatus est: *ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τὸν νόμον τοῦ θεοῦ ἀτιμάζεις.* Est sane paralogismus, si quis ita argumentetur: quicunque improbe vivit, eum disciplina, quam sequitur, corrupit, ut bene observat *Grot.* ad v. 24. Solent tamen homines rationem sic concludere: quales cives, tales sunt leges; quales leges, talis est legislator. Vere igitur P. Judaeos violandâ lege mos. infamiam Deo movere dixit. Ita enim vixerunt, ut gentiles ratiocinari possent: sceleribus cooperti sunt Judaei; non ergo sanctus est Jehovah, eorum legislator. V. 24. Ne gravissimum crimen, in quod Judaeos v. 23. adduxerat, cupidius quam verius iis fecisse videretur, librorum s. auctoritate suam vocem P. munivit, h. r.: *utique tu, Judaee, violandâ lege mos. infamiâ Deum adspergis. Nam Dei nomen propter vos, Judaeos,* (ob vestra maleficia) *male audit inter gentiles, ut alicubi in V. T. legitur.* Liberius Ap. citavit et in rem suam convertit Jes. 52, 5. LXX. *δι' ὑμᾶς* (i. e. ob miseram vestram fortunam) *διαπαντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.* Loci Ezech. 36, 23., unde *Calvin.* testimonium sumtum esse putat, ne umbram quidem P. verba referunt.

V. 25. *Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.* 26. *Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται,* 27. *καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου;* 28. *Οὐ γὰρ ὁ*

Digitized by Google

ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομή, 29. ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ.

V. 25. Desipere Judaeos, qui existiment, scelera sua impunita fore propterea, quod Deus sibi per Mosen leges dederit, gravi oratione P. hucusque v. 1. — 24. persequutus est. Non enim sanctissimum Dei numen (v. 6. 11.) nisi eos insontes declaraturum esse, qui div. praecepta exsequantur (v. 13. v. 17. sq.). Nunc verendum erat, ne pravi Judaei ultimo perfugio usi se idcirco impune peccaturos perliberent, quod essent *circumcisi*. Itaque Ap. hoc quoque eorum castellum expugnat, quum circumcisionem ei Judaeo, qui legi mos. pareat, non ei, qui div. legem violet, usui atque emolumento esse monet v. 25.. Tantum nonnullos Judaeos circumcisioni tribuisse, ut quoniam turpe praeputium non ferrent geennae tormenta sibi metuenda esse negarent quum P. v. arguunt, tum l. a *Schoettgenio* allatus comprobat. Schemoth rabba sect. 19. fol. 118. „Dixit R. Berechias: Ne haeretici et apostatae et impii ex Israëlitis dicant: *quandoquidem circumcisi sumus in infernum non descendimus.* Quid agit Deus Sanctus Benedictus? Mittit angelum *et praeputia ipsorum attrahit* (1 Cor. 7, 18.), *ita ut ipsi in infernum descendant.*" Quum igitur Judaeos tantum decus in circumcisione quaesivisse constet, eorum opinio, qui τῆς περιτομῆς vocabulum aut per metonymiam τὸν Ἰουδαϊσμόν (ita *Kopp.*, *Morus*, *Boehm.* al.) aut per synecdochen τὸν νόμον (sic *Beza*) indicare dicerent, fundamento destituta est. Particula γάρ sententiam v. 17. — 24. enuntiatam firmat h. r.: *si tu, Judaee, ut ipse ferociter contendis, div. voluntatem per leg. mos. optime edoctus tamen divinae legi non obtemperas, in justam reprehensionem incurris dignusque es, qui plectaris* (v. 17. — 24.). *Nam circumcisio* (quâ fortasse fidas) *tum prodest, quum legi mos. satisfacias* (v. 25.). Quod P. h. l. esse circumcisionem usui, si quis legem mos. servet, affirmat, non quam utilitatem afferat adjicit, id non sapientiae (vid. *Rueckert.*), quae summa sane in P. fuit, sed ardori Ap. tribuendum est. Nimirum haec sententia *legi tibi parendum est* (ut circumcisio tibi prosit) adeo ejus animum occupat, ut illi explicandae et contrarium afferendo (v. 25. ἐὰν δὲ κ. τ. λ.) et ex eâ argumentando (v. 26. sq.) diutius insistat, circumcisionis fructum alio l. expositurus (vid. 3, 2. cl. not. ad h, 16.). ἐὰν δὲ — γέγονεν] Hujus vocis vim ut persentiamus duo nobis tenenda sunt; et Judaeos praeputium, ut impurissimam

rem, maximo opere abominatos esse et P. *γέγονεν* cum emphasi scripsisse: *sin legirupa sis, tua* (quâ niteris) *circumcisio in praeputium conversa est* i. q. *circumcisio, quâ superbis, sublata est turpissimique* (ut tibi videtur) *praeputii naturam induit*! *ἀκροβυστία*] Quum Graecorum medici, quemadmodum ex Aristot. Hist. Anim. I, 13. (ed. *Bekk.* II, p. 493.) intelligitur, *τὴν ἀκροποσθίαν* quod nostri medici „*praeputii frenulum*" appellant dicerent, Graeci totum praeputium tum *τὴν ἀκροποσθίαν*, tum *τὸ ἀκροπόσθιον summam mentulae partem* vulgo vocarunt. A quibus alexandrini scriptores secessionem fecerunt, vocitaruntque praeputium *τὴν ἀκροβυστίαν*, unde etiam *ὁ ἀκρόβυστος* (LXX. Jos. 5, 7.) et *ἀκροβυστεῖν* (Aqu. Levit. 19, 23.) dixerunt. VV. DD. *τὴν ἀκροβυστίαν* e vocc. *τὸ ἄκρον* et *βύω tego* derivare solent, ut sit *ὁ ἀκρόβυστος vir in extremitate tectus* et *ἡ ἀκροβυστία talis viri conditio*, Etymol. sequuti 53, 47. *ἀκροβυστία ἐκ τοῦ ἀκρόβυστος, ὃ σημαίνει τὸν κεκαλυμμένον. παρὰ τὸ βύω τὸ καλύπτω, βύσω βέβυκα βέβυσμαι βύστης καὶ ἀκρόβυστος.* Hanc opinionem unus *Sopingius* ad Hesychii glossam: *ἀκροπόσθια: τὰ ἄκρα τοῦ αἰδοίου.* falsam esse vidit. Primum enim v. *βύω* non significasse videtur *tego*. Dicunt id quidem veteres grammatici, v. c. Hesych. *βύουσαν: κρύπτουσαν.* Sed constat eos multa vocc. utcunque explicuisse, quum eam iis vim subjicerent, quam difficilioris cujusdam l. in quem intuerentur, nexus postulare videretur. Graecis scriptoribus *βύω* valet *infarcio* et *βεβυσμένος* iis est *oppletus, refertus.* Hoc pacto *ὁ ἀκρόβυστος* sit *in extremâ parte refertus* s. *turgens*, non *tectus.* Deinde etiamsi *βύω tego* notarit, tamen, si illam originationem sequamur, de cujusnam membri extremitate agatur nesciamus. Idem obscurum sit, si *τὸν ἀκρόβυστον in extremâ parte turgentem* explicemus. Quae autem causa alexandrinos scriptores impulerit, ut *praeputium*, quod graeci homines perspicuo vocabulo *τὴν ἀκροποσθίαν extremam caulis partem* dicerent, obscurâ voce *τὴν ἀκροβυστίαν conditionem viri in extremâ parte tecti* (s. *turgentis*) vocarent? Denique summa soni similitudo, quae inter *τὴν ἀκροποσθίαν* et *τὴν ἀκροβυστίαν* intercedit, originationem vulgo receptam errore niti arguit. Ut breve faciam, pronuntiarunt Alexandrini *τὴν βύστην*, quam Graeci dixerunt *τὴν πόσθην.* Itaque *τὴν ἀκροβυστίαν* vocarunt *τὴν ἀκροποσθίαν* i. e. *τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου, praeputium* fecerunt-que formas *ἀκρόβυστος* et *ἀκροβυστεῖν*, in quarum l. Graeci *ἀκρόποσθος* et *ἀκροποσθεῖν* substituissent. V. 26. et 27. Particulâ *οὖν* e vs. 25. in hunc m. P. argumentatur:

Digitized by Google

Igitur (h. e. quum summa res in eo vertatur, ut legi mos. satisfiat, quoniam ne circumcisio quidem Judaeo quidquam prodest, si sit legirupa v. 25.) *si vir praeputiatus legis mos. mandata perficiat, nonne ejus praeputium circumcisionis loco habebitur —?* Aptissima est h. l. percontatio (affirmativa) Declarat enim rem adeo nulli dubitationi obnoxiam esse, ut eam ne Judaeus quidem, qui v. 27. compellatur, negaturus sit. Ἡ ἀκροβυστία (priore l.), vocabulum abstractum, vim habet concreti ὁ ἀκρόβυστος (cf. v. 27.). Unde in altero membro αὐτοῦ (i. e. τοῦ ἀκροβύστου) recte ad ἡ ἀκροβυστία refertur, quum hoc *sensu* idem sit quod ὁ ἀκρόβυστος (vid. *Win.* gr. p. 129. sq.). Loquutio λογίζεταί τι εἰς τι (Act. 19, 27. LXX. Jes. 40, 17. Sap. 9, 6.) hanc vim habet: λογίζεταί τι εἰς τὸ (s. ὥστε) *εἶναί τι ita res aestimatur, ut res sit*, h. e. *ut pro re valeat* i. q. *tribuitur alicui rei vis ac pondus rei.* λογισθήσεται] μετατραπήσεται 32. | Chrys. in textu περιτραπήσεται, in enarratione τραπήσεται. Sunt glossemata. *Calvin.*: „— hic neminem solliciturn esse oportet de quibus legis cultoribus intelligi possit quod ait P., quando nullos tales reperire liceat. Simpliciter enim hanc hypothesin proponere in animo habuit, *si* quis gentilis reperiatur qui legem observet, ejus justitiam pluris esse in praeputio, quam Judaei sine justitiâ circumcisionem." Imo non de eâ obedientiâ P. h. l. exponit, quâ singula legis mos. mandata semper conficiantur, sed de eâ, quâ gravissimis Dei praeceptis plerumque satisfiat. Credidisse autem P., inveniri gentiles, qui quum pie atque honeste viverent, divinae legi obedire recte dicerentur tum e vs. 10. et 14., tum e nostro l. intelligitur. Aliequin non erat, quod paganum legi obedientem Judaeo legirupae antecellere gravibus verbis v. 27. diceret et hanc sententiam hoc argumento firmaret v. 28. 29.: Judaeum et circumcisionem in purâ atque incorruptâ mente latere, non in corpore conspici. —. Virgulâ post λογισθήσεται v. 26. collocatâ percontatio usque ad finem v. 27. continuanda est cum *Koppio*, *Lachm.* al.. Nam qui eam versu 26. terminarunt, *Beng.*, *Knapp* al., iis duo obstant, καί, pro quo aut particula argumentationem inferens ponenda fuerat, v. c. Τοίνυν (Hebr. 13, 13.) κρινεῖ s. Τοιγαροῦν (1 Thess. 4, 8.) κρινεῖ κ. τ. λ., aut saltem Καὶ οὕτω κρινεῖ κ. τ. λ. scribendum, et summus ardor, quem P. Judaeum compellando v. 27. expromsit. Quae compellatio apta est in interrogatione, quâ pravus Judaeus culpae convincatur, inepta in conclusione, in quâ animi ardorem residere par est. κρινεῖ] *in judicium vocabit* scil. suo probitatis exemplo h. e. te in culpâ esse homo praeputiatus suo honestatis exemplo

Digitized by Google

convinced. Cf. Matth. 12, 41. Hebr. 11, 7. Sap. 4, 16.. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα] Ven. *Boehmius* v. ἐκ φύσεως in pronuntiando acuenda existimat, ut vocabulis ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία homo *animo et moribus* praeputiatus (Act. 7, 51.) opponatur. Quam sententiam non impugnarem, si P., ut justa esset oppositio, scripsisset — σὲ τὸν τῇ καρδίᾳ ἀπερίτμητον καὶ παραβάτην νόμου. Male *Grot.* τὴν φύσιν ad rectum rationis usum referens v. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία interpretatur: *praeputiatus is, qui rectam rationem ducem sequitur.* Haec enim sententia P. v. non subest et opus erat ad eam enuntiandam hâc oratione: καὶ κρινεῖ ἡ ἀκροβυστία ἡ ἐκ φύσεως (s. φύσει) τὸν νόμον τελοῦσα. —. (cf. v. 14.). Neque verum est, quod *Grot.* ait, Syrum illam explicationem praeivisse, qui, ut nuper *Koppius*, intolerabile hyperbaton excogitarit, quum v. sic struceret: καὶ κρινεῖ ἡ ἀκροβυστία ἐκ φύσεως τὸν νόμον τελοῦσα κ. τ. λ.. At neque per leges grammaticas vocc. in unam notionem copulata ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία sejungere licet, et erat sic Paulo καὶ κρινεῖ ἡ ἀκροβυστία ἡ ἐκ φύσεως τὸν νόμον τελοῦσα —. dicendum, et errarunt illi eo, quod verbis ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία in unam cogitationem conjunctis oppositionem, quae optime sane comparata est (v. infra), male habere opinati Paulum τὸν ἐκ φύσεως τὸν νόμον τελοῦντα et τὸν διὰ γράμματος παραβάτην νόμου sibi invicem opponere finxerunt. Imo declarant v. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα hoc: *homo natalibus praeputiatus* (quem natura praeputiatum finxerit), *si legem mos. servet.* σὲ — νόμου] Praeverbium διά vi instrumentali sumunt *Oecum.*, *Beza*, *Morus* al. h. s.: *te, qui lagirupa es, per legem mos. et circumcisionem, quae tibi feroces spiritus afferant* (v. 3.), *ad peccandum inductus.* Sed intempestive sane P. Judaei, quem vehementer peccare lege mos. et circumcisione abutentem arguere debebat, culpam minueret, quum div. legem et circumcisionem ejus animum corrupisse diceret. Quin διά h. l. conditionem, in quâ locatus aliquid vel facias vel patiaris, indicat et idem valet σὲ τὸν δ. γρ. κ. π. παραβάτην νόμου quod σὲ τὸν τὸ γράμμα καὶ τὴν περιτομὴν ἔχοντα καὶ παραβαίνοντα τὸν νόμον. Cf. Rom. 4, 11. 14, 20. 2 Cor. 2, 4. 3, 11. 1 Joh. 5, 6. et Xenoph. Cyrop. 4, 6, 6. fin. — νυνὶ διάκειμαι ἔρημος ὢν καὶ διὰ πένθους τὸ γῆρας διάγων. Nos re aliter animo informatâ praeverbiis bei et unter utimur (dich, der du bei Schrift und Beschneidung ein Uebertreter des Gesetzes bist). Sed Graecorum usus e praepositionis διά significatu *per* manavit. Vide not. ad v. 12.. διὰ γράμματος] *Gratius* post *Photium* apud *Oecum.*: „Scriptum legis [γράμμα] effi-

eaciter [P.] dixit, q. d. lex tibi nihil aliud est quam scriptura. Ostendis eam te habere legendo, non agendo. Es νομικός, non νόμιμος." At si γράμμα h. l. ejusmodi acumen haberet, necesario etiam περιτομῆς voc. haberet, quod quale hic esse possit equidem non perspicio. Praeterea talem acrimoniam hunc l. non recipere summi viri non reputarunt. Quemadmodum enim v. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία rem continent, quam homines, de quibus sermo instituitur, a servandâ lege mos. avertere credas, ita voc. διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς rationem, quae Judaeos ad obsequium legi mos. praestandum cohortari debeat, complectantur necesse est. Itaque v. διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς Judaeorum ornamenta enuntiant, quibus eos ad pietatem stimulari par sit, non in perversitatis crimen eos adducunt. Nam pravitatis opprobrium his v. inest: τὸν παραβάτην νόμου. Similiter *Rueckert.* γράμματος vocabulo πνεῦμα tacite opponi suspicatur. Verum enim vero v. 29. 7, 6. et 2 Cor. 3, 6. *diserta* est utriusque voc. oppositio, quod hic secus est. Deinde si γράμμα simpliciter pro ὁ νόμος ὁ γεγραμμένος sumatur sententiam tautologiâ laborare (σὺ τὸν διὰ νόμου καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου) sibi persuasit. Nimirum *Rueckert.* in iis v. tautologiam deprehendit, quibus P. orationi vim ac nervos quaesivisset: te qui quum *legem habeas legem rumpas*. Postremo V. D. vel ad hypallagen cum *Calvino*, quâ διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς idem polleat quod διὰ περιτομῆς γράμματος, vel ad ἓν διὰ δυοῖν, quo schemate διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς idem sit, quod διὰ γράμματος περιτομῆς, confugit, tam quod alterutro schemate adeptus erat pro διὰ περιτομῆς ἐν γράμματι dictum jecit idque rursus sic explicuit p. 113: quum circumcisionem habeas, *quae V. T. ingenio respondeat*. Etiamsi haec omnia, quorum nihil verum est, recte dicta putaris, tamen *Rueckerti* consilio sententiam corrumpi fateare necesse est: te qui circumcisione *ad V. T. ingenium accommodatâ* (quid hoc ad nostrum l.?) ornatus, tamen legirupa sis. Imo hoc graviter dicitur: te qui *legem* et circumcisionem *habens*, tamen *legem violes*. Quocirca γράμμα legem literis consignatam h. e. mosaicam (τὸν νόμον) valet sine ullâ emphasi. Superest, ut membrum posterius ad prius belle atque ita referri doceam, ut notioni notio, sententiae sententia acute respondeat. Nam verbis ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία recte opponitur ὁ διὰ νόμου καὶ περιτομῆς ὤν. Quippe homo gentilis *praeputium a naturâ accepit*, homo Judaeus legem div. in eâque imperatam circumcisionem *non naturae, sed extraordinariae cuidam Dei liberalitati* acceptam rettulit. Verba autem τὸν

παραβάτην νόμου ad voc. τὸν νόμων τελοῦσα pulchre referri in promtu est. Sed quo melius vs. 27. pulchrum et acutam oppositionem inesse intelligas, quae P. coarctavit in hunc modum diduc: — *καὶ κρινεῖ ὁ ἐκ φύσεως ἀκροβυστος τὸν νόμον τελοῦσα σὲ τὸν ἐκ γράμματος καὶ περιτομὴν ἔχοντα καὶ παραβάτην νόμου ὄντα;* Nunc totum vs. ita licet *περιφράζειν: et nonne qui natalibus praeputiatus sit* (atque talis, eum ut div. legi obedientem non futurum esse suspicaris), *si div. legem servet, te culpae convincet, qui scripto lege et circumcisione a Deo ornatus* (ut te, ne ingratus videare, div. voluntati obsequi oporteat) *tamen legem rumpas?* V. 28. et 29. Male *Win.* gr. p. 379. vocem *γάρ* ab hac sententia, quam P. reticuerit, suspendit: *fieri autem potest, ut Judaeus condemnetur i. e. sempiternis supplicis tradatur.* (Quasi vero *κρίνειν* v. 27. de judice dictum sit, ut condemnare h. e. poenis addicere valeat.). *Non in iis caerimoniae Judaeum faciunt, sed integra mens.* Quin aptum est *γάρ* ex interrogatione rem affirmante v. 26. et 27. h. r.: *Sane bene moratus gentilis circumsecti loco habebitur culpaeque te convincet, Judaeum legis mag. violatorem* (v. 26. 27.). *Nam pura mens Judaeum facit, non decurtatum praeputium* (v. 28. 29.). Quod deest Subjectis ὁ ἐν τῷ φανερῷ et ἡ ἐν τῷ φανερῷ e Praedicatis Ἰουδαῖός ἐστιν et περιτομή scil. ἐστίν explendum est h. m.: ὁ ἐν τῷ φανερῷ scil. Ἰουδαῖος ὤν et ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ scil. οὖσα περιτομή. *non enim qui in hominum conspectu Judaeus est, verinominis Judaeus* (cf. Rom. 9, 6.) *est, neque quae palam, h. e. in corpore, est circumcisio, circumcisio est suo nomine digna.* Verbis ἐν σαρκὶ P. vocc. ἐν τῷ φανερῷ magis illustrat, indicans, Judaeorum circumcisionem in *corpore*, cui cicatricem obducat, conspici posse. Perperam *Storr.* Opusc. II. p. 189. ἐστὶν *valet aliquid* enarravit, quasi εἶναι pro εἶναί τι (Gal. 6, 15.) poni posset. Loca 1 Cor. 1, 28. Gal. 3, 28. Col. 3, 11. temere in hanc rem afferuntur. V. 29. rursus Ἰουδαῖος scil. ἐστί Praedicatum complectitur et Subjectum inest v. ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ np. Ἰουδαῖος ὤν: *sed qui in occulto* (quo non pateat oculorum prospectus i. e. qui *animo* Judaeus est) *Judaeus est, Judaei nomine dignus est.* Afferre hic solent interpretes Nidda fol. 20, 2.: יהודאי בחדרי לביא *Judaei in penetralibus cordis sedent.* Quae vox ab h. l. abhorret, si vere eam, ut arbitror, explicuit *Buxtorf.* Lex. talm. p. 2569: *omnia etiam occultissima Judaeis nota sunt, omnis sapientia in iis reperitur.* περιτομὴ καρδίας] Quum Hebraei nihil spurcius existimarent praeputio ac proinde facere non possent, quin viros praeputiatos ut spurcos homines contemnerent,

Digitized by Google

sibi plauderent circumciso praeputio purgatis, aptâ et quae Judaei animum feriret metaphorâ circumcisionem tanquam impurae ac taetrae rei amputationem ad animum transtulerunt. Valet igitur iis מול את־ערלת־לבב Deut. 10, 16. (cl. 30, 6.) *animi praeputium circumcidere* i. q. *animi sordes expurgare*, *impietati et pravitati valedicere*, ערלי־לב Ez. 44, 7. (ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ Act. 7, 51.) iis sunt *homines*, *quorum animus praeputiatus*, i. e. inquinatus, *est* i. q. *homines improbi* et περιτομὴ καρδίας, si de circumsecantis negotio intelligas, *animi sordium expurgationem* h. e. *animi emendationem* notat, sin ad hominis, cujus animus circumcisus sit, conditionem referas, *animum praeputio liberatum sordibusque purgatum* i. e. *pietatem et honestatem* declarat. Quam quidem animi circumcisionem P. ut genuinam merito extollit, spretâ corporis circumcisione, quâ Judaei freti sunt, ut adulterinâ ac nullius pretii. Nam haec nonnisi ad corpus spectat, illa ad animum pertinens pravos animi motus exstirpat Col. 2, 11.; hanc homini debes, qui manum suam ad circumsecandum admoverit Eph. 2, 11., illa est ἀχειροποίητος Col. 2, 11.; haec fit per scriptam Mosis legem, quae pueros circumsecari jubeat Levit. 12, 3., illa per spiritum s. fit, virtutis fautorem Gal. 5, 22.; haec Mosis scholae consentanea est, illam flagitat Christi disciplina, ut recte vocetur ἡ περιτομὴ τοῦ Χριστοῦ Col. 2, 11.. Quum igitur P. tam honorifice de animi circumcisione senserit, recte h. l. περιτομὴν καρδίας simpliciter pro genuinâ ac suo nomine dignâ circumcisione commemoravit: *et animi circumcisio* (quae *sincera* circumcisio est) *per spiritum s.* (honestatis adjutorem) *peragitur*, *non per scriptam Mosis legem* (quae puerorum circumcisionem sancit) i. q. et animi circumcisio spiritui s. accepta refertur, non legi in Mosis Codice perscriptae. Scilicet post v. οὐ γράμματι mente addendum est γίνεται s. ἐστίν. At male sic comparata est oppositio, quandoquidem spiritus s. circumcisionem *efficit*, Mosis Codex eam *fieri jubet* (cf. *Rueckert.*). Minime. Nam quum ille circumcisionem efficiat *virtutem adjuvando*, hic *legem* de circumcidendis pueris *promulgando*, in utroque circumcisionis *causam remotiorem* esse confitendum est. Si v. καὶ περιτομὴ — γράμματι sic interpreteris: *et circumcisio animi in animo inest*, *non e legis mandato fit* sententia male concluſa sit; quae ne claudicaret, his v. opus erat: — ἐν πνεύματι, οὐ σαρκί *et animi circumcisio in animo*, *non corpore*, *inest*. Male *Cramer.* οὐ ad v. γράμματι refert. Non enim erat, quod P. Mosis legem a Deo, non ab hominibus celebrari solere affirmaret. Illud h. l. dicendum erat, vel τὸν ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖον ὄντα vel τὴν περιτομὴν

Digitized by Google

τῆς καρδίας Deo probari solere, non hominibus. Nihilo melius *Kopp.* et *Tholuc.* οὗ Neutrum simul ad sinceram Judaeam simul ad animi circumcisionem pertinere putant. Ita nimirum ὧν ponendum erat. Potest οὗ pro Neutro sumtum ad v. περιτομὴ καρδίας referri cum *Schotto* al.: *cujus rei* (circumcisionis animum purgantis) *laus non ab hominibus, sed a Deo proficiscitur.* Sed quoniam in P. disputatione v. 27. 28. (cf. 3, 1.) *Judaei* notio primaria est neque circumcisionis aliam ob rem mentio fit, nisi ut de Judaeo dicta illustrentur, eo animus propendet, ut iis [*Rezae, Heum., Moro* al.] assentiar, qui οὗ Masculinum ad eum referunt qui animo sit Judaeus: *quem* (genuinum Judaeum) *non homines* (qui rebus vanis saepe ducuntur et prava admirantur), *sed Deus* (qui unus vero atque honesto pretium statuit) *laude prosequitur* (Joh. 5, 44. 12, 43.). Quae sententia quum optime comparata sit, *Kopp., Schleusn.* Lex. al. τὸν ἔπαινον sine idonea causa *principium* enarrarunt: *qui* (sincerus Judaeus) *non ab hominibus, sed a Deo praemia affectat.* Nihil enim ὁ ἔπαινος nisi *laudem* notat etiam in l., quae citarunt v. c. Polyb. 2, 38, 11. [non 12.] Sap. 15, 19. Rom. 13, 3. 1 Cor. 4, 5. et 1 Petr. 1, 7. 2, 14., et quamquam fieri potest, ut bene facti praemium aut totum aut aliqua ejus pars laude quam ferae continetur, unde ἡ ἐξ ἀνθρώπων et ὁ ἔπαινος recte invicem opponuntur 1 Petr. 2, 14., tamen Graecos τὸν ἔπαινον praemii significatu posuisse minime inde consequitur. Restat, ut quae interpretes in vs. 28. 29. struendis deliquisse videantur memorem. Quorum *Grotius* v. v. 28. οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν sive potius v. v. 29. ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος cum voce. vi 29. οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ consociavit h. l.: *non qui exterius Judaeus est* (neque quae exterius, in corpore, aspici potest, circumcisio), *sed qui intus Judaeus est* (et circumcisio animi per spiritum effecta, non ea praecipue, quam legis scriptum praecipit) *ubique is est, quem Deus* (de hominum judicio hic non ago) *laudat.* Huic consilio, ut alia taceam, tum ἐστὶν v. 29. positum, quod v. 29. post Ἰουδαῖος collocandum fuerat, officit, tum illud obstat, quod *Grot.* v. 29. γενομένη post v. οὐ γράμματι per ellipsin omissum male putavit. Delapsus est Vir summus in hoc interpretationis monstrum eo, quod v. 28. v. ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος et v. 29. voce. ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος in unam notionem perperam copulavit. Ceteri explicatores quum vs. 28. recte exposuissent v. 29. eo peccarunt, quod neglecta orationis conversione in v. καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι scil. ἐστὶν, ad v. καὶ περιτομὴ καρδίας cogitando addiderunt Praedicatum περιτομή

ἐστιν et voce. ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι pro πνευματική, οὐ γεγραμμένη, alii alio sensu dicta putarunt: *Beza*, *Heum.*, *Morus* al.: — et circumcisio animi *vera circumcisio est, quae in animo fit, non per legis mos. imperium peragitur.* (Quo consilio ne sententiae quidem satis consultum est; cf. supra). *Chr. Fr. Schmid.*, *Boehm.* al.: et animi circumcisio *vera circumcisio est, cujus auctor est spiritus s., non Mosis Codex.* Mire *Rueckert.*: e. a. c. *vera circumcisio est, N. non V. T. ingenio accommodata.* Horum nihil probari potest. Nam non P. verba illi interpretes exposuerunt, sed hanc orationem: καὶ περιτομὴ καρδίας περιτομή [scil. ἐστίν], ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι οὗσα, γενομένη. Et si quis hanc enarrationem in medium afferat: καὶ περιτομὴ (scil. ἐστὶν) καρδίας (scil. περιτομὴ), ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι scil. γινομένη: *et vera circumcisio est animi circumcisio, quam spiritus s. non Mosis Codex conficiat* tum contorte v. περιτομὴ καρδίας disjungat, tum Participium γενομένη per ellipsin omissum esse male statuat.

EXCURSUS.

De verbis ἔριθος, ἐριθεία, ἐριθεύομαι, συνέριθος ac similibus.

(Vid. not. ad l. Rom. 2, 8.).

Vocabulo τῆς ἐριθείας, quod Rom. 2, 8. 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. Phil. 1, 17. 2, 3. Jac. 3, 14. 16. legitur, N. T. interpretes et Lexicographi, quum vocis etymologiam nihilo melius compertam haberent, quam veteres Grammatici, eum quovis l. significatum tribuerunt, quem contexta oratio aut recipere aut postulare videretur. Ductam esse τὴν ἐριθείαν ab ἐριθεύω, quo modo παιδεία, a παιδεύω, ἀλαζονεία ab ἀλαζονεύομαι, περπερεία a περπερεύομαι, δουλεία a δουλεύω, κυβεία a κυβεύω (cf. *Buttm.* gr. maj. II, 317.) *) et verbum ἐριθεύω ab ὁ, ἡ ἔριθος *mercenarius*, *mercenaria* derivatum esse certum est; illud incertum, unde vox ἡ, ἡ ἔριθος originem repetat. Hesychius vocis originem in voc. ἔρα *terra* quaerit, ut ὁ ἔριθος proprie sit *qui opus rusticum facit*: ἔριθος: οἱ γεωργοὶ παρὰ τὸ τὴν ἔραν ἐργάζεσθαι, — καταχρηστικῶς δὲ οἱ ἐμπορικοὶ ἢ μισθωτοί. Idem ἠριθεύετο: εἰργάζετο: οἱ ἐριθεῦσιν: ἐργάταις, γεωργοῖς. At qui tandem ex ἔρα exstiterit ἔριθος? Unde natum sit τ? Aut quid sibi velit — θος? Sed operae pretium est, hanc Hesychii glossam: ἐριθεύει: εἰκῇ ἐργάζῃ, μάτην. stringere. Ea *Schneiderum* in Lex. gr. movit, ut v. ἐριθεύεσθαι etiam obi-

*) Hinc errant, qui (v. c. *Knapp.* et *Bretschneider.* in Lex.) ἐρίθεια scribunt. Male etiam *Wahl.* Cl. maj. et min: „Ἐριθεία, ας, ἡ vel ἐρίθεια —." Item Col. 1, 19. ἀρεσκείαν scribendum. Nam ab ἀρεσκεύω ducitur ἡ ἀρεσκεία, non ἡ ἀρέσκεια, ut male *Schleusn.*, *Wahl.* et *Bretschn.*

ter aliquid facere (operariorum more) notare diceret. Contra *Ruchert.* ad Rom. 2, 8. p. 81. Hesychium suum εἰκῇ et *μάτην* e loci, cujus rationem haberet, nexu sumsisse putat. Neutri assentior. Ingeniose enim *Reiskius*: *Ἐριθεύει εἰκῇ: ἐργάζῃ μάτην.* idque verum videtur. Sic haec Hesychii glossa eandem interpretationem continet, quam tres superiores. Non rectius Etymologus 370, 39. 373, 39. *ἐριθος* ab *ἔρα* et *θής* (*agricola mercede conductus*) repetit. Nam unde, quaeso, ῑ et quidem ἐ longum (cf. Hymn. in Merc. v. 296. — *τλήμονα γαστρὸς ἕρῑθον*) in commissurâ exstitit? Temere alii *ἐριθος* ab *ἔριον lana* derivarunt, quum qui ex *ἔρῑον* nasci potuerit *ἔρῑθος* prorsus non appareat. In eâ opinione est Gregorius Nyss. Opp. I, 851. ed. Paris., (cf. Eustath. ad Od. p. 1550, 4. 1162, 20 sq.) qui quamquam *ἡ ἐριθος a lanificio* (*ἐκ τῆς ἐριουργίας*) dicatur et *ἡ ἐριθεία τὴν περὶ τὰ ἔρια σπουδήν* notet, tamen Paulum, veriloquium nihil curantem, *τὴν ἐριστικὴν καὶ ἀμυντικὴν φιλονεικίαν* nove *τῆς ἐριθείας* vocabulo enuntiasse contendit, quod non mirum sit, quoniam P. etiam alia novaverit *). Peperit hoc etymologiae monstrum usus vocc. *ἔριθος* et *ἐριθεύεσθαι* ab Hellenistis mutatus. Late enim patentem vim v. *ἔριθος opera conducta* et *ἐριθεύεσθαι mercede conductum operam facere* Hellenistae coarctarunt dixeruntque *τὴν ἔριθον mulierculam, quae lanam texeret κατ' ἐξοχήν* et *ἐριθεύεσθαι lanam tractare* (cf. infra). Non minus absurde alii *ἔριθος* ab *ἔρις* i. q. *ἐρίζω litigare* oriri sibi persuaserunt, ut *ἔριθος litigiosum* et *ἡ ἐριθεία rixarum studium* declaret. Ut enim *ἐριστής, ἐριστός* et *ἐριστικός* ab *ἐρίζω* prone ducuntur, ita *ἔρις* et *ἐρίζω ἔριθον* et *ἐριθείαν* nullo modo gignere potuerunt. Huc praeter Eustath. ad Od. p. 1553, 40. pertinent Theophyl. ad Rom. 2, 8. *Ἐριθεία λέγεται ἡ φιλονεικία. τοῖς οὖν ἐξ ἐριθείας φησὶ, τουτέστι, τοῖς ἐριστικοῖς.* et ad 2 Cor. 12, 20. — *Ἐριθείαι δὲ λέγεται, ὅταν τις κατ' ἔριν προκαλῆται τινα ἐπὶ πάσῃ τινί,* *Theodoret.* ad Phil. 2, 3. quo l. *τὴν ἐριθείαν τὸ τῆς ἐρίθου πάθος* explicat et bene multi interpretes, qui Rom. 2, 8. *τοὺς ἐξ ἐριθείας litigiosos, contentiosos* enarrant, ut *Luther.*. Scilicet haec originatio propterea permultis explicatoribus egregie placuit, quia l. Rom. 2, 8. flagitare videbatur, ut *οἱ ἐξ ἐριθείας* ibi essent *rixosi* h. e. propter nexum *Deo renitentes, rebelles in Deum.* Porro Basilius Caesar. in Regulis brevioribus interrogat. LXVI. *τὴν ἐριθείαν* ab *ἐρεθίζω exstimulare* repetit: *Ἐριθεία ἐστὶ τὸ ἐξ ὧν ποιεῖ τις ἐπιδεικτικῶς ἢ κενοδόξως προκαλεῖσθαι καὶ ἐρεθίζειν ἄλλους εἰς τὰ ὅμοια. Καὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος ποτὲ μὲν ἐριθείας μνημονεύων τὴν κενοδοξίαν ἐπισυνάπτει εἰπών· μηδὲν κατ' ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν* (Phil. 2, 3), *ποτὲ δὲ κενοδοξίαν προτάξας μετὰ ταύτης καὶ τὴν ἐριθείαν ἑτέρῳ ὀνόματι ἀπαγορεύει λέγων· μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι* (Gal. 5, 26.). Hanc opinionem absonam esse quivis facile intelligat. Ex *ἐρεθίζω* formae *ὁ ἐρεθισμός, τὸ ἐρέθισμα* et *ὁ ἐρεθιστής* nascuntur: *ὁ, ἡ ἔριθος* et *ἡ ἐριθεία* inde nasci plane non possunt. Praeterea *τὴν ἐριθείαν provocationem ad jactantiam* denotare *Basilius* precario sumsit neque aliâ re hoc commentum, quod l. Rom. 2, 8. 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. Phil. 1, 17. Jac. 3, 14. 16. prorsus respuunt, nititur nisi perfunctoriâ duorum l. Phil. 2, 3. Gal. 5, 26. collatione. Tum ut *hominum Deo renitentium* notionem Rom. 2, 8. consequerentur, *Grotius, Kopp., Flatt., Tholuc.* al. *ἐριθεύεσθαι* et *τὴν ἐριθείαν* vocc. hebr. קְרִיָּה־אַף Num. 27,

*) Parum recte Gregorii Nyss. mentem percepit *Beza* ad Rom. 2, 8.. Putavit enim eum hoc dicere, *τὴν ἐριθείαν*, quae vox ab *ἔρις, ἔριθος lis* ducenda ac proinde *ἡ ἐριθεία* scribenda fuerit, Paulum ab *ἡ ἔρις, ἔριθος lana* (sic) derivasse et propterea *τὴν ἐριθείαν* scripsisse, idque recte Gregorium observasse contendit!

Digitized by Google

27,14. (מָרָה בַּיהוָה Ps. 5,11.) *Jehovae imperium detrectare* et מְרִי Ez. 2,5. *contumacia* respondere contenderunt. Quod quam temere dixerint ex eo manifestum est, quod LXX nunquam מָרָה ἐριθεύεσθαι aut מְרִי ἡ ἐριθεία verterunt. Nullum igitur commercium inter ἐριθεύεσθαι et ἐριθεία et inter illa v. hebr. intercedit. Quale ut obtinuisse ostenderent, LXX מָרָה verbis ἐρίζω et ἐρεθίζω reddidisse observarunt. At hi sunt soni inanes. Ita enim statuitur, quod existimare absurdum est, vocis ἔριθος et cognatorum vocc. parentem esse aut ἐρίζω aut ἐρεθίζω. Quid quod in singulis paene quae citarunt l. foede errarunt? Ez. 12,2. כִּי בֵּית מְרִי הֵם LXX διότι οἶκος παραπικραίνων ἐστί. Nimirum מְרִי i. e. h. l. *contumacia*, male *acerbitatem* interpretati sunt. Genes. 26,35. וַתִּהְיֶיןָ מֹרַת רוּחַ לְיִצְחָק, ubi LXX καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαάκ —, Substantivum מֹרָה (aegritudo, exacerbatus animus מֹרַת רוּחַ) ad מָרַר pertinet, non ad מָרָה *contumacem esse*. Deut. 21,18. 20. בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה i. e. *filius immoriger et contumax*. LXX. v. 18. υἱὸς ἀπειθὴς καὶ ἐρεθιστής. v. 20. ὁ υἱὸς ἡμῶν οὗτος ἀπειθεῖ καὶ ἐρεθίζει. Scilicet מֹרֶה (*contumax*) idem quod מוֹרֵר esse opinati sunt idque vi activâ *exacerbantem* notare sibi persuaserunt. 1 Sam. 12,14. 15. הִמְרָה (מָרָה) אֶת־פִּי יְיָ *Jehovae praecepto non obedire* LXX ἐρίζειν τῷ στόματι κυρίου *cum Jehovâ jurgare* non nisi *libere* converterunt, sicut Deut. 31,27. מְרִי (*pervicacia*) τὸν ἐρεθισμόν, nisi forte ibi quoque מְרִי male pro *amaritudine* sumserunt. Tot tantosque errores, quamvis a magnis viris partim profectos, in hujus aetatis interpretibus, quibus a superioribus explicatoribus dicta examinanda, non temere exscribenda sunt, vehementer castigare licet. Omnium optime S. V. *Ilgenius* ad Tob. 2,11. (Die Geschichte Tobi's u. s. w. Jena 1800. p. 28 sq.) ab ἔρι — *valde* ὁ ἔριθος deducit, ut omnino *eum* significaverit, *qui vires intenderet*, *operarium*, tum maxime *mercenarium* idque *generale* vocabulum de agricolis et de lanae textoribus et de iis qui quodcunque opus mercede conducti facerent poni potuerit. Attamen quum ostendi nequeat, — ιθος vel — εθος non esse nisi terminationem, vocabuli compositi altera pars quaerenda erit, eaque talis, quâ ī reddatur longum. Equidem quum diu multumque de hâc re cogitassem, nihil tamen inveni, quod mihi ullo modo satisfaceret. Modo enim in mentem veniebat ἔρι et ἠΐθεος *valde juvenis, valde robustus*, modo ἔρι et ἔσθω *multi cibi edax*, modo alia excogitabam veri non similiora. Quum igitur omnino ignoremus, quomodo natum sit v. ἔριθος (nam ne *Ilgenii* quidem sententia satis certa est), ne primam quidem hujus v. significationem, quae semper pendet a veriloquio, satis accurate novimus *). Possumus quidem dicere, poni hanc vocem ab antiquissimis scriptoribus de messore, poni etiam de aliis hominibus generis ejusdem, sed propriam vim cum pulvisculo excutere non licet, nisi cognitâ etymologiâ. Ceterum nullam aliam scio vocem graecam, quae tam difficiles explicatus mihi habere videatur. Nihil igitur restat, nisi ut quid ἔριθος et ἐριθεύεσθαι diversis

*) Fortasse ἔριθος ne fuit quidem graecum vocabulum, sed peregrinae originis. Tum certe nemo mirari possit, quod vix ac ne vix quidem graecum verbum invenire licet, e quo v. ἔριθος derivatum esse liquido appareat. Nam quod jam Homerus Hesiodusque ἔριθος noverunt, non ausim propterea inter antiquissimas Graecorum voces ἔριθος sine ullâ dubitatione referre, siquidem jam Homerus ipse aliquoties verba posuit ab exteris recepta.

Digitized by Google

emporibus valuerit diligenter exsequuti, significatus sensim ac paullatim mutati causas manifestare studeamus. — Principio hoc certum puto, v. ἔριθος et in epicis et in atticis scriptoribus constantissime dici *de mercenario eoque vulgari, qui duros labores perferat* (vom gemeinen Arbeiter), ita ut in atticis scriptoribus hic illic aliqua contemtus significatio emergat. Homerus de *messoribus* Il. 18, 550. Ἔνθ' ἑτίθει τέμενος βαθυλήϊον· ἔνθα δ' ἔριθοι | ἤμων ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. et v. 560. αἱ δὲ γυναῖκες | δεῖπνον ἐριθοισιν, λευκὸν ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον. De *famulâ* vel *ancillâ* Hesiod. Ἔργ. 2, 221. — καὶ ἄτεκνον ἔριθον | δίζεσθαι κέλομαι χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος. De *crepitu ventris* (Hom.) Hymn. in Mercur. v. 296. τότε δὴ κραιπνὸς Ἀργειφόντης | οἰωνὸν προέηκεν ἀειρόμενος μετὰ χερσὶν | τλήμονα γαστρὸς ἔριθον, ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην. Hoc est: „einen kühnen Arbeiter des Bauchs, einen frechen Boten." Sophocles in Inacho apud Suidam s. ἀράχνης et in *Bekk.* Anecd. p. 442, 3. πάντα δ' ἐριθῶν ἀραχνᾶν βρίθει i. e. *omnia plena sunt araneis laboriosis.* Hoc interpretatur magnus *Valckenarius* in Diatribe p. 169. b. „*Omnia tela tam texentibus araneis sunt oppleta.*" Sane texunt telam araneae; at vix v. ἔριθος sic usurparunt *attici* scriptores (cf. infra). Demosthenes in Eubulidem 45, 8. Bekk. (p. 1313. *Reisk.*) πολλὰ δουλικὰ καὶ ταπεινὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ πενία βιάζεται ποιεῖν, ἐφ' οἷς ἐλέοιντ' ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δικαιότερον ἢ προσαπολλύοιντο. ὡς γὰρ ἐγὼ ἀκούω, πολλαὶ καὶ τιτθαὶ καὶ ἔριθοι (mulieres mercenariae) καὶ τρυγήτριαι γεγόνασιν ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους συμφορῶν ἀσταὶ γυναῖκες —. Hic Codex Bekkeri Parisinus omnium optimus (Σ) praebet ερειθοι (sic). Scripturam ἔρεισθος, ἐρεισθείω probabat Philoxenus grammaticus, non item Herodianus, melior illo grammaticus. Vid. Etym. M. 370, 38. γίνεται ἐρέθω ἐρεθεύω· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ῑ ἐρεισθεύω· οὕτω Φιλόξενος· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἔριθος ἐριθεύω φησίν. Recte vero Herodianus ἔριθος, ut Codd. plerumque: nam ἐρείθω ἐρεισθεύω Philoxenus temere commentus est, sive pravâ etymologiâ suâ inductus, sive quod antepaenultimam syllabam v. ἐρῑθεύω ubique vidisset produci. Pollux VII, 141. quum ita loquatur: καὶ ἔριθοι δὲ καὶ τρυγήτριαι — plane videtur loci Demosthenici rationem habuisse. Contra Hesychius s. Ἔριθοι et Ἐρίθοισιν manifesto spectavit duo illos versus Homeri (vide supra). Sequitur v. συνέριθος, quod significat eum eamve, quae una opus facit, fere cum aliquâ *contemtus* significatione, ut Aristoph. Pac. v. 786. Vide loca a *Ruhnkenio* ad Timaeum p. 173. ed. I. collecta. — Subita linguae graecae inclinatio facta est Aristotelis temporibus circiter Ol. CVIII. Quum enim Macedones Graeciam oppressam tenerent, accidit, ut dialectus macedonica cum atticâ mirum in modum confunderetur. Tum primum inventa sunt non modo nova rerum vocabula, sed etiam veterum vocabulorum novae significationes. Quamquam non nego, in multis v. veterem usum retentum esse: e quo ipso natus est varius quidam graeci sermonis color, puri Atticismi dissimillimus. Atque etsi postea docti Alexandrini antiquum dicendi morem renovare studuerunt, tamen caecum linguae graecae impetum e longo jam tempore in barbariem ruentis sustinere plane non potuerunt. Ita factum est, ut in Aristotele, Polybio et multo etiam magis in alexandrinis scriptoribus vocc. ἐριθεία, ἐριθεύομαι etc. eâ potestate locarentur, ut veterem usum vix agnosceres, quamquam ne antiqua quidem v. ἔριθος potestas prorsus exolevit (vide infra.). Et ita quidem tum vocc. ἔριθος, συνέριθος, ἐριθεύομαι etc. usus mutatus est, ut *duas* potestates acciperent, quas antea non habuissent. Nam primum ἡ ἔριθος, quae Atticis in universum esset *quae mercede conducta opus faceret* κατ' ἐξοχήν dicebatur *mulier-*

Digitized by Google

cula mercenaria lanam tractans, ἡ ὑφαίνουσα, (LXX Jes. 38,12. τὸ πνεῦμά μου παρ' ἐμοὶ ἐγένετο ὡς ἱστὸς ἔριθου ἐγγιζούσης ἐκτεμεῖν.). Quare v. *συνέριθος*, quod apud Atticos significabat τὴν συνεργόν *laboris sociam*, apud Alexandrinos eam declarabat, quae una *telam texeret*, τὴν συνυφαίνουσαν. Ita enim recte emendavit *Piersonus* falsum Moeridis judicium p. 358. *Συνέριθος Ἀττικῶς. συνυφαίνουσα Ἑλληνικῶς.* Tum ἐριθεύεσθαι *lanam texere* valebat. Tob. 2, 11. καὶ ἡ γυνή μου Ἄννα ἠριθεύετο ἐν τοῖς γυναικείοις —. Quum igitur ἔριθος de *lanificâ* ab Hellenistis poni soleret, (vid. omnino *Piersonus* l. l.), non mirum est, nonnullos grammaticos, hanc *primam* vocis potestatem esse male opinatos, vocabulum ἔριθος genus ducere ab ἔριον perperam credidisse. Hûc pertinet Eustathius p. 1550,4. *Συνέριθος δὲ κυρίως, ὥσπερ καὶ ἔριθος, ἡ συνεργαζομένη ἔριον, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἁπλῶς συνεργαζομένη.* et p. 1162,20. sq. *Ἔριθοι δὲ οὐ μόνον αἱ ἐριουργοὶ γυναῖκες ἐν ἄλλοις παρὰ τὸ ἔριον, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ οἱ μισθοῦ ἐργαζόμενοι, ὡς οἱ ἀμητῆρες ἐνταῦθα, παρὰ τὴν ἔραν, ὡς δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς. — Ἱστέον δὲ, ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ εὕρηται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη· εἰ δὲ ἐριθεύειν λέγεται τὸ φαύλως ἐρίζειν, ζητητέον, εἴ που καὶ τοιοῦτός τίς ἐστιν ἔριθος.* Cum postremis cf. p. 1553,45. *τὸ δὲ θοῶς ἔριθα προφέρειν δοκεῖ ἐτυμολογία εἶναι τῆς ἔριθου καὶ συνεριθου· εἰ γὰρ καὶ παρὰ τὸ ἔριον ἐδόθη γίνεσθαι ἡ ἔριθος, ἀλλ' οὐκ ἀπίθανον ἔριθον λέγεσθαι καὶ τὴν προφέρουσαν θοῶς ἔριθα.* Tres igitur affert etymologias: I antiquam ab ἔρα II mediam ab ἔριον III ab ἔρις. Vocem ἔριθος ex ἔρις et θοῶς natam esse quam sit incredibile non est quod moneam. Sed ne vis quidem horum verborum satis convenit; sicut Apostolus ipse 2 Cor. 12,20. Gal. 5,20. vocabula ἔρεις et ἐριθεῖαι ut diversa conjunxit. Praeterea, quod summum est, quicunque v. ἔριθος ab ἔρις duxerunt vocis significatum ab Hellenisti[illegible] frequentatum spectarunt, qui ex antiquâ *mercenarii potestate* flu[illegible] (cf. infra). Perperam igitur ejus rei, cujus causa in pervetus[illegible]cis ἔριθος significatu esset, explicationem in commentitiâ etymo[illegible] quaerendam putarunt. Quare redeamus ad antiquissimam vi[illegible]*cenarii*, quae tempore Alexandrinorum non plane interiit. Nam retinuit eam Eratosthenes, perdoctus grammaticus in Mercurio, poëmate mathematico p. 140. ed. *Bernhardy*: ἡ χερνῆτις ἔριθος —. Scilicet Hellenistae τὸν ἔριθον *mercenarium* dixerunt *hominem illiberalem et sordidum*, einen niedrig denkenden Menſchen. Unde ἡ ἐριθεία iis erat *animus mercenario dignus, mens, qualis esse solet hominum de plebe*, niedrige Geſinnung: Deinde *ad factiones et contentiones plebis* (Ränkeſucht) potissimum transtulerunt. De malis artibus factiosorum Aristoteles Polit. 5,2. et 5,3. (p. 1302 et 1303. *Bekk.*) ἔτι δὲ ἄλλον τρόπον δι' ἐριθείαν, δι' ὀλιγωρίαν, διὰ μικρότητα, δι' ἀνομοιότητα. — μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ ἄνευ στάσεως διά τε τὰς ἐριθείας, ὥσπερ ἐν Ἡράκλᾳ (ἐξ αἱρετῶν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησαν κληρωτὰς, ὅτι ἠρῶντο τοὺς ἐριθευομένους) καὶ δι' ὀλιγωρίαν —. De decuriatione judicum corrumpendorum est apud Suidam *Ἐριθεύεσθαι: ὅμοιόν ἐστι τῷ δεκάζεσθαι· καὶ γὰρ ἡ ἐριθεία εἴρηται ἀπὸ τῆς τοῦ μισθοῦ δόσεως.* Adde Polyb. 10,25. — *οἱ δὲ, τῆς στρατηγίας ὀρεγόμενοι, διὰ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἐξεριθεύονται τοὺς νέους* (i. e. *malis artibus instigant juvenes*) *καὶ παρασκευάζουσιν εὔνους συναγωνιστὰς εἰς τὸ μέλλον* —. Schol. Soph. Aj. v. 832. — *ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐριθεῦσαι* (inhoneste aemulari) *μέν τι ὡς πρεσβυτέρῳ* (Aeschylum dicit) *μὴ βουληθεὶς, οὐ μὴν παραλιπεῖν αὐτὸ δοκιμάζων, ψιλῶς φησι κ. τ. λ.*, verbum *κατεριθεύομαι, (malis artibus opprimere)* a *Schneidero* allatum et *ἀνεριθεύτος a malis artibus alienus, sanctus, integer, innocens* apud Philonem de virtutibus p. 1001. (II, p. 555. ed. *Mang.*) τί δὲ ἄμεινον εἰρήνης; εἰρήνη δὲ ἐξ ἡγεμονίας ὀρθῆς φύεται· ἡγεμονία δ' ἀφιλόνεικος καὶ ἀνεριθεύτος ὀρθὴ μόνη,

Digitized by Google

δι' ἧς καὶ τἄλλα πάντα ὀρθοῦται. Hesych. Ἠριθευμένων: πεφιλοτιμημένων. Ἠριθεύετο: ἐφιλονείκει. Apud Ignatium ep. ad Philadelph. §. 8. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράσσετε, ἀλλὰ κατὰ χριστομάθειαν· ambitionem ἐριθεία notat. Nam paullo ante haec dicuntur: — οὗ διάστασις γνώμης καὶ ὀργὴ καὶ μῖσος ἐκεῖ θεὸς οὐ κατοικεῖ. — Superest, ut veram notionem verbi ἐριθεία in N. T. eruere conemur. Proxime vero accesserunt N. T. scriptores ad usum Hellenistarum. Nam persuasum habeo, τὴν ἐριθείαν in N. T. ubique significare *summam invidiam pectore consilusam proclivitatemque ad machinationes* (geheimer, tief grollender Neid und Ränkesucht). Jacobus 3, 14. 16. conjunxit ζῆλον πικρὸν — καὶ ἐριθείαν. Itaque ἐριθεία et plus est, quam ζῆλος πικρός et tamen simile quiddam. Rectissime etiam pergit: ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία. Ἐριθεία pectore contineri solet (unde praecedit ἔχετε — ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν); interdum tamen in mala facinora prorumpit. Illud ubi fit, est discordia tacita, ubi hoc, tumultus manifestus. Ἀκαταστασία utrumque significat: semper igitur ἐριθεία et ἀκαταστασία conjunctae sunt (2 Cor. 12, 20.). Phil. 2, 2. 3. apte opponuntur σύμψυχοι et κατὰ ἐριθείαν, quae nunquam possunt consociata esse: ἡ κενοδοξία saepe fons est τῆς ἐριθείας. Bene igitur Paulus haec v. copulat: μηδὲν κατὰ ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν. — Phil. 1, 16. 17. qui ἐριθείαν *contentionem* enarrarunt male antestati sunt versum 15., ubi est ἔρις. Non enim reputarunt, vocc. οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας ad v. φθόνον καὶ ἔριν *simul* referri (v. 15. τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν — τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν.); unde necesse est, ut ἐριθεία tum φθόνον, tum ἔριν comprehendat. Ne multa; sunt οἱ ἐξ ἐριθείας *invidi et malitiosi factionum auctores*. Hi quum διὰ φθόνον καὶ ἔριν agerent amore destituti, neque honeste cum Paulo aemulabantur, neque Apostoli amore adducti doctrinam div. tradiderunt neque magis id fecerunt ἁγνῶς. 2 Cor. 12, 20. et similiter Gal. 5, 20. ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι. Haec satis arcte cohaerent. Praecedunt ἔριες, sequuntur διχοστασίαι, αἱρέσεις Gal. 5, 20., quae solent conjuncta esse cum ἐριθείαις (factiosorum studiis); altero l. 2 Cor. 12, 20. sequuntur καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ — ἀκαταστασίαι, quorum eadem est ratio. Etiam Rom. 2, 8. obtinet illa vis, quam supra dixi. Sunt enim οἱ ἐξ ἐριθείας *malitiosi fraudum machinatores*. Qui tamen h. l., ut v. sq. καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, quibus vocc. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας exponuntur, docent, pro *hominibus nequam* commemorantur. Recte. Nam quum τοῖς ἐξ ἐριθείας semper desit *amor* (Phil. 1, 17. 2, 2.), in quo summum sit hominis christ. decus (1 Cor. c. 13.), non minus recte pro quovis magno vitio, τὴν ἐριθείαν poni in promtu est, quam toties τὴν ἀδικίαν. [Similiter vernacule tückische Menschen commemoramus pro hominibus *pravis et improbis*.] Ita minus h. l. valet ἐριθεία, quam intelligitur. Quod *Rueckertus* Paulum Rom. 2, 8. *homines factiosos* memorando *Judaeos* vellicare dicit, quorum partium studium, suae gentis admirationem et invidiam gentilium nemo ignoret, id falsum est. Quum enim *unicuique* Deum facta repensurum esse (v. 6.) probis hominibus bene facta aeternâ beatitate (v. 7. 10.), improbis maleficia geennae tormentis (v. 8. 9.) tum Judaeis tum gentilibus (v. 9. 10.), Paulo h. l. ostendendum sit, versu 8. ea dicere debet, quae in omnes pravos *homines*, non quae in facinorosos *Judaeos* tantummodo conveniant.

Digitized by Google

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Ne quis nulla Judaeis jura esse, quibus homines paganos vincant, e superioribus (2,25 — 29.) colligat, multa illis data sciat. Et primum quidem hoc est, quod Dei oracula, quae Messiam portendunt, iis concredita sunt (v. 1. 2.). Magnum vero haec Judaeis decus afferunt. Ineptus sit enim necesse est, qui Deum ob malam *nonnullorum* Judaeorum fidem datam Judaeis fidem liberaturum neget (v. 3.). Imo potius Deus *verax* judicetur citiusque *quivis* homo fallax existimetur, quemadmodum in Psalmo est: *justus est Deus, ubi promissa dederit et causâ vincit in judicium ab hominibus vocatus* (v. 4.). Quam vocem ne tuis argutiis persequaris et hanc impiam inde sententiam exsculpas cave: *impune igitur peccatur; injuriâ enim Deus eos poenis mulctarit, qui suâ nequitiâ effecerint, ut Deus in judicium adductus vinceret, h. e. ut Dei sanctitas eniteret* (v. 5.). Ita nimirum nullum Deus judicium exercere poterit, quo homines probos praemiis ornet, improbos poenis afficiat (v. 6.) licebitque mihi, Paulo, impune tam improbo esse, quam a nonnullis per contumeliam esse dicor (v. 7. 8.). At haec absurda. Ne igitur speciosos titulos peccatis praetexere conemur, quod frustra sane faceremus, quum et Judaeos et gentiles omnes peccatores esse poenis dignos vere me supra (1,24 — 2,24.) arguisse libri s. testentur (v. 9 — 18.). Nemo autem nescit quaecunque libri s. dicant *Judaeis* dicere, ne quis dubitet, quin *omnes* homines, non modo gentiles, verum etiam Judaei, quibus major quam gentilibus probitas vulgo tribuitur, Deo obnoxii sint (v. 19.). Nemini enim continget tam esse felici, ut quum legi mos. prorsus satisfecerit Deo probetur. Ea est enim legis mos. vis, ut peccati notitiam tibi det potius, quam ejus memoriam aboleat (v. 20.). Atqui ratio patet, quâ sine legis mos. interventu Deo proberis, quam ipse tamen Moses et prophetae testimoniis ornarint (v. 21.). Scilicet gratuito Dei beneficio sine ullo suo merito (nemo enim non se peccatis contaminavit) omnes homines, et Judaei et gentiles (quoniam par est Deum etiam gentilium saluti providere) per fidem in Christo collocatam, quem Deus sapientissimo consilio victimam piacularem caedi voluit, insontes a Deo declarantur; ut nihil quidquam ad parandum Dei favorem obedientia legi mos. praestita conferat et hominum suâ virtute gloriosorum oratio ad silentium adacta sit (v. 22 — 30.). Quo quidem placito lex mos. non quidem evertitur, sed stabilitur, quippe quae et ipsa Dei favorem a fide proficisci doceat (v. 31.).

V. 1. *Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς;* **2.** *Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον· πρῶτον μὲν [γὰρ], ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ.* **3.** *Τί γάρ; εἰ ἠπίστησάν τινες μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει;* **4.** *Μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται· — ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.* **5.** *Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; (κατὰ ἄνθρω-*

Digitized by Google

πον λέγω.) 6. *Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον;* 7. *Εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι,* 8. *καὶ μὴ, καθὼς βλασφημούμεθα καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά; ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι.* 9. *Τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως· προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι,* 10. *καθὼς γέγραπται, ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς·* 11. *„Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν θεόν·* 12. *πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.* 13. *Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν,* 14. *ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει.* 15. *Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα,* 16. *σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν* 17. *καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν.* 18. *Οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν."* 19. *Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ, ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ.* 20. *Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ· διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.*

V. 1. Dixerat quidem P., circumcisionem Judaeis utilitatem afferre 2,25.; sed neque quidnam in eâ commodi esset docuerat et in eam partem disputaverat 2,25 — 29., ut virum pium, sive circumsectus esset seu praeputiatus, et Judaeum et circumcisum existimandum esse affirmaret et sustulisse videretur circumcisionis judaicae fructum omneque, quo hominem paganum vinceret, Judaei decus. Itaque ut salva se Judaeorum jura relinquere ostendat, haec *sibi ipse* (cf. schol, Matth., *Clarius*, *Rueckert.*) objicit: *quodnam est igitur* (h. e. quum neque illud supra declaraverim, quo Judaeus pagano praestet, et ea dixerim, quibus Judaei jura aboleri videantur, 2,25. — 29.) *Judaei decus* (τὸ περισσόν i. q. ἡ περισσεία Eccles. 1,3. *ornamentum, decus*, Vorzug; vid. *Wetst.*) *aut* (ut aliis verbis dicam) *quisnam est circumcisionis fructus?* Qui Apostolum aut e paganis Christianos [*Seb. Schmidt* al.] aut Judaeos [*Pelagius*, *Limborch.*, *Heym.*, *Flatt.* al.] v. 1. loquentes introducere existimarunt in errore versantur. Neque enim considera-

Digitized by Google

runt, rem postulare, ut scriptor, si alium quempiam verba facere jubeat, et loqui alium et quisnam loquatur aliquo modo indicet (Rom. 9, 19. 11, 19. 1 Cor. 15, 35.): ἀλλ' ἐροῦσιν οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστοί (οἱ Ἰουδαῖοι)· τί οὖν κ. τ. λ.. Sed hoc ipso, quod multi interpretes P. v. 1 — 20. modo cum Judaeo modo cum homine gentili colloqui putarunt, tenebrae obductae sunt loco non ita obscuro. V. 2. Respondet P. ad id quod v. 1. interrogabat, πολὺ (scil. τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου ἐστιν) κ. π. τρ. *multum Judaeo est ornamenti, omni ex parte.* Structura ad primarium v. 1. membrum τί τὸ περισσὸν Ἰουδαίου; non ad secundarium ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; quo illud tantummodo illustretur, composita est. Πολλή, quod olim conjecit *Erasmus*, nunc praebent Mt. k. Ed. Oecum., manifesta correctio est eorum, qui Adjectivum ad proximum Subst. (ἡ ὠφέλεια) relatum voluissent. Significat interdum formula κατὰ πάντα τρόπον auf jeden Fall h. e. omnino, profecto (Artemid. 2, 34. Ἀρτεμίν γυμνὴν ἰδεῖν κατὰ πάντα τρόπον οὐδενὶ συμφέρει.); sed ut h. l. quovis modo, i. e. omni ex parte, in jeder Hinsicht explicetur, P. disputatio flagitat. Utramcunque enim verborum πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτι —, interpretationem sequare (v. infra), Paulo h. l. hoc dicendum fuisse: *omnis generis* ornamentis Judaeos paganis antecellere concedas necesse est. μὲν γάρ] γάρ om. B. D a p. m. E. G. 76. 80. Mt. q. Syr. It. Vulg., quos sequutus est *Lachm.*. Anceps est de hac varietate disputatio. Fulcit enim γάρ mos librariorum, quorum, ubi μὲν γάρ consociata leguntur, fere semper unus alterve γάρ omittit (v. Rom. 2, 25. 1 Cor. 5, 3. varr. lect.), quod non mirabitur, qui μέν et γάρ saepe a scribis confundi meminerit (v. *Schaef.* Melet. p. 76.). Contra fieri potest, ut γάρ in hunc l. e vs. 3. inveheretur. Adde, quod, si eorum sententia vera est, qui Paulum quum singula Judaeorum decora hic referre voluisset, quod animi fervore ad alia atque alia abriperetur, suum consilium destituisse existimarunt, Ap. in id nunc intentus, ut multa Judaeorum ornamenta referat, melius dicat πρῶτον μὲν, ὅτι —. quam πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτι —. Itaque γάρ uncis circumdedi. πρῶτον μὲν [γὰρ], ὅτι]. Haec v. hanc vim habere apparet: πρῶτον μὲν [γὰρ] τοῦτό ἐστιν, ὅτι —. Sed missis antiquioribus interpretibus, qui quoniam ad particulam μέν non attenderant, parum explicate de his v. disseruerunt, duplicem eorum explicationem iniri posse moneo. Nam primum quidem πρῶτον de praecipuo sumi et μέν in pronuntiando ita acui potest, ut lector sententiam voce μέν indicatam ipse cogitando addere jubeatur h. r.: *multum est Judaeis ornamenti, omni ex parte. Primarium* [enim]

hoc est, quod iis Dei oracula concredita sunt. Nunc supplendum: *τὰ δὲ λοιπὰ σιωπήσομαι cetera eorum decora non tangam.* Cf. Hebr. 6, 16. et *Matthiae* auct. gr. Gr. II, 1263 sq.. Hoc pacto P. sibi satis esse *potissimum* Judaeorum decus commemorare, cetera eorum jura silentio se transire affirmat. Deinde *πρῶτον* de primo explicare atque ita statuere licet, Ap. plura Judaeorum ornamenta enumeraturum *πρῶτον μὲν* [*γὰρ*] *ὅτι* —. scripsisse, sed quum per ea quae v. 3. dixisset ad alia perductus esset, sensim ac paullatim ejus animum inchoatae judaicorum decorum enumerationis oblivionem cepisse, ut membrum non adjiceret, quod *ἔπειτα δέ*, aut similes voces ducerent: *Multum est Judaeis ornamenti, in omni genere. Primum* (enim) *hoc est*, quod —. Hanc explicationem prius allatae praefero, tum quod in fervidum P. ingenium optime convenit (cf. not. ad 1, 8.), tum quoniam h. l. in promtu est, quid P. animum abs re quummaxime agendâ avocarit. Scilicet et hoc eum avertit, quod cerni in concreditis Dei oraculis aliquod Judaeorum decus ostendendum sibi esse vidit (v. 3. 4.) et magis etiam, quominus suum consilium exsequeretur, hoc ei obstitit, quod e sententiâ v. 4. objectionem nasci animadvertit, quae accurate diluenda esse videretur (v. 5 — 9.). Ceterum P. alio l., infra 9, 4. 5. Judaeorum ornamenta recenset. *ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τ. θ.*] scil. *οἱ Ἰουδαῖοι quod Judaeis Dei oracula concredita sunt.* Vide de hâc verbi structurâ in vulgus notâ 1 Cor. 9, 17. Gal. 2, 7. Herodian. 7, 3, 3. *πλείστους γοῦν τῶν ἔθνη καὶ στρατόπεδα πεπιστευμένων — — ἐκ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς διαβολῆς ἀναρπάστους ἐποίει.* *Wetst.* et *Krebs.* ad n. l. et *Win.* gr. p. 213.. Numerus pluralis *ἐπιστεύθησαν* bene refertur ad v. 1., ubi *ὁ Ἰουδαῖος* vi collectivâ idem polleat, quod *οἱ Ἰουδαῖοι*, quo modo Romanum pro Romanis saepe ponit Livius, v. c. 27, 16.. Quum *τὰ λόγια τοῦ θεοῦ* in universum sint *Dei oracula* h. e. dicta a Deo profecta, talia autem oracula et in lege mos. Act. 7, 38. et in ceteris V. T. libris perscripta sint, possunt sane illa v. per se spectata et *legem mos.* (ita *Chrys.*, *Theodoret.*, *Beza* al.) et *divinam doctrinam in V. T. libris expositam* (sic *Wolf.*, *Heum.*, *Morus* al.) declarare. Sed neutra tamen explicatio hîc ferri potest duas ob causas. Primum enim recte mireris, quod P., si alterutrum dicere voluerat, tantâ verborum pompâ — *ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τ. θ.* uti, quam simpliciter sic loqui: — *ὅτι αὐτοῖς ὁ νόμος ἐδόθη.* (*ὅτι τὸν νόμον ἔχουσι καὶ τοὺς προφήτας.*) maluerit. Deinde quominus alterutro modo hunc l. enarremus versu 3. prohibemur. Vere *Vatablus*, *Grot.* al. *τὰ λόγια τοῦ θεοῦ* V. T.

Digitized by Google

oracula explicant, quibus Deus Messiam, felicitatis auctorem, Judaeis pollicitus est (i. q. αἱ ἐπαγγελίαι Rom. 9,4.). Magno autem usui Judaeis erat, quod dignos eos Deus habuerat, quibus Messiam servatorem promitteret. Quoniam enim Deus verax est nullumque suum promissum revocat (9,6. 11,29. 15,8.), oracula de Messia data *certissimam* Judaeis spem facere debebant, fore, ut messianâ felicitate aliquando potirentur. *Kopp.*, *Cramer.* al. struunt ὅτι τὰ λόγια τοῦ θεοῦ ἐπιστεύθησαν: *quod promissa div. iis confirmata sunt* h. e. quod firma promissa divinitus iis contigerunt. Quorum ratio falsa est non propter Pluralem ἐπιστεύθησαν (*Rueckert.* expetit ἐπιστεύθη. vid. *Win.* gr. p. 299.), sed propter ipsum verbum ἐπιστεύθησαν. Scribendum sic fuerat: — ὅτι ἐπισωώθησαν αὐτοῖς λόγια θεοῦ. Cf. LXX Ps. 92,5. 1 Reg. 8,26.. V. 3. Sed poterat aliquis illa Dei oracula Judaeis emolumento esse hoc argumento negare, quod multi Judaei illo Dei beneficio perverse usi Jesu Messia repudiato Dei oraculis nullam fidem adjunxissent. Itaque P. v. 3. 4. quod objici poterat praeoccupans gentem jud. Dei oraculis vere ornari (v. 2.) eo docet, quod fieri nequeat, ut nonnullorum Judaeorum fidem non habentium pravitas veracem Deum ad datam Judaeis fidem fallendam adducat. τί γάρ;] Hae particulae, quem admodum Romanorum *quid enim?* (v. c. Cic. de N. D. 3, 14,37. 15,38. Horat. Sat. 1,1,7. 2,3,132.) et Germanorum denn was? explicandae confirmandaeque aut voci aut sententiae adhibentur (v. c. Soph. Oed. C. v. 544. 553. *Herm.* LXX Job. 18,4. 21,4.). Sunt enim decurtatae illae formulae ita explendae: τί γάρ ἐστιν; (s. τί γὰρ ἂν εἴη;) quid enim *est?* denn was giebt's? h. e. denn wie liegt die Sache? denn wie so? Ex hoc usu fluxit alius nihil ad hunc l. pertinens, quo particulae τί γάρ; praecedentem vel vocem vel sententiam fortiter affirmant et commode vertuntur *profecto* (v. *Herm.* ad Soph. Oed. C. v. 547.). Perperam *Beng.* et *Lachm.* interpungunt: τί γὰρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ —; *quid enim si nonnulli increduli fuerunt, statuendum est? num* —? Nam superquam quod haec interpunctio contorta est et sententiarum ordinem conturbat, voces τί γάρ; sui juris esse apparet. De industriâ P. τινές (cf. 11,17.) scripsit, quum dicere potuisset πολλοί, quo melius lector objectionis, quam infirmandam sibi sumserat; levitatem sentiret. Primum, inquit, Judaeorum ornamentum hoc est, quod iis div. de Messia oracula concredita sunt. Quid enim? Si eorum *unus et alter* Dei oraculis (quum Jesum Messiam iis praesignificatum repudiarent) nullam fidem tribuerunt, num eorum perversitas, quâ fidem oraculis dene-

Digitized by Google

garunt, eo valebit, ut Deus in fide non maneat? Minime vero. h. e. Vere aliquod Judaeorum decus in eo collocavi, quod iis oracula de Messia Deus dedit. Absurdum est enim existimare, Deum propterea fidem suam non servaturum esse, quod *hic atque ille Judaeus* inventus est, qui Jesum Messiam aspernatus nullam Dei oraculis fidem haberet. (Hinc sequitur, ut, quoniam numen div. suis promissis stat, Judaei, quibus Deus Messiam pollicitus sit, aliquando etiam Messiae felicitate fruantur; cf. 11, 29. sq.). Hanc interpretationem, quam *Boehm.* aliique sequuti sunt, levissimis argumentis nuper impugnavit *Rueckert.* Nam quominus v. ἀπιστεῖν explicetur *fidem denegare* tum orationis perpetuitatem obstare, quae non permittat, ut delicta *post Christi adventum* commissa h. l. Judaeis exprobrentur, tum Aoristum ἠπίστησαν, cujus l. Praesens ἀπιστοῦσι locandum fuerit. At mire illud dixit. Etenim si v. 2. τὰ λόγια τοῦ θεοῦ oracula sunt, quibus Deus Messiam Judaeis portendit, ut sunt, profecto Judaei τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν in illa oracula versam non prius manifestare potuerunt, quam Jesu Messiae Dei oraculis praesignificato nullam fidem tribuissent. Neque minus mirum est alterum *Rueckerti* argumentum. *Potuit* P. ἀπιστοῦσι scribere (si nonnulli fidem *denegant*), non *debuit*. Bene enim ἠπίστησαν ad eos Judaeos refertur, qui div. oraculis fidem *denegassent*, quum ut Jesum Messiam venerarentur ab Apostolis moverentur; cf. 11, 17. sq. Jam cum iis facit *Rueckert.*, qui ἀπιστεῖν i. q. ἀπειθεῖν h. l. valere voluerunt. Hoc iis placuit, qui v. 2. τὰ λόγια τ. θ. aut de lege mos., aut de doctrinâ div. V. T. enarrarunt, unde A. ἠπειθησάν τινες pro ἠπίστησάν τινες praebet ex interpretatu. Non equidem nego, ἀπιστεῖν passim idem esse, quod ἀπειθεῖν (cf. *Heindorf.* ad Plat. Theaet. p. 296.), quum praesertim idoneam rei causam videam. Nam ἀπιστεῖν omnino idem sonat, quod ἄπιστον εἶναι, ἄπιστος autem non solum eum qui fidem non habeat declarat, verum etiam *perfidum* et *inobedientem*. Unde ἀπιστεῖν notare potest et *fidem deserere* (quod et ipsum fieri potest fidem non habendo ei, cui aut te fidem tributurum pollicitus sis aut cui fidem adjungi officii rationes postulent) et *morem non gerere*. Illud affirmo, contextam orationem non pati, ut ἀπιστεῖν *morem non gerere* h. e. enarretur. Nam si v. 2. τὰ λόγια τ. θ. aut *legem mos.*, aut *div. V. T. doctrinam* explicueris, v. 3. v. τὴν πίστιν τ. θ. nullam rationem habent: primum Judaeorum commodum hoc est, quod lex *mos.* (*V. T. doctrina*) iis divinitus data est. Quid enim? si nonnulli *div. praeceptis non obtemperarunt*, num eorum *contumacia* eo pertinebit, ut Deus *datam fidem*, (quam-

nam, obsecro, fidem?) *non liberet.* Constaret sententia, si *τὴν χρηστότητα τοῦ θεοῦ* (— num paucorum contumacia eo valebit, ut Deus *non amplius faveat, quibus faverit*) pro *τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ* scriptum legeretur, quamquam cum eâ non coiret vs. 4.. Nunc apparet, aptam esse *fidei a Deo servandae* mentionem, si in antecedentibus de *obligatâ Judaeis Dei fide* sermo institutus fuerit, contra ineptam, si nullum Dei promissum Judaeis factum ante memoratum sit. Quod adeo *Chrys.*, *Theodoret.* schol. *Matth.* al. senserunt, ut *τὴν εὐεργεσίαν τ. θ.* s. *τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ* in l. v. *τὴν πίστιν τ. θ.* interpretando sufficerent, unde *τὴν δόξαν τ. θ.* sumserunt Librarii Cd. 35. Mt. l.. Sin cum *Rueckerto* p. 119. v. 2. *τὰ λόγια τ. θ.* Dei de futuro Messiâ oracula explanaveris, praeter rem (v. supra) elegantem oppositionem sustuleris, quâ nonnullorum Judaeorum *ἡ ἀπιστία*, quâ *fidem Dei oraculis denegarint*, *τῇ πίστει τοῦ θεοῦ*, quâ datam *Judaeis fidem solvat* opponitur, neque quidquam nisi vanum Paronomasiae ad sententiae acumen nihil conferentis (*ἐπιστεύθησαν, ἠπίστησαν, ἡ ἀπιστία αὐτῶν, τὴν πίστιν τ. θ.*) strepitum relliqueris: *primum Judaeorum decus hoc est, quod iis Dei de Messia oracula data sunt. Quid enim? si nonnulli Deo non obtemperarunt, num eorum contumacia hanc vim habebit, ut Deus datam fidem fallat suumque promissum non servet? Minime.* Praeteret quominus *Rueckerto* assentiar etiam verbo *ἠπίστησαν* nimis nude posito impedior. Expeto enim orationem paullo pleniorem *ἠπίστησάν τινες τῷ θεῷ* s. *τῷ νόμῳ.* V. 4. *μὴ γένοιτο*] Haec formula eo, quod, ut hebr. חָלִילָה 1 Sam. 20, 2., eorum est, qui aliquid tanquam malum omen detestantur (ne id usu veniat! absit hoc! Deus rem averruncet! Luc. 20, 16.), fortissimae negationis (*minime vero*) vim habet. Saepe eâ utitur P. et recentiores scriptores, ut Arrian Epict. (v. c. 1, 1, 13.). Cf. *Starz.* de dial. mac. etc. p. 204. et *Raphel.* Annot. e Polyb. ad h. l.. Conferre licet Germanorum formulas: Gott behüte, Gott bewahre! Temere *Herzogius* apud *Wolfium* orationem sic distinxit: *γινέσθω δὲ ὁ θεὸς κ. τ. λ. habeat potius eventum haec V. T. sententia: Deus est verax* etc.. Neque enim P. scripsit, ut eum facere oportebat, *γινέσθω δὲ τοῦτο* (s. *ὁ λόγος οὗτος* 1 Cor. 15, 54.) neque v. *ὁ θεὸς ἀληθής* Ps. 116, 11. leguntur. Pari modo *Kopp.* v. interpunxit h. s.: *stet potius haec sententia firma: Deus est verax* etc.. Id vero ne his quidem v. *γινέσθω δὲ τοῦτο* (s. *ὧδε*) inest, nedum Paullinis *γινέσθω δέ.* Mitto eorum, qui v. *γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς κ. τ. λ.* recte copulaverunt, aut aperte falsas aut minus accuratas enarrationes, ut *Ben-*

Digitized by Google

emporibus valuerit diligenter exsequuti, significatus sensim ac paullatim mutati causas manifestare studeamus. — Principio hoc certum puto, v. ἔριθος et in epicis et in atticis scriptoribus constantissime dici *de mercenario eoque vulgari, qui duros labores perferat* (vom gemeinen Arbeiter), ita ut in atticis scriptoribus hic illic aliqua contemtus significatio emergat. Homerus de *messoribus* Il. 18, 550. Ἔνθ' ἐτίθει τέμενος βαθυλήϊον· ἔνθα δ' ἔριθοι | ἤμων ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. et v. 560. αἱ δὲ γυναῖκες | δεῖπνον ἐριθοισιν, λευκὸ ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον. De *famulâ* vel *ancillâ* Hesiod. Ἔργ. 2, 221. — καὶ ἄτεκνον ἔριθον | δίζεσθαι κέλομαι χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος. De *reptile ventris* (Hom.) Hymn. in Mercur. v. 296. τότε δὴ κρατὺς Ἀργειφόντης | οἰωνὸν προέηκεν ἀειρόμενος μετὰ χερσὶν | τλήμονα γαστρὸς ἔριθον, ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην. Hoc est: „einen kühnen Arbeiter des Bauchs, einen frechen Boten." Sophocles in Inacho apud Suidam s. ἀράχνης et in *Bekk.* Anecd. p. 442, 3. πάντα δ' ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει i. e. *omnia plena sunt araneis laboriosis.* Hoc interpretatur magnus *Valckenarius* in Diatribe p. 169. b. „*Omnia tela texentibus araneis sunt oppleta.*" Sane texunt telam araneae; at vix v. ἔριθος sic usurparunt *attici* scriptores (cf. infra). Demosthenes in Eubulidem 45, 8. Bekk. (p. 1313. *Reisk.*) πολλὰ δουλικὰ καὶ ταπεινὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ πενία βιάζεται ποιεῖν, ἐφ' οἷς ἐλεοῖντ' ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δικαιότερον ἢ προσαπολλύοιντο. ὡς γὰρ ἐγὼ ἀκούω, πολλαὶ καὶ τιτθαὶ καὶ ἔριθοι (mulieres mercenariae) καὶ τρυγήτριαι γεγόνασιν ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους συμφορῶν ἀσταὶ γυναῖκες —. Hic Codex Bekkeri Parisinus omnium optimus (Σ) praebet ερειθοι (sic). Scripturam ἔρειθος, ἐρειθεύω probabat Philoxenus grammaticus, non item Herodianus, melior illo grammaticus. Vid. Etym. M. 370, 38. γίνεται ἐρέθω ἐρεθεύω· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ῑ ἐρειθεύω· οὕτω Φιλόξενος· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἔριθος ἐριθεύω φησίν. Recte vero Herodianus ἔριθος, ut Codd. plerumque: nam ἐρείθω ἐρειθεύω Philoxenus temere commentus est, sive pravâ etymologiâ suâ inductus, sive quod antepaenultimam syllabam v. ἐρῑθεύω ubique vidisset produci. Pollux VII, 141. quam ita loquatur: καὶ ἔριθοι δὲ καὶ τρυγήτριαι — plane videtur loci Demosthenici rationem habuisse. Contra Hesychius s. Ἔριθοι et Ἐρίθοισιν manifesto spectavit duo illos versus Homeri (vide supra). Sequitur v. συνέριθος, quod significat eum eamve, quae una opus facit, fere cum aliquâ *contemtus* significatione, ut Aristoph. Pac. v. 786. Vide loca a *Ruhnkenio* ad Timaeum p. 173. ed. I. collecta. — Subita linguae graecae inclinatio facta est Aristotelis temporibus circiter Ol. CVIII. Quum enim Macedones Graeciam oppressam tenerent, accidit, ut dialectus macedonica cum atticâ mirum in modum confunderetur. Tum primum inventa sunt non modo nova rerum vocabula, sed etiam veterum vocabulorum novae significationes. Quamquam non nego, in multis v. veterem usum retentum esse: e quo ipso natus est varius quidam graeci sermonis color, puri Atticismi dissimillimus. Atque etsi postea docti Alexandrini antiquum dicendi morem renovare studuerunt, tamen caecum linguae graecae impetum e longo jam tempore in barbariem ruentis sustinere plane non potuerunt. Ita factum est, ut in Aristotele, Polybio et multo etiam magis in alexandrinis scriptoribus vocc. ἐριθεία, ἐριθεύομαι etc. eâ potestate locarentur, ut veterem usum vix agnosceres, quamquam ne antiqua quidem v. ἔριθος potestas prorsus exolevit (vide infra.). Et ita quidem tum vocc. ἔριθος, συνέριθος, ἐριθεύομαι etc. usus mutatus est, ut *duas* potestates acciperent, quas antea non habuissent. Nam primum ἡ ἔριθος, quae Atticis in universum esset *quae mercede conducta opus faceret* κατ' ἐξοχήν dicebatur *mulier-*

Digitized by Google

cula mercenaria lanam tractans, ἡ ὑφαίνουσα, (LXX Jes. 38, 12. τὸ πνεῦμά μου παρ' ἐμοὶ ἐγένετο ὡς ἱστὸς ἐρίθου ἐγγιζούσης ἐκτεμεῖν.). Quare v. *συνέριθος*, quod apud Atticos significabat τὴν συνεργόν *laboris sociam*, apud Alexandrinos eam declarabat, quae una *telam texeret*, τὴν συνυφαίνουσαν. Ita enim recte emendavit *Piersonus* falsum Moeridis judicium p. 358. Συνέριθος Ἀττικῶς. συνυφαίνουσα Ἑλληνικῶς. Tum ἐριθεύεσθαι *lanam texere* valebat. Tob. 2, 11. καὶ ἡ γυνή μου Ἄννα ἠριθεύετο ἐν τοῖς γυναικείοις —. Quum igitur ἔριθος de *lanificâ* ab Hellenistis poni soleret, (vid. omnino *Piersonus* l. l.), non mirum est, nonnullos grammaticos, hanc *primam* vocis potestatem esse male opinatos, vocabulum ἔριθος genus ducere ab ἔριον perperam credidisse. Hûc pertinet Eustathius p. 1550, 4. Συνέριθος δὲ κυρίως, ὥσπερ καὶ ἔριθος, ἡ συνεργαζομένη ἔριον, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἁπλῶς συνεργαζομένη. et p. 1162, 20. sq. Ἔριθοι δὲ οὐ μόνον αἱ ἐριουργοὶ γυναῖκες ἐν ἄλλοις παρὰ τὸ ἔριον, ἀλλ' ἐδοὺ καὶ οἱ μισθοῦ ἐργαζόμενοι, ὡς οἱ ἀμητῆρες ἐνταῦθα, παρὰ τὴν ἔραν, ὡς δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς. — Ἱστέον δὲ, ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ εὕρηται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη· εἰ δὲ ἐριθεύειν λέγεται τὸ φαύλως ἐρίζειν, ζητητέον, εἴ που καὶ τοιοῦτός τίς ἐστιν ἔριθος. Cum postremis cf. p. 1553, 45. τὸ δὲ θοῶς ἔριδα προφέρειν δοκεῖ ἐτυμολογία εἶναι τῆς ἐρίθου καὶ συνερίθου· εἰ γὰρ καὶ παρὰ τὸ ἔριον ἐρρέθη γίνεσθαι ἡ ἔριθος, ἀλλ' οὐκ ἀπίθανον ἔριθον λέγεσθαι καὶ τὴν προφέρουσαν θοῶς ἔριδα. Tres igitur affert etymologias: I antiquam ab ἔρα II mediam ab ἔριον III ab ἔρις. Vocem ἔριθος ex ἔρις et θοῶς natam esse quam sit incredibile non est quod moneam. Sed ne vis quidem horum verborum satis convenit; sicut Apostolus ipse 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. vocabula ἔρεις et ἐριθεῖαι ut diversa conjunxit. Praeterea, quod summum est, quicunque v. ἔριθος ab ἔρις duxerunt vocis significatum ab Hellenistis frequentatum spectarunt, qui ex antiquâ *mercenarii potestate* fluxisset (cf. infra). Perperam igitur ejus rei, cujus causa in pervetusto vocis ἔριθος significatu esset, explicationem in commentitiâ etymologiâ quaerendam putarunt. Quare redeamus ad antiquissimam vim *mercenarii*, quae tempore Alexandrinorum non plane interiit. Nam retinuit eam Eratosthenes, perdoctus grammaticus in Mercurio, poëmate mathematico p. 140. ed. *Bernhardy*: ἡ χερνῆτις ἔριθος —. Scilicet Hellenistae τὸν ἔριθον *mercenarium* dixerunt *hominem illiberalem et sordidum*, einen niedrig denkenden Menschen. Unde ἡ ἐριθεία iis erat *animus mercenario dignus, mens, qualis esse solet hominum de plebe*, niedrige Gesinnung: Deinde *ad factiones et contentiones plebis* (Ränkesucht) potissimum transtulerunt. De malis artibus factiosorum Aristoteles Polit. 5, 2. et 5, 3. (p. 1302 et 1303. *Bekk.*) ἔτι δὲ ἄλλον τρόπον δι' ἐριθείαν, δι' ὀλιγωρίαν, διὰ μικρόψυχίαν, δι' ἀνομοιότητα. — μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ ἄνευ στάσεως διά τε τὰς ἐριθείας, ὥσπερ ἐν Ἡραίᾳ (ἐξ αἱρετῶν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησαν κληρωτὰς, ὅτι ἠροῦντο τοὺς ἐριθευομένους) καὶ δι' ὀλιγωρίαν —. De decuriatione judicum corrumpendorum est apud Suidam Ἐριθεύεσθαι: ὅμοιόν ἐστι τῷ δεκάζεσθαι· καὶ γὰρ ἡ ἐριθεία εἴρηται ἀπὸ τῆς τοῦ μισθοῦ δόσεως. Adde Polyb. 10, 25. — οἱ δὲ, τῆς στρατηγίας ὀρεγόμενοι, διὰ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἐξερεθίζουσι τοὺς νέους (i. e. *malis artibus instigant juvenes*) καὶ παρασκευάζουσιν εὔνους συναγωνιστὰς εἰς τὸ μέλλον —. Schol. Soph. Aj. v. 832. — ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐριθεῦσαι (inhoneste aemulari) μέν τι ὡς πρεσβυτέρῳ (Aeschylum dicit) μὴ βουληθεὶς, οὐ μὴν παραλιπεῖν αὐτὸ δοκιμάζων, ψιλῶς φησι κ. τ. λ., verbum κατεριθεύομαι, *(malis artibus) opprimere)* a *Schneidero* allatum et ἀνερίθευτος *a malis artibus alienus, sanctus, integer, innocens* apud Philonem de virtutibus p. 1001. (II, p. 555. ed. *Mang.*) τί δὲ ἄμεινον εἰρήνης; εἰρήνη δὲ ἐξ ἡγεμονίας ὀρθῆς φύεται· ἡγεμονία δ' ἀφιλόνεικος καὶ ἀνερίθευτος ὀρθὴ μόνη,

Digitized by Google

ὅτι' ἧς καὶ τἄλλα πάντα ὀρθοῦται. Hesych. Ἠριθευμένων: περιλοτιμημένων. Ἠριθεύετο: ἐφιλονείκει. Apud Ignatium ep. ad Philadelph. §. 8. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, μηδὲν κατ' ἐριθείαν πράσσετε, ἀλλὰ κατὰ χριστομάθειαν· ambitionem ἐριθεία notat. Nam paullo ante haec dicuntur: — οὗ διάστασις γνώμης καὶ ὀργὴ καὶ μῖσος ἐκεῖ θεὸς οὐ κατοικεῖ. — Superest, ut veram notionem verbi ἐριθεία in N. T. eruere conemur. Proxime vero accesserunt N. T. scriptores ad usum Hellenistarum. Nam persuasum habeo, τὴν ἐριθείαν in N. T. ubique significare *summam invidiam pectore consulusam proclivitatemque ad machinationes* (geheimer, tief grollender Neid und Ränkesucht). Jacobus 3, 14. 16. conjunxit ζῆλον πικρὸν — καὶ ἐριθείαν. Itaque ἐριθεία et plus est, quam ζῆλος πικρός et tamen simile quiddam. Rectissime etiam pergit: ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία. Ἐριθεία pectore contineri solet (unde praecedit ἔχετε — ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν); interdum tamen in mala facinora prorumpit. Illud ubi fit, est discordia tacita, ubi hoc, tumultus manifestus. Ἀκαταστασία utrumque significat: semper igitur ἐριθεία et ἀκαταστασία conjunctae sunt (2 Cor. 12, 20.). Phil. 2, 2. 3. apte opponuntur σύμψυχοι et κατὰ ἐριθείαν, quae nunquam possunt consociata esse: ἡ κενοδοξία saepe fons est τῆς ἐριθείας. Bene igitur Paulus haec v. copulat: μηδὲν κατὰ ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν. — Phil. 1, 16. 17. qui ἐριθείαν *contentionem* enarrarunt male antestati sunt versum 15., ubi est ἔρις. Non enim reputarunt, vocc. οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας ad v. φθόνον καὶ ἔριν *simul* referri (v. 15. τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν — τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν.); unde necesse est, ut ἐριθεία tum φθόνον, tum ἔριν comprehendat. Ne multa; sunt οἱ ἐξ ἐριθείας *invidi et malitiosi factionum auctores*. Hi quum διὰ φθόνον καὶ ἔριν agerent amore destituti, neque honeste cum Paulo aemulabantur, neque Apostoli amore adducti doctrinam div. tradiderunt neque magis id fecerunt ἁγνῶς. 2 Cor. 12, 20. et similiter Gal. 5, 20. ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι. Haec satis arcte cohaerent. Praecedunt ἔριες, sequuntur διχοστασίαι, αἱρέσεις Gal. 5, 20., quae solent conjuncta esse cum ἐριθείαις (factiosorum studiis); altero l. 2 Cor. 12, 20. sequuntur καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ — ἀκαταστασίαι, quorum eadem est ratio. Etiam Rom. 2, 8. obtinet illa vis, quam supra dixi. Sunt enim οἱ ἐξ ἐριθείας *malitiosi fraudum machinatores*. Qui tamen h. l., ut v. sq. καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, quibus vocc. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας exponuntur, docent, pro *hominibus nequam* commemorantur. Recte. Nam quum τοῖς ἐξ ἐριθείας semper desit *amor* (Phil. 1, 17. 2, 2.), in quo summum sit hominis christ. decus (1 Cor. c. 13.), non minus recte pro quovis magno vitio, τὴν ἐριθείαν poni in promtu est, quam toties τὴν ἀδικίαν. [Similiter vernacule tückiſche Menſchen commemoramus pro hominibus *pravis et improbis*.] Ita minus h. l. valet ἐριθεία, quam intelligitur. Quod *Rueckertus* Paulum Rom. 2, 8. *homines factiosos* memorando *Judaeos* vellicare dicit, quorum partium studium, suae gentis admirationem et invidiam gentilium nemo ignoret, id falsum est. Quum enim *unicuique* Deum facta repensurum esse (v. 6.) probis hominibus bene facta aeternâ beatitate (v. 7. 10.), improbis maleficia geennae tormentis (v. 8. 9.) tum Judaeis tum gentilibus (v. 9. 10.), Paulo h. l. ostendendum sit, versu 8. ea dicere debet, quae in omnes pravos *homines*, non quae in facinorosos *Judaeos* tantummodo conveniant.

Digitized by Google

CAP. III.

ARGUMENTUM.

Ne quis nulla Judaeis jura esse, quibus homines paganos vincant, e superioribus (2,25 — 29.) colligat, multa illis data sciat. Et primum quidem hoc est, quod Dei oracula, quae Messiam portendunt, iis concredita sunt (v. 1. 2.). Magnum vero haec Judaeis decus afferunt. Ineptus sit enim necesse est, qui Deum ob malam *nonnullorum* Judaeorum fidem datam Judaeis fidem liberaturum neget (v. 3.). Imo potius Deus *verax* judicetur citiusque *quivis* homo fallax existimetur, quemadmodum in Psalmo est: *justus est Deus, ubi promissa dederit et causâ vincit in judicium ab hominibus vocatus* (v. 4.). Quam vocem ne tuis argutiis persequaris et hanc impiam inde sententiam exsculpas cave: *impune igitur peccatur; injuriâ enim Deus eos poenis mulctarit, qui suâ nequitiâ effecerint, ut Deus in judicium adductus vinceret, h. e. ut Dei sanctitas eniteret* (v. 5.). Ita nimirum nullum Deus judicium exercere poterit, quo homines probos praemiis ornet, improbos poenis afficiat (v. 6.) licebitque mihi, Paulo, impune tam improbo esse, quam a nonnullis per contumeliam esse dicor (v. 7. 8.). At haec absurda. Ne igitur speciosos titulos peccatis praetexere conemur, quod frustra sane faceremus, quum et Judaeos et gentiles omnes peccatores esse poenis dignos vere me supra (1,24 — 2,24.) arguisse libri s. testentur (v. 9 — 18.). Nemo autem nescit quaecunque libri s. dicant *Judaeis* dicere, ne quis dubitet, quin *omnes* homines, non modo gentiles, verum etiam Judaei, quibus major quam gentilibus probitas vulgo tribuitur, Deo obnoxii sint (v. 19.). Nemini enim continget tam esse felici, ut quum legi mos. prorsus satisfecerit Deo probetur. Ea est enim legis mos. vis, ut peccati notitiam tibi det potius, quam ejus memoriam aboleat (v. 20.). Atqui ratio patet, quâ sine legis mos. interventu Deo proberis, quam ipse tamen Moses et prophetae testimoniis ornarint (v. 21.). Scilicet gratuito Dei beneficio sine ullo suo merito (nemo enim non se peccatis contaminavit) omnes homines, et Judaei et gentiles (quoniam par est Deum etiam gentilium saluti providere) per fidem in Christo collocatam, quem Deus sapientissimo consilio victimam piacularem caedi voluit, insontes a Deo declarantur, ut nihil quidquam ad parandum Dei favorem obedientia legi mos. praestita conferat et hominum suâ virtute gloriosorum oratio ad silentium adacta sit (v. 22 — 30.). Quo quidem placito lex mos. non quidem evertitur, sed stabilitur, quippe quae et ipsa Dei favorem a fide proficisci doceat (v. 31.).

V. 1. *Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς;* 2. *Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον· πρῶτον μὲν [γὰρ], ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ.* 3. *Τί γάρ; εἰ ἠπίστησάν τινες μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει;* 4. *Μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται· — ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.* 5. *Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; (κατὰ ἄνθρω-*

Digitized by Google

πον λέγω.) 6. *Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον;* 7. *Εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι,* 8. *καὶ μὴ, καθὼς βλασφημούμεθα καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά; ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι.* 9. *Τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως· προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι,* 10. *καθὼς γέγραπται, ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς·* 11. *„Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν θεόν·* 12. *πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.* 13. *Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν,* 14. *ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει.* 15. *Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα,* 16. *σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν* 17. *καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν.* 18. *Οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν."* 19. *Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ, ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ.* 20. *Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ· διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.*

V. 1. Dixerat quidem P., circumcisionem Judaeis utilitatem afferre 2,25.; sed neque quidnam in eâ commodi esset docuerat et in eam partem disputaverat 2,25 — 29., ut virum pium, sive circumsectus esset seu praeputiatus, et Judaeum et circumcisum existimandum esse affirmaret et sustulisse videretur circumcisionis judaicae fructum omneque, quo hominem paganum vinceret, Judaei decus. Itaque ut salva se Judaeorum jura relinquere ostendat, haec *sibi ipse* (cf. schol, Matth., *Clarius*, *Rueckert.*) objicit: *quodnam est igitur* (h. e. quum neque illud supra declaraverim, quo Judaeus pagano praestet, et ea dixerim, quibus Judaei jura aboleri videantur, 2,25. — 29.) *Judaei decus* (τὸ περισσόν i. q. ἡ περισσεία Eccles. 1,3. *ornamentum, decus*, Vorzug; vid. *Wetst.*) *aut* (ut aliis verbis dicam) *quisnam est circumcisionis fructus*? Qui Apostolum aut e paganis Christianos [*Seb. Schmidt* al.] aut Judaeos [*Pelagius*, *Limborch.*, *Heym.*, *Flatt.* al.] v. 1. loquentes introducere existimarunt in errore versantur. Neque enim considera-

Digitized by Google

runt, rem postulare, ut scriptor, si alium quempiam verba facere jubeat, et loqui alium et quisnam loquatur aliquo modo indicet (Rom. 9, 19. 11, 19. 1 Cor. 15, 35.): ἀλλ' ἐροῦσιν οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστοί (οἱ Ἰουδαῖοι)· τί οὖν κ. τ. λ.. Sed hoc ipso, quod multi interpretes P. v. 1 — 20. modo cum Judaeo modo cum homine gentili colloqui putarunt, tenebrae obductae sunt loco non ita obscuro. V. 2. Respondet P. ad id quod v. 1. interrogabat, πολὺ (scil. τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου ἐστιν) κ. π. τρ. *multum Judaeo est ornamenti, omni ex parte.* Structura ad primarium v. 1. membrum τί τὸ περισσὸν Ἰουδαίου; non ad secundarium ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; quo illud tantummodo illustretur, composita est. Πολλή, quod olim conjecit *Erasmus*, nunc praebent Mt. k. Ed. Oecum., manifesta correctio est eorum, qui Adjectivum ad proximum Subst. (ἡ ὠφέλεια) relatum voluissent. Significat interdum formula κατὰ πάντα τρόπον auf jeden Fall h. e. omnino, profecto (Artemid. 2, 34. Ἀρτεμίν γυμνὴν ἰδεῖν κατὰ πάντα τρόπον οὐδενὶ συμφέρει.); sed ut h. l. quovis modo, i. e. omni ex parte, in jeder Hinsicht explicetur, P. disputatio flagitat. Utramcunque enim verborum πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτι —. interpretationem sequare (v. infra), Paulo h. l. hoc dicendum fuisse: *omnis generis* ornamentis Judaeos paganis antecellere concedas necesse est. μὲν γάρ] γάρ om. B. D a p. m. E. G. 76. 80. Mt. q. Syr. It. Vulg., quos sequutus est *Lachm.*. Anceps est de hac varietate disputatio. Fulcit enim γάρ mos librariorum, quorum, ubi μὲν γάρ consociata leguntur, fere semper unus alterve γάρ omittit (v. Rom. 2, 25. 1 Cor. 5, 3. varr. lect.), quod non mirabitur, qui μέν et γάρ saepe a scribis confundi meminerit (v. *Schaef.* Melet. p. 76.). Contra fieri potest, ut γάρ in hunc l. e vs. 3. inveheretur. Adde, quod, si eorum sententia vera est, qui Paulum quum singula Judaeorum decora hîc referre voluisset, quod animi fervore ad alia atque alia abriperetur, suum consilium destituisse existimarunt, Ap. in id nunc intentus, ut multa Judaeorum ornamenta referat, melius dicat πρῶτον μὲν, ὅτι —. quam πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτι —. Itaque γάρ uncis circumdedi. πρῶτον μὲν [γὰρ], ὅτι]. Haec v. hanc vim habere apparet: πρῶτον μὲν [γὰρ] τοῦτό ἐστιν, ὅτι —. Sed missis antiquioribus interpretibus, qui quoniam ad particulam μέν non attenderant, parum explicate de his v. disseruerunt, duplicem eorum explicationem iniri posse moneo. Nam primum quidem πρῶτον de praecipuo sumi et μέν in pronuntiando ita acui potest, ut lector sententiam voce μέν indicatam ipse cogitando addere jubeatur h. r.: *multum est Judaeis ornamenti, omni ex parte. Primaxium* [enim]

hoc est, quod iis Dei oracula concredita sunt. Nunc supplendum: *τὰ δὲ λοιπὰ σιωπήσομαι cetera eorum decora non tangam.* Cf. Hebr. 6, 16. et *Matthiae* ausf. gr. Gr. II, 1263 sq.. Hoc pacto P. sibi satis esse *potissimum* Judaeorum decus commemorare, cetera eorum jura silentio se transire affirmat. Deinde *πρῶτον* de primo explicare atque ita statuere licet, Ap. plura Judaeorum ornamenta enumeraturum *πρῶτον μὲν* [γὰρ] *ὅτι* —. scripsisse, sed quum per ea quae v. 3. dixisset ad alia perductus esset, sensim ac paullatim ejus animum inchoatae judaicorum decorum enumerationis oblivionem cepisse, ut membrum non adjiceret, quod *ἔπειτα δέ*, aut similes voces ducerent: *Multum est Judaeis ornamenti, in omni genere. Primum* (enim) *hoc est*, quod —. Hanc explicationem prius allatae praefero, tum quod in fervidum P. ingenium optime convenit (cf. not. ad 1, 8.), tum quoniam h. l. in promtu est, quid P. animum abs re quammaxime agendâ avocarit. Scilicet et hoc eum avertit, quod cerni in concreditis Dei oraculis aliquod Judaeorum decus ostendendum sibi esse vidit (v. 3. 4.) et magis etiam, quominus suum consilium exsequeretur, hoc ei obstitit, quod e sententiâ v. 4. objectionem nasci animadvertit, quae accurate diluenda esse videretur (v. 5 — 9.). Ceterum P. alio l., infra 9, 4. 5. Judaeorum ornamenta recenset. *ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τ. θ.*] scil. *οἱ Ἰουδαῖοι quod Judaeis Dei oracula concredita sunt.* Vide de hâc verbi structurâ in vulgus notâ 1 Cor. 9, 17. Gal. 2, 7. Herodian. 7, 3, 3. *πλείστους γοῦν τῶν ἐθνῶν καὶ στρατόπεδα πεπιστευμένων — — ἐκ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς διαβολῆς ἀναπάστους ἐποίει.* *Wetst.* et *Krebs.* ad n. l. et *Win.* gr. p. 213.. Numerus pluralis *ἐπιστεύθησαν* bene refertur ad v. 1., ubi *ὁ Ἰουδαῖος* vi collectivâ idem polleat, quod *οἱ Ἰουδαῖοι*, quo modo Romanum pro Romanis saepe ponit Livius, v. c. 27, 16.. Quum *τὰ λόγια τοῦ θεοῦ* in universum sint *Dei oracula* h. e. dicta a Deo profecta, talia autem oracula et in lege mos. Act. 7, 38. et in ceteris V. T. libris perscripta sint, possunt sane illa v. per se spectata et *legem mos.* (ita *Chrys.*, *Theodoret.*, *Beza* al.) et *divinam doctrinam in V. T. libris expositam* (sic *Wolf.*, *Heum.*, *Morus* al.) declarare. Sed neutra tamen explicatio hic ferri potest duas ob causas. Primum enim recte mireris, quod P., si alterutrum dicere voluerat, tantâ verborum pompâ — *ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τ. θ.* uti, quam simpliciter sic loqui: — *ὅτι αὐτοῖς ὁ νόμος ἐδόθη.* (*ὅτι τὸν νόμον ἔχουσι καὶ τοὺς προφήτας.*) maluerit. Deinde quominus alterutro modo hunc l. enarremus versu 3. prohibemur. Vere *Vatablus*, *Grot.* al. *τὰ λόγια τοῦ θεοῦ* V. T.

Digitized by Google

oracula explicant, quibus Deus Messiam, felicitatis auctorem, Judaeis pollicitus est (i. q. αἱ ἐπαγγελίαι Rom. 9,4.). Magno autem usui Judaeis erat, quod dignos eos Deus habuerat, quibus Messiam servatorem promitteret. Quoniam enim Deus verax est nullumque suum promissum revocat (9,6. 11,29. 15,8.), oracula de Messia data *certissimam* Judaeis spem facere debebant, fore, ut messianâ felicitate aliquando potirentur. *Kopp.*, *Cramer.* al. struunt ὅτι τὰ λόγια τοῦ θεοῦ ἐπιστεύθησαν: *quod promissa div. iis confirmata sunt* h. e. quod firma promissa divinitus iis contigerunt. Quorum ratio falsa est non propter Pluralem ἐπιστεύθησαν (*Rueckert.* expetit ἐπιστεύθη. vid. *Win.* gr. p. 299.), sed propter ipsum verbum ἐπιστεύθησαν. Scribendum sic fuerat: ὅτι ἐπιστώθησαν αὐτοῖς λόγια θεοῦ. Cf. LXX Ps. 92,5. 1 Reg. 8,26. V. 3. Sed poterat aliquis illa Dei oracula Judaeis emolumento esse hoc argumento negare, quod multi Judaei illo Dei beneficio perverse usi Jesu Messia repudiato Dei oraculis nullam fidem adjunxissent. Itaque P. v. 3. 4. quod objici poterat praeoccupans gentem jud. Dei oraculis vere ornari (v. 2.) eo docet, quod fieri nequeat, ut nonnullorum Judaeorum fidem non habentium pravitas veracem Deum ad datam Judaeis fidem fallendam adducat. τί γάρ;] Hae particulae, quem admodum Romanorum *quid enim?* (v. c. Cic. de N. D. 3, 14, 37. 15, 38. Horat. Sat. 1, 1, 7. 2, 3, 132.) et Germanorum denn was? explicandae confirmandaeque aut voci aut sententiae adhibentur (v. c. Soph. Oed. C. v. 544. 553. *Herm.* LXX Job. 18, 4. 21, 4.). Sunt enim decurtatae illae formulae ita explendae: τί γάρ ἐστιν; (s. τί γὰρ ἂν εἴη;) quid enim *est?* denn was giebt's? h. e. denn wie liegt die Sache? denn wie so? Ex hoc usu fluxit alius nihil ad hunc l. pertinens, quo particulae τί γάρ; praecedentem vel vocem vel sententiam fortiter affirmant et commode vertuntur *profecto* (v. *Herm.* ad Soph. Oed. C. v. 547.). Perperam *Beng.* et *Lachm.* interpungunt: τί γὰρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ —; *quid enim si nonnulli increduli fuerunt, statuendum est? num* —? Nam superquam quod haec interpunctio contorta est et sententiarum ordinem conturbat, voces τί γάρ; sui juris esse apparet. De industriâ P. τινές (cf. 11, 17.) scripsit, quum dicere potuisset πολλοί, quo melius lector objectionis, quam infirmandam sibi sumserat, levitatem sentiret. Primum, inquit, Judaeorum ornamentum hoc est, quod iis div. de Messia oracula concredita sunt. Quid enim? Si eorum *unus et alter* Dei oraculis (quum Jesum Messiam iis praesignificatum repudiarent) nullam fidem tribuerunt, num eorum perversitas, quâ fidem oraculis dene-

Digitized by Google

garunt, eo valebit, ut Deus in fide non maneat? Minime vero. h. e. Vere aliquod Judaeorum decus in eo collocavi, quod iis oracula de Messia Deus dedit. Absurdum est enim existimare, Deum propterea fidem suam non servaturum esse, quod *hic atque ille Judaeus* inventus est, qui Jesum Messiam aspernatus nullam Dei oraculis fidem haberet. (Hinc sequitur, ut, quoniam numen div. suis promissis stat, Judaei, quibus Deus Messiam pollicitus sit, aliquando etiam Messiae felicitate fruantur; cf. 11, 29. sq.). Hanc interpretationem, quam *Boehm.* aliique sequuti sunt, levissimis argumentis nuper impugnavit *Rueckert.* Nam quominus v. ἀπιστεῖν explicetur *fidem denegare* tum orationis perpetuitatem obstare, quae non permittat, ut delicta *post Christi adventum* commissa h. l. Judaeis exprobrentur, tum Aoristum ἠπίστησαν, cujus l. Praesens ἀπιστοῦσι locandum fuerit. At mire illud dixit. Etenim si v. 2. τὰ λόγια τοῦ θεοῦ oracula sunt, quibus Deus Messiam Judaeis portendit, ut sunt, profecto Judaei τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν in illa oracula versam non prius manifestare potuerunt, quam Jesu Messiae Dei oraculis praesignificato nullam fidem tribuissent. Neque minus mirum est alterum *Rueckerti* argumentum. *Potuit* P. ἀπιστοῦσι scribere (si nonnulli fidem *denegant*), non *debuit*. Bene enim ἠπίστησαν ad eos Judaeos refertur, qui div. oraculis fidem *denegassent*, quum ut Jesum Messiam venerarentur ab Apostolis moverentur; cf. 11, 17. sq. Jam cum iis facit *Rueckert.*, qui ἀπιστεῖν i. q. ἀπειθεῖν h. l. valere voluerunt. Hoc iis placuit, qui v. 2. τὰ λόγια τ. θ. aut de lege mos., aut de doctrinâ div. V. T. enarrarunt, unde A. ἠπειθησάν τινες pro ἠπίασησάν τινες praebet ex interpretam. Non equidem nego, ἀπιστεῖν passim idem esse, quod ἀπειθεῖν (cf. *Heindorf.* ad Plat. Theaet. p. 296.), quum praesertim idoneam rei causam videam. Nam ἀπιστεῖν omnino idem sonat, quod ἄπιστον εἶναι, ἄπιστος autem non solum eum qui fidem non habeat declarat, verum etiam *perfidum* et *inobedientem*. Unde ἀπιστεῖν notare potest et *fidem deserere* (quod et ipsum fieri potest fidem non habendo ei, cui aut te fidem tributurum pollicitus sis aut cui fidem adjungi officii rationes postulent) et *morem non gerere*. Illud affirmo, contextam orationem non pati, ut ἀπιστεῖν *morem non gerere* h. e. enarretur. Nam si v. 2. τὰ λόγια τ. θ. aut *legem mos.*, aut *div. V. T. doctrinam* explicueris, v. 3. v. τὴν πίστιν τ. θ. nullam rationem habent: primum Judaeorum commodum hoc est, quod lex *mos.* (*V. T. doctrina*) iis divinitus data est. Quid enim? si nonnulli *div. praeceptis non obtemperarunt*, num eorum *contumacia* eo pertinebit, ut Deus *datam fidem*, (quam-

nam, obsecro, fidem?) *non liberet.* Constaret sententia, si τὴν χρηστότητα τοῦ θεοῦ (— num paucorum contumacia eo valebit, ut Deus *non amplius faveat, quibus faverit*) pro τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ scriptum legeretur, quamquam cum eâ non coiret vs. 4.. Nunc apparet, aptam esse *fidei a Deo servandae* mentionem, si in antecedentibus de *obligatâ Judaeis Dei fide* sermo institutus fuerit, contra ineptam, si nullum Dei promissum Judaeis factum ante memoratum sit. Quod adeo *Chrys.*, *Theodoret.* schol. *Matth.* al. senserunt, ut τὴν εὐεργεσίαν τ. θ. s. τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ in l. v. τὴν πίστιν τ. θ. interpretando sufficerent, unde τὴν δόξαν τ. θ. sumserunt Librarii Cd. 35. Mt. 1.. Sin cum *Rueckerto* p. 119. v. 2. τὰ λόγια τ. θ. Dei de futuro Messia oracula explanaveris, praeter rem (v. supra) elegantem oppositionem sustuleris, quâ nonnullorum Judaeorum ἡ ἀπιστία, quâ *fidem Dei oraculis denegarint*, τῇ πίστει τοῦ θεοῦ, quâ datam *Judaeis fidem solvat* opponitur, neque quidquam nisi vanum Paronomasiae ad sententiae acumen nihil conferentis (ἐπιστεύθησαν, ἠπίστησαν, ἡ ἀπιστία αὐτῶν, τὴν πίστιν τ. θ.) strepitum relliqueris: *primum Judaeorum decus hoc est, quod iis Dei de Messia oracula data sunt. Quid enim? si nonnulli Deo non obtemperarunt, num eorum contumacia hanc vim habebit, ut Deus datam fidem fallat suumque promissum non servet? Minime.* Praeterea quominus *Rueckerto* assentiar etiam verbo ἠπίστησαν nimis nude posito impedior. Expeto enim orationem paullo pleniorem ἠπίστησάν τινες τῷ θεῷ s. τῷ νόμῳ. V. 4. μὴ γένοιτο] Haec formula eo, quod, ut hebr. חָלִילָה 1 Sam. 20, 2., eorum est, qui aliquid tanquam malum omen detestantur (ne id usu veniat! absit hoc! Deus rem averruncet! Luc. 20, 16.), fortissimae negationis (*minime vero*) vim habet. Saepe eâ utitur P. et recentiores scriptores, ut Arrian Epict. (v. c. 1, 1, 13.). Cf. *Starz.* de dial. mac. etc. p. 204. et *Raphel.* Annot. e Polyb. ad h. l.. Conferre licet Germanorum formulas: Gott behüte, Gott bewahre! Temere *Herzbgius* apud *Wolfium* orationem sic distinxit: *γινέσθω δὲ ὁ θεὸς κ. τ. λ. habeat potius eventum haec V. T. sententia: Deus est verax* etc.. Neque enim P. scripsit, ut eum facere oportebat, γινέσθω δὲ τοῦτο (s. ὁ λόγος οὗτος 1 Cor. 15, 54.) neque v. ὁ θεὸς ἀληθής Ps. 116, 11. leguntur. Pari modo *Kopp.* v. interpunxit h. s.: *stet potius haec sententia firma: Deus est verax* etc.. Id vero ne his quidem v. γινέσθω δὲ τοῦτο (s. ὧδε) inest, nedum Paullinis γινέσθω δέ. Mitto eorum, qui v. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς κ. τ. λ. recte copulaverunt, aut aperte falsas aut minus accuratas enarrationes, ut *Ben-*

Digitized by Google

gelit: fiat (Chr. Fr. Schmid. *erit*: γινέσθω i. q. ἔσται!) *judicii extremi tempore* Deus verax, *Theophyl.* et *Grot.*: *appareat* Deus constans in promissis, eorumque, qui exponunt: *sit*, i. e. *judicetur* (hoc est γενέσθω, non γινέσθω) Deus verax (sic G. ἔστω et 26. 32. 45. γενέσθω pro γινέσθω e glossem.). In promtu est enim, P. paronomasiae studiosissimum invicem oppositis et proxime conjunctis v. μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθής κ. τ. λ. hoc acumen, quod magis etiam exstaret, si γίνοιτο δὲ ὁ θεὸς ἀληθής κ. τ. λ. scribere maluisset, suae orationi indidisse: *ne id fiat* (scil. ut Deus propter malam nonnullorum Judaeorum fidem suam fidem non liberet v. 3.); *fiat potius* (h. e. *res potius eo veniat*, ut *sit* i. e. *existimetur*) Deus verax, quivis autem homo fallax. Non igitur pius Apostolus animo vehementius commotus lineas transiluit *optavitque ut*, quo magis Dei sanctitas eniteret, *omnes homines improbi fierent* (!), quae *Tholuccii* p. 105. opinio est. Non sensit v. πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης vim ac pondus *Grot.*, quum sic explicaret: appareat Deus constans, *etiamsi vel omnes homines fidem fallant* (hoc non dicunt verba graeca) et multo minus *Rueck.*, qui ea inepte a P. addita esse perhibuerit. Nimirum vocc. πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης pulchram oppositionem ad v. v. 3. εἰ ἠπίστησάν τινες continent. Sensus: tantum abest, ut Deum propter *paucorum Judaeorum malam fidem* datam Judaeis fidem non soluturum esse recte putemus, ut literarum s. admonitu Deus verax nobis existimandus sit, *omnes homines* (non solum nonnulli) *mendaces et improbi* putandi. Dixit P. ψεύστης, quum ἄδικος scribere potuisset, ut bene comparata esset oppositio (ὁ θεὸς ἀληθὴς, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης). Neque improbabile est, quod multis placuit, P. animo quum πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης exararet, Ps. 116, 11. obversatum esse. καθὼς γέγραπται] Citatur Ps. 50, [51] 6. LXX. Ibi poëta, *in te solum*, Deus, inquit, peccavi et quod *tu* malum judices (scil. arcte connectenda sunt v. הָרַע בְּעֵינֶיךָ, non בְּעֵינֶיךָ עָשִׂיתִי, id quod membrum antecedens docet) feci; fateor; ut te justum esse in sententiâ ferendâ, integrum in exercendo judicio appareat. Sed vocc. לְמַעַן תִּצְדַּק בְּדָבְרֶךָ תִּזְכֶּה בְשָׁפְטֶךָ LXX. converterunt ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Quos בְּדָבְרֶךָ pro בָּדָבְרְךָ legisse non praefracte contendam (cf. *Drusius*), quum בָּדָבְרְךָ *in ferendâ sententiâ* paullo liberius ἐν τοῖς λόγοις σου *in sententiis quas feras* vertere potuerint. Sed male confuderunt זָכָה *purum*, *integrum esse* cum Syr. ܙܟܐ *vincere*. Quo facto quum sententiam nullam futuram esse vidissent, si בְשָׁפְטֶךָ ἐν τῷ κρίνειν σε reddidissent: *et ut causâ vincus*,

Digitized by Google

quando judex sedeas (neque enim judex ipse causâ vincit, sed uter litigantium causâ vincat, uter cadat decernit), בְּשָׁפְטֶךָ ita interpretati sunt: *quando te aliquis judicio subjicit* i. q. *quando in judicium vocaris*, ἐν τῷ κρίνεσθαί σε: (Non igitur LXX השפט pro שפט in suo Codice scriptum invenerant) Toti vs. LXX. hunc sensum subjecerunt: me peccasse haud diffiteor, ut, *si peccatum confitendo id consequi possim*, (vide de ὅπως ἄν not. ad Matth. p. 261.) in sententiis ferendis justus esse intelligaris emergatque te causâ vincere (*νικᾶν vincere in judicio*; cf. *Elsner.* et *Wetsten.* ad h. l.), quum ab hominibus in tua facta impie inquirentibus tanquam in judicium voceris. Nunc quaeritur, quamnam sententiam P. allatis v. subesse voluerit. Ubi duo maxime tenenda sunt; unum, perinde esse, ac si δικαιοῖ ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικᾶς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ap. scripsisset, quum ὅπως ἄν cum Subjunctivo ad loci abrupte allati contextam orationem pertinens nihil ad P. consilium conferat; alterum, hâc mente Ap. Psalmi v. attulisse, ut τὸν θεὸν εἶναι ἀληθῆ, πάντα δὲ ανθρωπον ψεύστην ostenderet. Ita igitur explicanda sunt, ut haec iis sententia insit. Quae sane quodammodo inest, si τοὺς λόγους τοῦ θεοῦ *sententias, quas judex ferat* interpreteris et v. ἐν τῷ κρίνεσθαί σε cum *Elsnero*, *Wetst.*, *Wolf.*, *Moro* al. *ubi in judicium voceris* enarres h. r.: *ut justus sis in sententiis ferendis et causâ vincas, quum ab hominibus* (*suâ sorte minus contentis*) *accuseris*. Nam si Deus et justus est judex et causâ vincit reus ab hominibus factus, sanctum esse Deum, improbos homines, qui in insontem crimina congerant elucet. Sed quoniam Dei veracitas (ἡ πίστις s. ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ v. 3. 4.) V. T. loco hîc confirmanda erat, dubitari vix potest, quin οἱ λόγοι τοῦ θεοῦ rectius ad ea Dei effata referantur, quibus aliquid sit pollicitus h. m.: *ut justus sis, ubi promissa dederis et causâ vincas, quum ab hominibus in judicium voceris*. Quippe si Deus promissa servat, *verax* (ἀληθής) est; si causâ vincit in jus ab hominibus vocatus, *mendaces* sunt homines (ψεῦσται), qui *falsis* criminibus sanctissimum numen onerarint. Quamquam per loquendi usum et contextam orationem non minus ferri potest eorum interpretatio, qui (v. c. *Bengel.* et *Beneck.*) κρίνεσθαι Passivum *lite contendere* (Matth. 5,40. 1 Cor. 6,1. 6. LXX. Job. 13, 19. Jes. 43,26. Jer. 2,35.) exposuerunt: — *et ut causâ vincas, quum tu lite contendas* (verbis de jure disceptes cum hominibus). Interdum enim Deus in V. T. cum hominibus injuriam sibi a Deo factam querentibus hoc eventu expostulat, ut se sanctum et benignum, homines ingratos et improbos esse doceat v. c. Jer. 2,35. sq. Mich. 6,2. sq.. Jam

Digitized by Google

si Deus *causâ vincit* quando cum hominibus de jure disceptet, Deum justum, *mendaces* homines esse apparet Deo *vanis* criminibus oppugnato. Utram interpretationem praeferam incertus sum. Quamquam posteriorem explicationem ii praeponent, quibus a div. numinis majestate abhorrere videbitur, ut Deus dicatur ab hominibus in judicium vocari. Sed male *Beza ἐν τῷ κρίνεσθαί σε* vertit: *quando tu judicas*, ut *graeca hebraeis* responderent. Nam praeterquam quod P. non v. hebr., sed LXX translationem citavit, neque per v. ita interpretari licet (*quando tu judicas* graece est *ἐν τῷ κρίνειν σε*) et perversa est sententia: ut causâ vincas *judex* (cf. supra). V. 5. Sed poterat aliquis ex eo quod v. 4. P. dixerat *victorem Deum discedere in jus ab hominibus vocatum* (s. quando cum hominibus disceptet), quo major sit hominum Deum in crimen adducentium improbitas (quove intolerabilior illorum cum numine expostulantium impudentia), tanto magis Dei sanctitatem enitere argumentatus, *impune homines peccare* ratiocinari, quoniam *injuriam* Deus facere videretur, quum de iis poenas caperet, qui peccando effecissent, ut Dei sanctitas tanquam e tenebris in lucem protraheretur. Huic impiae argumentationi P. occurrit nullamque excogitari posse peccati excusationem docet v. 5 — 9.. Ita factum est, ut a consilio suo, quo Judaeorum jura enumerare constituisset v. 1. 2. longius etiam abiret. Sed scriptor, in quo minor fuisset quam in P. animi fervor, disputationem diduxisset in hunc m.: *si autem, ut modo dictum est, Deus ab hominibus in judicium vocatus, hominum pravitate Dei sanctitatem conspicuam reddi aliquis existimet atque ex eo haec rursus conclusiuncula nascatur: impune homines peccant; injuriâ enim Deus eos poenis persequeretur, qui numinis sanctitatem in clariore luce collocavissent peccando. Quâ conclusiunculâ nihil est detestabilius.* At P. disputatione in breve contractâ quod e v. v. 4. *καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε* concludi *poterat* tanquam sententiam rite inde coactam continuo posuit, quidnam ex eâ rursus colligi posset adjecturus: *si autem* (quod e vs. 4. aliquis argumentetur) *nostra hominum* (non *Judaeorum*, ut *Kopp.*) *pravitas Dei sanctitatem vincit, quid tum? num* etc.. Quoniam argumentatio, cui P. obviam eundum esse putavit, e vs. 4. fluxit, ibi posito v. *δικαιοῦσθαι* motus Ap. improbitatis humanae notionem *τῆς ἀδικίας* voc., probitatis, i. e. sanctitatis, div. cogitationem, voc. *τῆς δικαιοσύνης* enuntiavit. Praeter rem *Chr. Fr. Schmid.*, *Rueck.* al. *θεοῦ δικαιοσύνην* Dei *benignitatem* explicant. Nam si Deus causâ vincit in judicium ab hominibus adductus (s. quando cum hominibus expostulet) v. 4.,

Digitized by Google

quo frequentius ab hominibus accusetur (s. cum iis disceptet) tanto saepius ejus *innocentiam sanctitatemque* emergere eoque hominum pravitatem valere, ut *Dei sanctitas* magis magisque innotescat, in promtu est. V. *συνίστημι* h. l. declarat *ostendere, probare, demonstrare*, beweiſen, erhärtet i. q. *δείκνυμι* et *ἀποδείκνυμι*. Cf. Rom. 5,8. 2 Cor. 7,11. 6,4. Gal. 2,18. Diod. Sic. 13,91. *συγκατηγόρησε δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπισημοτάτων πολιτῶν συνιστὰς αὐτοὺς οἰκείους ὄντας ὀλιγαρχίας.* 14,45. *ἅμα δὲ συνίστα δεινὸν εἶναι περιορᾶν τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ὑπὸ βαρβάρων καταδεδουλωμένας, ἃς κ. τ. λ.* et *Wetst.* ad n. l.. Quem v. usum sinceris Atticis ignotum e *repraesentandi commendandique* significatu (Rom. 16,1.) male vulgo repetunt, ut *Wahl.* et *Bretschn.*. Manavit enim e *componendi* significatione, ut esset *συνίστημί τι* compositis collectisque quae rem contineant argumentis aliquid doceo. *τί ἐροῦμεν;*] *quidnam dicemus?* h. e. *quidnam inde cogemus? quid tum? quid postea?* Cf. 7,7. 9,14. 30. al.. Nota est loquutio *ἐπιφέρειν τινὶ τιμωρίαν* s. *ποινήν* (cf. *Kypk.* ad h. l.) *poenam alicui inferre* h. e. *infligere*. Sed non minus bene habet quod P. h. l. scripsit *ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν*. Quoniam enim Deus iram expromit *puniendo* (cf. not. ad 1,18.), P. dictio huic sensum praebet *iram infligere poenas sumendo* reditque ad formulam *ὁ ἐπιφέρων τὴν τιμωρίαν*. Cf. LXX Ps. 7,12. *ὁ θεὸς κριτὴς — μακρόθυμος μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν*] Deus *iram nemini ignotam* h. e. poenas quas futuras esse scimus (Matth. 3,7.) infligens der ſtrafende Gott. *Ὁ θεὸς ἐπιφέρων ὀργήν* foret: Deus, quando poenas sumat. *κατ' ἄνθρωπον λέγω*] Haec formula, cujus explicationi multa aliena V. D., ut *Wetst.* ad h. l., immiscent, v. c. *κατ' ἄνθρωπον* post Comparativum Soph. Oed. C. v. 604. *Herm. τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς;* nunquam non *loquor ut homo* s. *hominis more* (nach der Weiſe eines Menſchen, wie ein Menſch, menſchlich) significat. Sed de cujus generis homine aut de quo hominis more sermo instituatur, scriptores quovis l. vel aliquâ superadjectâ voce indicarunt (Aeschyl. Agam. v. 351. *Dind. γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις.*) vel e contextâ oratione cognosci voluerunt. Cujusmodi in l. ne te formulae *sensus* praetereat aut cui rei opponatur aut quid eâ vel explanare vel mitigare scriptores voluerint attendendum est. Sic Aristoph. Ran. v. 1057. *Dind.* (cf. *Wetst.* II, p. 54.) *ἀνθρωπείως φράζειν humane loqui* notat *plane* et *perspicue* loqui. Vituperatur enim Aeschylus, qui contrarium fecerit inani verborum pompâ usus. Referetur igitur *ἀνθρωπείως* ad eum hominum morem, quo

Digitized by Google

spretâ orationis elatione verborumque granditate, cogitata nostra plane et aperte enuntiare solemus.. Idem valet Athen. Deipnos. lib. 9. p. 839. *Dind.* πλὴν ἐκέτευον αὐτὸν (coquum verborum ampullas projicere solitum) ἤθη μεταβαλεῖν, ἀνθρωπίνως (hominum more, qui ut intelligantur obviis et usitatis v. uti solent) λαλεῖν τε. et Petron. Satyr. c. 90.. Minus quam duabus horis mecum moraris et saepius *poëtice*, quam *humane*, loquutus es. Dispar est, opinor, conditio l. Cic. de Div. II, 64, 133.. Quid me igitur mones? Ut si quis medicus aegroto imperet, ut sumat *terrigenam*, *herbigradam*, *domi-portàm*, *sanguine cassam* potius quam *hominum more* (h. e. sequutus *usum loquendi* inter homines vulgo receptum) *cochleam* [[diceret.]]. Gal. 3, 15. v. κατὰ ἄνθρωπον λέγω *loquor ut homo*, quoniam iis exemplum e communi hominum vitâ petendum, quo rem suam illustret, P. excusat, hunc *sensum* habent: loquor ut homo qui res in hominum vitâ obvias tanquam in suo conspectu positas intueri solet h. e. affero exemplum ex hominum vitâ depromtum.. 1 Cor. 9, 8. μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει; Hic distinguitur quod *ut homo* dicas ab eo, quod *div. lex* dicat. Fundunt igitur v. μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; hunc sensum: num *pro hominis tantum prudentiâ* (nur nach menſchlicher Einſicht), haec dico? Negat hoc Ap., quia *Deus* secum consentiat in lege mos.. Rom. 6, 19. excusatur vocc. ἀνθρώπινον λέγω loquutio quae asperior eoque minus apta videri poterat v. 18. ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. Quare sensus est: sequor morem hominum, qui v. aurificis staterâ pensare non solent; asperiore utor voce idque de industriâ; cf. v. sqq.. Restat noster l.. Ubi multi interpretes post *Theodoretum*: — οὐ γὰρ ἐγώ, φησι, ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τοὺς τῶν ἄλλων τέθεικα λογισμούς· τοῦτο γὰρ λέγει κατὰ ἄνθρωπον. formulâ κατὰ ἄνθρωπον λέγω ad praecedentem *argumentationem* εἰ δὲ —; μὴ ὀργήν; relatâ, P. non se ex animi sententiâ ita argumentari illis v. indicasse putant h. r.: si autem nostra hominum pravitas Dei sanctitatem probat, quid tum? num injuriam facit Deus poenas infligens? *Ratiocinor, ut homo, ut unus de multis*, non meam in medium affero sententiam. Haec explicatio falsa est. Neque enim ratio ulla erat, cur P. sibi illam argumentationem displicere v. κατὰ ἄνθρωπον λέγω diceret. Quantopere enim eam abominaretur satis significavit v. μὴ γένοιτο. Pejus etiam *Theophyl.* v. κατὰ ἄνθρωπον λέγω ad vocc. v. 6. ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον; traxit h. s.: *dico* (pro Deo), *ut homo*, i. e. defendo Deum, ut homo facere potest, qui non omnes actionum div. rationes perspicit. Hoc consilium absur-

Digitized by Google

surdum est, et quia v. κατὰ ἄνθρ. λέγω vocibus μὴ γένοιτο a voco. ἐπεὶ πῶς —; separata sunt (nam sic hoc v. ordine opus esse apparet: — τὴν ὀργήν; Μὴ γένοιτο. Κατὰ ἄνθρωπον λέγω· ἐπεὶ πῶς —;) et quoniam rationes, quibus P. argumentationem v. 5. redarguit v. 6. — 8., tam firmae sunt, ut non fuerit, quod earum veniam a lectoribus impetraturus humani ingenii tarditatem antestaretur. Imo P. verbis κατὰ ἄνθρωπον λέγω vocem duram, ne dicam impiam, quandoquidem homo pius *Deum injuriam facere* vel cogitare flagitiosum ducit, ἄδικος ὁ θεός excusat h. r.: — num *injustus* est Deus poenas infligens? (hominis more dico, qui non satis semper verbis diligenter excussis caveat, ne indecora in Deum transferantur i. e. sit venia voci *injusti* de Deo positae, quam mihi indulsi more hominis, qui parum digne neque satis subtiliter de Deo passim loquitur. V. 6. Ap. impiam v. 5. argumentationem detestatus v. μὴ γένοιτο, falsam eam esse docet, sed non *directe*, ut cum philosophis loquar, h. e. ita ut argumenta quae eam errore niti ostendant afferat, sed *indirecte* s. *apagogice* i. e. sic ut si vera sit tolli rem certissimam demonstret; quam quia addubitare nefas sit illam veram non esse intelligi. Si P. argumentationem v. 5. *directe* impugnare voluisset, ita disputare potuisset: haec ratiocinatio: *si hominum pravitas Dei sanctitatem probat, injuriam facit Deus peccatores poenis persequens, quoniam iis obest qui ipsi prosint* eo funditus evertitur, quod Deus *sanctus* est, qui punire malos, praemiis afficere viros bonos suum esse arbitretur, *non ambitiosus sui amator*, qui quod nefas sit beare eos qui sibi prosint laedere eos qui suis commodis officiant fas esse putet. Est autem apagogicum Ap. argumentum hujusmodi: alioquin (scil. si Deus ob causam v. 5. enuntiatam injuriam faciat de hominibus facinorosis poenas capiens) quomodo *judex erit* (np. praecipuum pondus in v. κρινεῖ situm esse e v. ordine cognoscitur) mundi (i. e. hominum)? i. q. alioquin judicium de hominibus exercere Deus non poterit. Nempe idcirco Deus homines judicio submittet, ut puniantur improbi, praemiis ornentur probi cf. 2,6. sq.. Jam si injuriam faciat Deus pravos homines puniens, quia ejus sanctitatem in clariore luce posuerint peccando, nullum esse poterit Dei de hominibus judicium. Nam hoc pacto improbis hominibus, quum suae majestati consuluerint, praemia persolvere, probis viris, quum suae famae bene agendo offecerint, poenas imponere debeat, quum judicii div. rationes contrarium poscere constet. Itaque absona est argumentatio v. 5., quoniam ex eâ necessario sequitur absurda sententia, fore ut nullum Deus de hominibus judicium ha-

Digitized by Google

beat, h. e. neque probos homines praemiis ornet neque improbos poenis mulctet. Haec P. dicere voluisse v. 7. et 8. docent. Male *Rueck.* P. h. m. argumentari putat: alioquin qui judex Deus erit hominum, quandoquidem judicem *justum* esse oportet? Jam quum Deum judicem futurum esse hominum negari nequeat, exclusâ injustitiâ justus sit Deus necesse est. Superquam enim quod *Rueckerti* sententiae v. 7. et 8. repugnant, argumentum, quod V. D. v. 6. contineri putavit, tam esset infirmum, ut quivis facile ejus vim infregisset, quum dixisset: et justi judices sunt et injusti. Potest igitur Deus simul injustus esse, simul hominum judex. Tali obloquutori latus praebuisse P. quotusquisque sibi persuadeat, quum praesertim extra ictum esse potuisset, si scripsisset: *ἐπεὶ πῶς δικαίως κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον*; s. *ἐπεὶ ποῦ ἡ δικαιοκρισία τοῦ θεοῦ ἔσται*; (Rom. 2,3.). Tum perperam *Limborch.*, *Kopp.*, *Flatt.* al. *τὸν κόσμον homines rerum div. ignaros et pravos* i. e. *homines a Christi disciplinâ alienos*, qui ubi Judaeis opponuntur sunt gentiles (Rom. 11, 12.), interpretantur, ut P. ad praejudicatas Judaeorum opiniones descendens hoc dicat: alioquin qui *homines paganos*, quibus vos, Judaei, gravissimas poenas destinatis (cf. not. ad Matth. p. 130.) suo Deus judicio submittet supplicia de iis sumturus, quandoquidem gentilium quoque peccata hanc vim habent, ut Dei sanctitas exsplendescat? Nam adversatur illis interpretibus et contexta oratio (v. 7. et 8.) et v. ordo, qui talis esse debuerat: *ἐπεὶ πῶς τὸν κόσμον ὁ θεὸς κρινεῖ*; Adde quod Ap. h. l. non cum Judaeis disputat, quibus invisissimi essent gentiles, sed cum hominibus christ. agit, quos non tantum in paganos odium concepisse credo, ut quidvis sibi prius extorqueri paterentur, quam dulcem videlicet spem, fore ut gentiles atrocissimas poenas darent. Ceterum quod *Tholucc. Clarium* hunc vs. sic explanasse perhibuit: alioquin qui *Deus* mundum judicabit, quem *nos* hoc pacto rectius judicaremus, quorum prodessent peccata? tantas ineptias *Clario* in mentem venisse ne credas. Imo *Tholucc.* plana *Clarii* v. ne e longinquo quidem assequutus erat. *Clarius*: „Si enim *hoc* (cf. v. 5.) concederetur, impune peccare liceret, *nec judicare mundum Deus posset*, qui (i. e. *Deus*; non *mundus*) potius *nobis deberet* (h. e. *obligatus esset beneficio*, non: *qui mundus a nobis potius judicari deberet!*), si mendacium et scelus nostrum veritatem fidemque Dei faceret clariorem." Sexcenta hujus generis peccata Tholuccio exprobrarem, nisi talibus erroribus detegendis chartam inepte perderem. V. 7. et 8. Sententiam v. 6. prolatam, fieri non posse, ut si vera sit argumentatio v. 5., Deus de hominibus judicium

Digitized by Google

exerceat, P. hîc argumento firmat (cf. infra). Rem ita esse vocula γάρ demonstrat, haud dubie a P. profecta. Nam εἰ δέ, quod A. 23. 57. 74. Mt. q. et pauci alii praebent, et minus apte connexas sententias efficit (v. infra) et e v. 5. in hunc l. insinuavit. Potuerat P. Dei *sanctitatem* (ἡ δικαιοσύνη τ. θ.) et humanam *pravitatem* (ἐν τῇ ἐμῇ ἀδικίᾳ) commemorare (cf. v. 5.); sed maluit cum aliquo ad ante dicta (v. 3. 4.) respectu sanctitatis div. exemplum Dei *veracitatem* ponere hominumque perversitatem aliquo vitio, quod illâ contineretur, illustrare h. e. *mendacii vanitate*. Voc. τὸ ψεῦσμα jure improbat Thomas Mag.: ψεῦδος λέγε, οὐ ψεῦσμα —. Non enim atticum est voc., quo tantum usi sint Lucianus, Aristides, Josephus, Philo et graeci V. T. interpretes, ut Symmach. Job. 13, 4.. Vid. interpretes Thomae et *Schleusn.* Thes. V. p. 560.. Loquutio ἡ ἀλήθεια τ. θ. ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν (i. q. περισσὴ ἐγένετο) εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ hanc vim habet: *Dei veracitas meo mendacio eximia reddita est in ejus laudem* (Gottes Wahrhaftigkeit iſt durch meine Lüge übergroß, überſchwenglich, geworden zu ſeinem Preiſe) h. e. meo mendacio factum est, ut summam esse Dei veracitatem intelligeretur eaque cognita in ejus laudem verteret. Sed ne hos vs. secus explices, Ap. memento verbis εἰ γὰρ — εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ *quae quivis homo sceleratus dicere possit ad se transferre* (h. e. hominis nefarii partes agere), schemate multum frequentato 1 Cor. 6, 12. 10, 29. 13, 11. Gal. 2, 18. sq., tum voce. τί ἔτι κἀγὼ — — ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά; de *se ipso* loqui. Quod interpretes fefellit, aut quia subitum a Singulari (τί ἔτι κἀγὼ — κρίνομαι;) ad Pluralem (καθὼς βλασφημούμεθα καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν) transitum mirarentur, in quâ tamen numeri variatione nihil insoliti est (cf. 2 Cor. 11, 6. 1 Tim. 1, 8. 9. et Lobeck ad Aj. p. 248.), aut quod rationem, quae prius inter (τί ἔτι κἀγω — κρίνομαι) et posterius membrum (καὶ μὴ — — τὰ ἀγαθά;) intercedit, logicam postulare, ut ad unum eundemque virum, h. e. ad Paulum, v. τί ἔτι κἀγὼ — — τὰ ἀγαθά cuncta referantur non animadvertissent. In promtu est enim, membro posteriore (καὶ μὴ — — τὰ ἀγαθά;) explicari prius (τί ἔτι — κρίνομαι). Quae quum *unam* conjunctim sententiam praebeant, post κρίνομαι non percontationis signum cum vulgo ponendum est, sed virgula collocanda. Perperam *Wahl.* Cl. II, 765. καὶ sic ab ἐγώ divellit, ut percontationem indignationis significatione illâ vocula acui et intendi crederet citato *Herm.* ad Vig. p. 837. aliisque: cur adhuc *tandem in judicium vocor* ut peccator? Nam si haec P. mens fuerat, inutili voce ἐγώ omissâ ita loqui debuerat: τί

ἔτι καὶ κρίνομαι ὡς ἁμαρτωλός; Quare καί ad ἐγώ pertinet, quocum P. consociavit, ut κἀγώ sit *ego quoque* (Paulus). καὶ μὴ — — τὰ ἀγαθά;] Obtinet h. l. usitatum attractionis genus, quo verbum ad primariam sententiam necessarium ab interjectâ sententiâ suspenditur. Plato Phileb. 29. *Τόδε γε μὴν, ὡς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι* (ἐστὶ scribendum fuerat) *λέγειν, ὡς* —. Cic. de re publ. I, 37, 58. Si, *ut Graeci dicunt*, omnes aut *Grajos esse aut barbaros* (exspectaveras: omnes aut *Graji sunt aut barbari*), vereor, ne barbarorum rex fuerit —. Cf. *Herm.* ad Vig. p. 744. et 894. *Stallbaum.* ad Plat. Phileb. l. l. et Dissert. meam II ad 2 ep. ad Cor. p. 145. sq.. Ita P. hoc dicturus: *et cur non mala perpetro, ut bona locum habeant?* καὶ (τί) μὴ — — ποιοῦμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά; verbum, quo primaria sententia (καὶ τί μὴ —) absolvenda erat ex interjectis voce. καθὼς βλασφημούμεθα καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν, ὅτι ποιήσωμεν —. apta voluit, pro ingenii celeritate sic contractis notionibus: *et cur non*, quemadmodum per contumeliam facere arguor et *quemadmodum nonnulli me dicere contendunt*: *faciamus malorum sementem*, ut proveniant bona? Utrum καὶ τί μὴ — ποιοῦμεν τὰ κακά —; (et cur non improbe *ago* —?), an καὶ τί μὴ — ποιῶμεν τὰ κακά —; (et cur non improbe *agum* —;) P. dicere constituerit, de eo cum nemine ambigam. Utrumque enim recte apteque dixisset. Mire *Rueck.* Conjunctivum flagitare μή *deliberativum* (sic) affirmavit. Quasi vero non recte comparatum sit καὶ τί μὴ — ποιῶμεν τὰ κακά —; quum μή ad rem *cogitatam* (cf. v. 7. εἰ γάρ κ. τ. λ.) referatur; cf. *Herm.* ad Vig. p. 804.. Sed fallantur, quicunque attractionem ita resolvunt, ut post τὰ ἀγαθά suppleant λέγομεν (v. c. *Morus*) s. ἐροῦμεν (*Beneck.*): *et cur non*, ut — — nonnulli nos *dicere* affirmant: *faciamus* etc. *dicimus* (*dicamus*?)? quod fieri posset, si Ap. καθὼς λέγειν βλασφημουμεθα scripsisset. At quum duo distinxerit, unum καθὼς βλασφημοῦμεθα, alterum καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν et appareat, ad καθὼς βλασφημούμεθα mente addendum esse ποιεῖν, quo fecimus modo attractio utique exponenda est. Singula eorum, quin Graecis frequentatam attractionem ignorassent, vel consilia vel commenta referre nihil attinet. Quorum *Beza*, ut v. καὶ μὴ ποιήσωμεν — τὰ ἀγαθά; cohaererent, ὅτι redundare putavit. Eodem fine librarii G. 76. Mt. k. ὅτι omiserunt (e correct.); Vulg. Pelag. al. non verterunt, *Wallius* ἔτι conjecit pro ὅτι, *Grotius* μὴ — ὅτι pro ὅτι μή positum esse idque rursus idem valere quod τί μή —; *cur non* —? (cf. not. ad Marc. 9, 11.

Digitized by Google

28.) pronuntiavit, multi editores, nuper *Griesb.* et *Knapp.*, vocc. *καθὼς βλασφημούμεθά — ἡμᾶς λέγειν* uncis incluserunt, quo facto *ὅτι* nullam rationem habet, postremo, ut me contineam, *Vaterus* absurde hunc l. interpunxit. *ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά*] cf. LXX Jer. 17,6. 1 Cor. 13,10.. Fuisse, qui Ap. et mala perpetrare, ut nascantur bona et idem discipulis praecipere criminarentur, diserte P. dixit v. 8.. Sed neque eos nominavit, qui his se criminibus arcesserent, neque quidnam illi sequuti talia crimina spargerent declaravit. Quamquam credibile est, *Judaeos*, perpetuos Ap. adversarios et qui eum ad internecionem persequerentur Act. 21,28. sq. illa maledicta in P. contulisse. Qui si P. talia *dixisse* compererant, qualia Rom. 5,20. (*ubi aucta est peccati vis supra quam credas opulenta exstitit Dei benevolentia*; cf. *Chrys.*, *Theodor.* et *Theophyl.* ad nostrum l.) et 1 Cor. 9,20 — 22. (*omnes*, *ut Proteus*, *formas indui*, *ut Christo discipulos colligerem*) scripsit, malitiosâ argumentatione illa crimina e P. dictis exsculpere poterant. Fortasse etiam Judaei, quod P. doctrinam christ., sempiternae felicitatis fontem, cum gentilibus communicavit et homines christ. e legis mos. tyrannide exemtos voluit Gal. 3, 25., sic interpretati sunt: *mala eum perpetrare* (h. e. Mosis legem eum antiquare Act. 21,28. et novam disciplinam condere Act. 24,5.), *ut bona nascantur* (i. e. ut gentiles veri Dei notitiam habeant Act. 26, 18. et beati reddantur 1 Thess. 2,16.). Haec ratio mihi perplacet. Optime enim sic *ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά ut bona emergant* i. e. *ut Dei nomen celebre fiat inter paganos* ad superius dicta (cf. v. 7. — *ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ*) quadrat. *ὧν*] Hoc Pronomen alii ad *τινές* referunt: quorum conviciatorum poena (nam *τὸ κρίμα* h. l. valere *judicium quo quis condemnetur* cohaerentia docet) justa est i. e. ab his conviciatoribus poenas expeti verum justumque est (2 Cor. 11,15.), alii ad *ποιήσωμεν* pertinere putant h. r.: *ὧν* scil. *τῶν ποιούντων τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ, τὸ κρίμα κ. τ. λ. homines tam scelestos justae poenae manent.* Posterior sententia mihi melius placet, non quod parum credibile sit, Paulum, virum optimum, inimicis suis div. vindictam exasperato animo denuntiasse (hoc enim argumentum ambiguum, aut nullum potius est Phil. 3,2. 2 Timoth. 4,14. cl. 16.), sed has ob causas. Quamquam enim P. attractione, quam supra explicui, usus est, tamen, priusquam *ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι* exararet, ejus animo *οἱ ποιοῦντες τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά proxime* obversati sunt. Deinde P. aptissime h. l. homines flagitiosos, qui mala sibi perpetranda putent, ut bona nascantur abominetur, sicut supra impiam v. 5. ar-

Digitized by Google

gumentationem respuit v. 6. v. *μὴ γένοιτο*. Denique v. 8. et 9. hâc interpretatione initâ melius vincti sunt, quam si illam sequutus sis. Totus l. ita comparatus est: *Alioquin judicium Deus de hominibus habere non poterit* (v. 6.). *Nam* si Dei veracitas meo peccatoris mendacio abunde in Dei laudem cessit, cur adhuc ego quoque, Paulus, tanquam homo facinorosus ab hominibus reus agor et cur non, sicut facere per contumeliam arguor et sicut nonnulli me docere contendunt, mala perpetro, ut emergant bona? Cujusmodi homines merito poenas dabunt. Quare apagogica Ap. argumentatio sic decurrit: *falsa* est sententia v. 5. proposita, injuriâ Deum homines improbos punire, quoniam hominum pravitas Dei sanctitatem claram illustremque reddat (*μὴ γένοιτο* v. 6.). Quae si vera sit *judicium Deus de hominibus exercere non poterit* (v. 6.) *idque propterea*, quod, si Dei fides malâ peccatoris fide nobilitetur, *omnes peccatores culpâ careant*, ut qui facinoribus suis Dei honori consulant et nihil causae sit, cur ego quoque P., si tam improbus sim, quam nonnulli me esse contumeliose dicunt, adhuc ab hominibus culper. Liceret enim mihi scelera edere, ut bona nascerentur i. e. ut Dei honos augeretur. Quae quoniam absurda esse nemo non videt absurda est etiam sententia v. 5., quae tanta flagitia atque portenta fundat. Minus simpliciter, sed artificiosius P. rationem concluserit, si v. 7. *εἰ δέ* legas (v. supra). Nam tum Ap. verbis v. 6. *ἐπεὶ — τὸν κόσμον;* argumento apagogico sustulerit v. v. 5. *μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν;* vocabulis autem v. 7. *εἰ δὲ ἡ ἀλήθεια κ. τ. λ.* ad v. 5. *εἰ δὲ — τί ἐροῦμεν;* reversus sententiam his v. enuntiatam indirectis rationibus everterit h. m.: Si autem nostra perversitas Dei sanctitatem probat, num injuriam facit Deus poenas de improbis hominibus capiens? — (v. 5.) Minime vero. Alioquin judicium de hominibus exercere Deus non poterit, homines malos, qui hoc pacto Dei majestatem conspicuam redderent, puniendi potestate demtâ v. 6.. (Atqui hoc existimare absurdum est; non igitur injuriam Deus facit poenas a facinorosis hominibus expetens; cf. v. 5. *μὴ ἄδικος — τὴν ὀργήν;*) Si *autem* Dei veracitas meo peccatoris mendacio in clarâ luce posita in Dei laudem vertit, sequitur, ut, quum nemo ob commissa peccata recte perstringatur, ne ego quidem P. tanquam homo malus jure in judicium ab hominibus vocer liceatque mihi, quod me et facere et docere per contumeliam nonnulli arguunt, mala perpetrare, ut bona nascerentur i. e. ut Deum honore afficerem v. 7. 8.. (At haec quoque absurda; non igitur verum est, *malam hominum fidem*, *eo quod Dei fidem nobilitet*, *honore Deum*

Digitized by Google

augere, v. 7. εἰ δὲ — εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, hoc est: *Dei sanctitatem hominum pravitate probari*, v. 5. εἰ δὲ — τί ἐροῦμεν;). Superest, ut potissima interpretum consilia recenseam. *Kopp.*, quem in plerisque sequuti sunt *Rosenm.*, *Flatt.* al., v. 7. et 8. hominem gentilem a P. loquentem induci eumque sententiam v. 6. argumento corroborare opinatur h. r.: Alioquin *homines paganos Deus punire non poterit* v. 6.. *Nam* si vera Dei majestas meo (hominis gentilis) *mendacio* (i. e. meâ idololatriâ) illustris reddita laudem Deo peperit, cur adhuc *ego quoque paganus* tanquam peccator (i. e. idololatra Gal. 2, 15. *sic*) a Deo punior et cur non *nos gentiles*, quod *me Paulum* facere et docere nonnulli contumeliose dicunt, *mala perpetremus*, ut bona emergant? v. 7. 8.. Nunc P. ipsum, ut hominem gentilem refutet, adjungere putat v. ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι.: *tales vero homines jure meritoque puniuntur*. Verum enim vero nititur haec interpretatio falsâ v. 6. explicatione (v. supra.). Deinde hominis gentilis sermonem induci perspicue indicandum erat. Tum non referri h. l. verba pagani e v. v. 8. καθὼς βλασφημούμεθα καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν cognoscitur. Nam si paganus v. 7. et 8. loqueretur, is Pauli mentionem inferens v. 8. diceret: καὶ μὴ, καθὼς βλασφημεῖται ὁ Παῦλος καὶ καθώς φασί τινες αὐτὸν λέγειν, ὅτι ποιήσωμεν —; Accedit, quod τὸ ψεῦσμα *fictitiorum Deorum cultum* significare nequit. Ponuntur enim v. שָׁקֶר Jes. 44,20., כָּזָב Ps. 40,5. et τὸ ψεῦδος Jes. 44,20. ad quae vulgo provocant, de idolo, non de idololatriâ. Quamquam vel ut sententia constaret τὴν ἀλήθειαν τ. θ. *Dei veracitatem* h. e. *sanctitatem*, τὸ ψεῦσμα *mendacium* h. e. *pravitatem* et ἁμαρτωλὸς *hominem facinorosum* Kopp. explicare debuerat, et quia logica, quae inter v. τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι et inter vocc. καὶ μὴ — ποιοῦμεν (ποιῶμεν) τὰ κακὰ κ. τ. λ. obtinet, ratio hoc postulavit et quoniam vanorum numinum cultu neque Dei majestatem nobilites neque Deo famam colligas. *Rueckert.*, quum hic quoque festinaret, neque quid sibi *Koppius* voluisset, intellexit et mire ei hoc objecit, everti ejus explicationem voce γάρ v. 7.. Pejus etiam *Rueck.* viâ, quam *Calv.*, *Limb.*, *Beng.* al. olim inierant, repetitâ verbis v. 7. εἰ γὰρ — τὰ ἀγαθά; *Judaeum* quae v. 5. Paulo objicere voluerit neque ab Ap. v. 6. nondum finitâ sua oratione interpellatus absolvere potuerit continuare autumavit, quo facto Paulum prolatas nugas indignas esse quae refellantur judicantem impiis obloquutoribus indignatione commotum div. poenas denuntiare v. ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι. h. r.: *Nam* (pergo enim cf. v. 5.) si Dei veracitas meo *Judaei* mendacio conspi-

Digitized by Google

cua facta in Dei laudem vertit, cur *tandem* adhuc (male *Rueck.* καὶ ab ἐγώ sejunxit; v. supra) ut homo improbus punior et cur non, quod *me Paulum* (!) facere et docere nonnulli per contumeliam dicunt, faciam mala, ut bona nascantur? *Tales homines*, inquit P., *jure meritoque Deo poenas dabunt.* At enim vero v. 5. non Judaei sermo refertur, sed P. ipse affert quae quis objicere possit, ut ea infirmet. Quare orationem continuare Judaeus v. 7. nequit, quam ne exorsus quidem sit v. 5.. Deinde si Judaeus h. l. cum P. colloquium sereret, ille ab Ap. v. 6. interpellatus ita pergere deberet, ut et eum rursus loqui et Paulo obsistere v. 7. appareret hoc fere m.: ἀλλ' εἰ ἡ ἀλήθεια τ. θ. κ. τ. λ. *At si* — — ? h. e. *at non concussisti, Paule, meam sententiam, quum quae afferam certissima sint.* Praeterea Judaeus hoc pacto non modo suam v. 5. sententiam enucleatius expositam iterare, sed simul Pauli argumentum v. 6. confutare debuerat v. 7. 8.. Vicissim Paulum v. 8. ad eum, quocum colloqueretur, verba dirigere oportuerat h. r.: ἀλλ' ἔνδικόν σου τὸ κρίμα. Denique, ne longius abeam, si Judaeus v. 7. 8. de se loqueretur, inepte profecto P., quae de se obiter dicere constituisset, Judaei orationi sic intexuisset, ut primâ personâ usus (βλασφημούμεθα, ἡμᾶς) Judaeo, qui et ipse de se primâ personâ diceret, interloqueretur. Imo si quae de se dicta P. h. l. voluerat, ea Judaeo dicenda subjicere debuerat h. r.: — καὶ μή, καθὼς τὸν Παῦλόν φασί τινες ποιεῖν ἡμᾶς καὶ λέγειν ὅτι κ. τ. λ.. At nimirum tantum nonnulli in P. fuisse ingenii fervorem credunt tantamque mentis perturbationem, ut se cum Judaeo confunderet, quocum disputaret. V. 9. Dubitari non potest, quin hic vs. sine ullo mendo sit. Nam quod *Syr.*, *Theodoret.*, *Severus*, *Clar.*, *Boern.* pro τί οὖν; προεχόμεθα; habent τί οὖν κατέχομεν [D* G. 31. Chrys. in Mt. 3. 8. προκατέχομεν] περισσόν; omisso deinceps οὐ πάντως (quod tamen servat 31.) et γάρ (quod *Theodoret.* et *Severus* retinent), manifestum est vulgatae lectionis glossema. Fuerunt enim antiquitus bene multi, qui τί οὖν προεχόμεθα; in hunc sensum male copularent: *quid igitur nos* (Judaei) *habemus praecipui?* (cf. infra.) Quo facto v. οὐ πάντως deleverunt, quorum ita nullus usus esset (requirebatur enim οὐδὲν πάντως) et nonnulli etiam γάρ oblitterarunt. Quamquam fieri potest, ut glossatores notionem *praecipui* fortiter enuntiaturi de industriâ scriberent τί οὖν προκατέχομεν περισσόν; tamen προκατέχομεν e scripturâ vulgatâ προεχόμεθα ejusque glossemate κατέχομεν περισσόν commistum esse arbitror. Ita ut sentiam, facit lectio E. ap. Mill. τί οὖν προκατεχόμεθα (hoc aperte e προεχό-

Digitized by Google

μεθα et κατέχομεν conflatum est) περισσόν; οὐ πάντως —. Quoniam γάρ non nisi ab iis omittitur, qui τί οὖν κατέχομεν [προκατέχομεν] περισσόν; demto οὐ πάντως tenent, ita demum γάρ exstinguere licet, ut in ceteris quoque vocc. illa subsidia sequare, quod nemo facere sustineat. Perperam igitur *Kopp.* retentâ lectione vulgatâ unum γάρ ejectum voluit h. m.: τί οὖν προεχόμεθα; οὐ πάντως προῃτιασάμεθα — ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι; *quidnam igitur praetexi-mus? nonne omnino supra criminatus sum, et Judaeos et paganos omnes peccatores esse?* προῃτιασάμην] *supra ar-gui, criminatus sum* cf. 1, 24 — 2, 24. ᾐτιασάμεθα *argui, criminatus sum* D*. G. 31. Chrys. in Mt. 3. 8. Oecum. It. Vulg.. Probarem ᾐτιασάμεθα et προῃτιασάμεθα aut a glossatoribus invectum (cf. *Mill.* Prol. §. 450.) aut ex προ-εχόμεθα temere natum crederem, nisi in iis fere subsidiis legeretur, quae hunc vs. interpolatum exhibent. Unde ᾐτιασάμεθα interpolationis *partem* esse cognoscitur, quae tota haec fuerit principio: τί οὖν κατέχομεν περισσόν; ᾐτια-σάμεθα, Ἰουδαίους — ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι. Sed priusquam hujus totius vs. explicationem exordiar, dicam de voculis οὐ πάντως. Quas duo contraria significare non mirum est. Nam πάντως et limitare potest et explicare negationem. Illud ubi fit, *οὐ πάντως non prorsus, non plane, non quo-vis pacto* notat (cf. *Wetst.* ad h. l. et 1 Cor. 5, 10. ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, καὶ [et quidem] οὐ πάντως [*non prorsus*] τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου — — ἢ εἰδωλολάτραις [scil. μὴ συναναμίγνυσθαι *consuetudinem — fugiendam vobis esse*]. ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.). Hoc ubi obtinet, οὐ πάντως hanc vim habet: *negatio* (οὐ) *valet omnino, prorsus* (πάντως), h. e. *prorsus non, nullo pacto* i. q. alias πάντως οὐ 1 Cor. 16, 12. velut Theognis v. 305. *Bekk.* Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν | ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην | ἔργα τε δειλ' ἔμαθόν καὶ ἔπη δύσφημα καὶ ὕβριν κ. τ. λ. v. *Bornem.* Scholia in Lucae Ev. p. 12.. Hujusmodi in l. negationem trajectam esse (οὐ πάντως pro πάντως οὐ) VV. DD. male olim putarunt. Quorum opi-nionem falsam esse jam ii recte senserunt, qui ubi *οὐ πάν-τως nullo pacto, minime* declaret virgulâ post οι collocatâ, pronuntiari voluerunt: *οὐ, πάντως* cf. *Beza* ad h. l. et *Win.* gr. p. 457.. Sed nullum virgulae locum esse, quum voces ibi quoque, ubi *nullo pacto* significent, arctissime cohae-reant e meâ explicatione elucet. Jam plerique explicato-res P. v. 9. ad v. 1. et 2. redire arbitrati προέχεσθαι *potio-rem esse, praecellere* enarrarunt. Quorum alii vocc. τί οὖν

Digitized by Google

προεχόμεθα; (ut est in Cdd. 17. 76.) in unam sententiam conjunctis ita explicuerunt: *quanam igitur re* (nos Judaei) *antecellimus* (scil. gentilibus)? *nullâ prorsus*; quorum opinio vel propterea falsa est, quod οὐ πάντως, non οὐδὲν πάντως Ap. subjecit, alii, tolerabilius quidem, vocc. hoc m. distinxerunt: τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως· *quid igitur? praestamusne gentilibus? Nullo modo* (ita *Theophyl.*; contra *Grot.* al. *non per omnia*). *Nam* etc.. At hanc interpretationem ut repudiemus multae gravesque rationes flagitant. Primum enim *praestare*, *antecellere* graece est προέχειν (vid. Symm. Kohel. 10, 10. et multa l. apud *Wetst.* ad h. l. et *Sturz.* Lex. Xenoph. III, 673. sq.), non προέχεσθαι. Deinde Ap. v. 9. ad v. 1. et 2. reverti temere credas. De aliâ enim re P. v. 1. 2. dicere instituit, de aliâ h. l. agit. Illic externa, quae a Dei benevolentiâ in gentem jud. profecta essent, ornamenta referre coepit; hîc virtute et pietate Judaeos gentilibus antecellere negat. Quare si P. v. 9. ad v. 1. 2. rediret, rediret in speciem, reapse de aliâ re disputaret. Quod tum fieret, quum οὐ πάντως explicares οὐδαμῶς. *Quid igitur? sumusne* (quoniam *externa* nobis decora esse supra concessi v. 2.) *gentilibus potiores* (*pietate*)? *Nequaquam. Nam et Judaeos et gentiles omnes peccatores esse non est quod repetam.* Quamquam vel sic τί οὖν; προέχομεν τῇ δικαιοσύνῃ; scribendum fuisse emergit. Quod si P. scripsisset, nullam tamen rationem objectio haberet, quandoquidem ex eo, quod jura, quibus gentiles vincerent, Deus Judaeis dederat, *intus* quoque Judaeos paganis meliores esse nemo recte argumentatus esset. Melius sane ii fecerunt, qui οὐ πάντως *non per omnia* exponerent: *quid igitur? praestamusne* (quoniam *multa* nobis praecipua sunt v. 1, 2.) *gentilibus? Non per omnia. Nam animo et moribus nihilo meliores Judaei sunt paganis.* Sed his quoque praeter προέχεσθαι Medium prima persona προεχόμεθα obstat. Nam quis, quaeso, dicit τί οὖν; προεχόμεθα;? Judaei, inquiunt (*Theophyl.*, *Zeg.* al.). Quasi vero hoc vel uno apice P. indicarit. Alii, ut *Calv.*, P. loqui putant: *quid igitur? praecellimusne nos Judaei?* Hoc si P. voluisset, non equidem *sanctum artificium* in eo cum *Calvino* admirarer, sed magni ambiguitatis vitii eum postularem. Nemini enim suspicio facile incideret, Christi Apostolum in Judaeis a Christi disciplinâ aversis se annumerasse. Ne multa. Si P. v. 9. ad v. 1. 2. redisset, recte et perspicue dixisset: τί οὖν; προέχει ὁ Ἰουδαῖος; (s. προέχομεν ἡμεῖς, οἱ Ἰουδαῖοι;) οὐ παντως (non omni modo) κ. τ. λ. Male *Wetst.*, *Cram.*, *Rueck.* al. προέχεσθαι Passivum (*vinci*, *superari* cf. Plutarch. de repugnantiis stoicis c. 13. ὡς-

Digitized by Google

περ τῷ Διῒ προςήκει σεμνύνεσθαι ἐπ' αὐτῷ τε καὶ τῷ βίῳ καὶ μέγα φρονεῖν —— οὕτω τοῖς ἀγαθοῖς πᾶσι ταῦτα προςήκει κατ' οὐδὲν προεχομένοις ὑπὸ τοῦ Διός.) h. l. legi opinantur h. m.: *quid igitur? superamurne a gentilibus?* (h. e. interprete *Wetstenio*: *pejoresne sumus paganis?*, *Cramero* et *Rueck.* judicibus: *an deteriore sumus quam pagani conditione?*) *Minime.* (*Wetst.*: non omnino). *Par enim et Judaeorum et gentilium omnium est improbitas.* Nempe claudicat objectio, quia nihil P. antea dixit, quod suspicionem movere posset, aut *pejores* esse Judaeos paganis, aut *iniquiore* Judaeos *fortunâ* uti quam gentiles. Neutrum ex eo elici potuit, quod P. v. 5. — 8. *utique Deum de hominibus improbis poenas jure capere* obiter docuerat. Quae autem v. 1. 2. perscripta sunt, *splendidiorem* potius, quam abjectiorem, Judaeorum fortunam gentilium conditione esse ostendunt. Deinde προεχόμεθα prima persona illis interpretibus adversatur. (v. supra.) Nam, ut *Judaeorum* nomine aliquid objici appareret, perspicue dicendum erat: τί οὖν; προέχεται ὁ Ἰουδαῖος ὑπὸ τοῦ Ἕλληνος; s. προεχόμεθα ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων; Postremo vanam esse illorum interpretum opinionem e v. 9. — 19. intelligitur. In promtu est enim, Paulo, si aut non pejores Judaeos paganis esse, aut non in deteriore quam gentiles conditione Judaeos constitutos esse docere voluerat, ita disputandum fuisse, ut diceret: προῃτιασάμεθα γὰρ οὐ μόνον τοὺς Ἰουδαίους ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, deinde in gentilium peccata inveheretur h. r.: *quid igitur? an vincimur a paganis Judaei? Nequaquam* [s. *non omnino*]. *Nam jam supra non solum Judaeos, verum etiam gentiles peccatores esse argui, pessime sane vivere suetos.* Enimvero contrariam viam ingressus Ap. *Judaeorum* peccata perstringit v. 10. — 19.. Melius sane Oecumen., quum et ipse προεχόμεθα *Passivum* existimari posse contenderet, v. τί οὖν; προεχόμεθα; ad v. 1. 2. relata *hominibus paganis* attribuit h. r.: *quid igitur? an* (quum multa Judaeis sint jura praecipua v. 1. 2.) *superamur nos gentiles a Judaeis? Minime.* (rectius hoc pacto fuisset: *non per omnia*). *Nam et Judaeos et paganos omnes peccatores esse supra criminatus sum.* Sed illud tamen in hâc explicatione vitiosum est, quod τί οὖν; προεχόμεθα; *gentiles* percontari *Oecum.* putavit, quibus P. respondeat οὐ πάντως κ. τ. λ.. Colloquii enim, quod P. cum paganis faciat, nullum est in toto hoc l. vestigium. Vere *Morus*, *Kopp.*, *Schott.*, *Wahl.*, *Beneck.* al.. Medium προέχεσθαι *praetextu*, *obtentu uti* (v. Soph. Antig. v. 80. et Lexica graeca) i. q. προφασίζεσθαι h. l. denotare

censuerunt, dummodo totum vs. satis accurate explanassent. Voces *τί οὖν; quid igitur?* ejus sunt, qui ex ante dictis argumentetur. Quas ubi percontatio sequitur, ut h. l., animum ad objectionem ex antecedentibus nascentem praeparant; v. Rom. 6, 15. 11, 7. Lucian. Dial. Mort. 3, 1. 22, 2. et *Wetst.* ad nostrum l.. Hîc *τί οὖν; προεχόμεθα;* ad degressionem v. 5. — 8. refer. Verbum *προεχόμεθα* absolute positum est. Nam qui v. *τί οὖν προεχόμεθα:* consociant (*Kopp., Wahl.* al.): *quid igitur* (*peccatis nostris*) *praetendimus* (scil. quum flagitiorum excusatio v. 5. memorata absurda sit v. 5. — 8.)? iis non quidem Indicativus *προεχόμεθα*, cujus loco A. Subjunctivum *προεχώμεθα* a *Valckenario* conjecturâ expetitum continet, obest (v. infra), sed v. *οὐ* (requirebatur *οὐδὲν*) *πάντως* adversantur. Neque tamen *Schotti* interpretatio: *Quid igitur? suppetitne nobis excusatio? Non simpliciter. Etenim supra evicimus, Judaeos pariter atque gentiles omnes peccatis esse obnoxios*; sententiam praestat bene compositam. Ut enim omnes homines peccatores esse constaret, fieri tamen potuit, ut excusatio suppeteret, quae peccatis speciose praetenderetur. Bene cohaereret sententia, si P. pro *προητιασάμεθα γάρ κ. τ. λ.* fere hoc dixisset: *non enim quidquam video, quo peccata recte excusari videantur* atque tum *οὐ πάντως* exponeretur *minime*. Quocirca *προεχόμεθα* ita h. l. legi existimandum est, ut cum levi sensus discrimine etiam Subjunctivus *προεχώμεθα* scribi potuerit. Nempe discrimen in eo vertitur, quod *προεχώμεθα*; *deliberantis* est, an praetextu *utendum sit* (*utamurne praetextu?* sollen wir Vorwand brauchen? sollen wir unsere Sünden beschönigen?), contra *προεχόμεθα*; an praetextu *uti placeat* (*utimurne praetextu?* brauchen wir Vorwand?) *percontantis*. Sic formulae Platonicae *ἢ πῶς λέγομεν*; (v. *Heindorf.* ad Gorg. p. 109.) et *τί δὴ καὶ λέγομεν*; (cf. Heindorf. ad Theaet. p. 441.) hoc enuntiant: *aut quo modo loqui placet? quid tandem etiam dicere lubet? Ἢ πῶς λέγωμεν*; et *τί δὴ καὶ λέγωμεν*; declarant: *aut quo modo loquamur? quid igitur etiam dicamus?* Joh. 11, 47. pontifices et Pharisaei senatu convocato *τί ποιοῦμεν*; inquiunt *quid facimus?* h. e. *quid nos facere vultis?* qui si *τί ποιῶμεν*; dixissent *quidnam faciendum esset* interrogassent. Quod *Win.* gr. p. 234. *τί ποιοῦμεν*; fortius esse quam *τί ποιῶμεν*; affirmavit, quoniam *τί ποιοῦμεν*; *aliquid* faciendum esse sed illud quaeri, *quidnam* fieri oporteat indicet, V. D. erravit. Haec enim dubitatio, sive *τί ποιοῦμεν*; seu *τί ποιῶμεν*; dicas obtinet, quoniam in Pronomine interrogativo, non in verbi Modo inest. Locum Rom. 6, 1. *τί οὖν ἐροῦμεν*; *ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρ-*

Digitized by Google

τίς —; ab hâc disputatione segregatum gr. p. 229. commemorare *Win.* debuerat. Est enim ἐπιμενοῦμεν Futurum. 1 Cor. 10,22. ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον; interrogatio est *rhetorica* absurdum esse τὸ παραζηλοῦν τὸν κύριον significans: *an forte* (quod absurdum est) *ad indignationem dominum provocare placet? num sumus eo potentiores?* Non aptus esset h. l. Subjunctivus ἢ παραζηλῶμεν τ. κ.; *an forte domini indignationem provocemus?* Deliberaret enim P., de quo deliberationes habere nefas est, an domini ira irritanda esset. Secus hunc l. *Win.* l. c. intellexit, παραζηλοῦμεν quid jam fieret a Corinthiis, non quid futurum esset exprimere ratus. Postremo talia, cujusmodi est Asclepiad. c. XII. 50., πίνομεν γαλερῶς (si lectio vera; nam *Schneider.* in Lex. πίνωμεν γαλερῶς affert) hanc vim habent: *bibimus hilare* h. e. *hilare bibere placet, hilare nos bibere fixum est et statutum* quod vernacule sic imiteris wir trinken, s. trinken wir fröhlich. Sed πίνωμεν γαλερῶς ejus est, qui ad hilarem compotationem diserte provocet: *bibamus hilare*, laßt uns fröhlich trinken. Ceterum huic Indicativi usui, de quo disputavimus, in familiari maxime sermone iisque scriptoribus, qui eum imitati sunt, locus fuit. Peccatis excusationes praetendi placere P. fortiter negat voce. οὐ πάντως nequaquam, rectius peccata agnosci subindicans. ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι] i. e. *peccato, tanquam domino, subesse* (Matth. 8,9.). Cujus imperio subjectus est qui *peccat.* Quare ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι idem valet quod ἁμαρτωλὸν εἶναι s. ἁμαρτάνειν (cf. v. 23.), non, ut *Grotio* placuit, *gravibus vitiis addictum esse* notat. Eadem prosopopoiia est Protev. Jacobi c. 18. (ed. *Thilo* I,242.), ubi ὑπὸ ἔκπληξιν εἶναι significat *torpori subesse* h. e. *torpere.* Nam vidit Josephus quum Christus in speluncâ nasceretur *omnia torpere.* V. c. ovium grex subito constitit, quem ut propelleret pastor manum sustulit. Frustra; torpebat enim sublata manus. Postremo P. πάντας non *plerosque* aut *permultos* dixit ὑπερβολικῶς (Matth. 3,5.), ut *Grotius* existimavit, sed *omnes, nemine excepto* (cf. v. 10. — 12. et 23.). Totius vs. haec ratio est: *quid igitur* (nempe quum peccatorum excusatio v. 5. posita vana sit, ut homines facinorosos jure a Deo puniri appareat v. 5. — 8.)? *circumspicimusne peccatorum excusationes? Minime. Nam et Judaeos et paganos omnes peccatores esse supra* (1,24 — 2,24.) *argui.* Unde P. sic argumentatur: *quum Deus improbos homines jure puniat* (v. 5. — 8.), *ne speciosos titulos peccatis praetexere animum inducamus, quod frustra sane conaremur, quoniam et Judaeos et gentiles omnes peccatores esse* (i. e. homines ob commissa delicta puniendos (v.

Digitized by Google

5. — 8.) *vere me supra arguisse libri s. testantur.* V. 10. Vocem ὅτι, quae deest in 32. 57. Mt. a. c. h. al., male damnavit *Mill.* prol. §. 1204.. Nam omiserunt eam, qui inde a v. 10. V. T. verba afferri putarunt, ut voculam non necessariam. Quam sententiam qui probaverit ei Paulum v. Ps. 14, 1. אין עשה־טוב libere convertisse: *οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς* dicendum est. Quod mihi parum credibile videtur propterea, quoniam P. quae V. T. l. citavit v. 11. — 18., ea paullo quidem liberius, sed ita tamen plerumque ex LXX. hausit, ut hujus translationis verba et locutiones retineret. Atqui LXX. Ps. 14, 1. v. אין עשה טוב ita reddiderunt: *οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα.* Nam quae vulgo ibi adjecta leguntur vocc. *οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός* e v. 3. scribae temere invexerunt. Quare haud scio, an v. ὅτι *οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς* sic ex *καθὼς γέγραπται* apta sint, ut generalem sententiam, quam V. T. l. v. 11. — 18. allata complectantur, enuntient h. r.: nam supra criminatus sum, et Judaeos et paganos omnes peccatores esse, *sicut non esse hominem probum, ne unum quidem, libri s. his verbis* testantur: (v. 11. sq.) „non est qui sapiat etc." V. 11. 12. Libere hîc P. Ps. 14, 2. 3. affert ex LXX., quo facto alia V. T. l., in quibus et ipsis hominum perversitas deploratur, subnectit v. 13. — 18.. Quae P. v. (v. 13. — 18.) ex h. l. tum in marginem Codicis vaticani LXX Ps. 14. irrepserunt, tum ab homine christiano hebraice versa in Cod. hebr. 649. *Kennicotti* pone Ps. 14, 3. tralata sunt. Vid. S. V. *Rosenm.* ad Ps. 14, 3.. συνιών] Mt. l. q. *συνιών* (sic), ut Matth. 13, 23. vulgo male legitur. In promtu est, aut cum plerisque *συνιῶν*, ut sit Participium formae *συνιέω*, aut cum *Win.* gr. p. 75. et *Lachm.* *συνίων*, ut sit Participium formae *συνίω*, scribendum esse, v. *Buttm.* ausf. gr. Sprachl. I, 524. 543. et *Matthiae* ausf. gr. Gr. I, 401.. Utrum verius sit, dictu difficile est idcirco, quia quum in nostris scriptoribus et formae ῖω (LXX Eccles. 2, 18. *ἀφίω* et Marc. 1, 34. 11, 16. ἤφις) et formae ἰέω (LXX I Sam. 18, 15. *καὶ εἶδε Σαοὺλ, ὡς αὐτὸς συνίει σφόδρα καὶ ἐυλάβετο ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ:* aptius est enim h. l. Imperfectum *συνίει*, quam Praesens *συνιεῖ*) nonnulla satis certa exempla inveniantur, plerasque formas, prout placuerit, tum ad ἰέω tum ad ῖω mutato accentu referre licet. Nam si scribas Eccles. 5, 12. *ἀφιῶν*, Job. 15, 9. varr. lect. *συνιεῖς*, Prov. 21, 12. 29. Sap. 9, 11. *συνιεῖ*, Jer. 9, 24. *συνιεῖν*, Matth. 13, 13. 25. 10, 12. *συνιοῦσι*, Apoc. 11, 9. *ἀφιοῦσι* Prov. 21, 11. Dan. 8, 5. 23. 27. Hos. 4, 14. Amos. 5, 13. al. *συνιῶν*, formas *ἀφιέω* et *συνιέω* agnoveris; sin *ἀφίων*, *ἀφίουσι*, *συνίεις*, *συνίει*, *συνίειν*, *συνίουσι* et *συνίων* exarea,

Digitized by Google

illa omnia ad ἀφίω et συνίω rettuleris. Quamquam in v. συνίημι prior ratio propterea placeat, quod formae ad συνίω utique referendae nullum in libris s. exstat exemplum, ut σύνιον, ες, ε. Sed utrumcunque praetuleris, alterutra ratio constanter tenenda est, non, ut fecit *Breitinger.*, modo συνιῶν, συνιᾶς, modo συνίων, συνίεις scribere decet. Συνιῶν, *sapiens*, ut מַשְׂכִּיל, *hominem probum* declarat, נָבָל *stultus*, *hominem improbum*. Vere enim sapit homo pius, quia poenarum, quibus Deus maleficia vindicat, procellam devitat, delirat impius, quoniam in pestem impietati divinitus paratam se praecipitat; cf. *Gesen.* Lex. maj. s. v. חָכָם et נָבָל. Ἐκζητεῖν τὸν θεόν, דָּרַשׁ אֶת־אֱלֹהִים, *Deum quaerere*, Gott aufſuchen, notat *Deum curare, venerari.* Articulum ante συνιῶν om. A. B. G. et *Lachm.*, ante ἐκζητῶν B. (qui habet ζητῶν) et G. om., *Lachm.* [ὁ] ἐκζητῶν. At et aptissimus est utrobique Articulus den frommen Mann [in genere] gibt es nicht, der Mann der ſich um Gott bekümmerte iſt nicht zu finden; cf. Dan. 8, 5. 27. et attende ad πάντες v. 12.), et demtus esse videtur a librariis ob v. v. 12. οὐκ ἔστι ποιῶν —. ἠχρειώθησαν] i. e. *homines nequam et improbi exstiterunt.* Nam ἀχρεῖος, homo *inutilis*, ein nichtsnützіger Menſch, hominem *pestilentem et improbum* notat, v. *Wetst.* ad Matth. 25, 30. Ad ἅμα e superioribus mente repete πάντες: omnes a pietatis viâ aberrarunt, *unâ omnes* improbi evaserunt. Voc. χρηστότης, quod plerumque *benignitatem* denotat, h. l. *morum honestatem* significat: *non est qui virtutem exerceat.* Quippe χρηστός in universum dicitur qui talis est, qualem esse decet. Ceterum ne quis hunc Substantivi χρηστότης usum miretur, tenendum est, P. vel potius LXX voces ab eâdem origine profectas ἠχρειώθησαν — χρηστότητα consulto conjunxisse. Qualia etiam Atticos lubenter copulare constat, Aristoph. Acharn. v. 935. ΧΟ. τί χρήσεταί ποτ' αὐτῇ; ΔΙ. πάγχρηστον ἄγχος ἔσται —. cl. Ran. v. 735. et 1455. οὐκ ἔστιν [sc. ὁ ποιῶν τὴν χρηστότητα] ἕως ἑνός] *homines probi non inveniuntur usque ad unum* i. e. homines probos *non* reperias, etiamsi *uno* contentus esse volueris. Cf. Jud. 4, 16. Itaque ne unus quidem eorum vivit eorumque nomen exstinctum est. V. 13. V. τάφος — ἐδολιοῦσαν e Ps. 5, 9. LXX. petita sunt, ubi poëta de inimicorum suorum pravitate conqueritur. *Sepulchro aperto* facinorosorum hominum (tales P. judice *omnes* sunt cf. v. 12. 9.) fauces assimilantur, quia, quemadmodum patens sepulchrum ad devorandum cadaver promtum ac paratum est, ita illi praesens exitium aliis minitantur, quos fraudulentâ oratione circumvenire conentur. Sic

Digitized by Google

Jer. 5, 16. Chaldaeorum pharetra patenti sepulchro comparatur, quippe tela recondens praesentissimam mortem minitantia. Similitudinis ratio a *Pelagio*, *Beng.* al. in eo posita, quod sepulchrum apertum foetorem spargat, improbi homines pestilenti oratione turpive doctrinâ alios contaminent, et minus simplex est et contextae orationi repugnat. Docent enim v. *ταῖς γλώσσαις αὐτῶν — γέμει* v. 14., explicationis causâ adjecta, patens sepulchrum ut rem commemorari, quae non quidem conspurcet, sed praesentissimam perniciem minitetur. *τ. γλ. α. ἐδολ.*] *linguis suis ad dolos struendos abuti consueverunt.* Ἐδολιοῦσαν forma alexandrina pro ἐδολίουν, cf. ad Marc. p. 641.. Vocc. *ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν* (viperarum venenum eorum labiis subest h. e. sunt aliorum hominum pestes) e Ps. 140, 3. LXX sumta sunt. V. 14. Hoc vs. ratio redditur verborum v. 13. *ἰὸς — αὐτῶν* h. m.: *viperinum venenum labiis recondunt, quorum os diris ac bile scateat* h. e. *quum alios facunde exsecrentur promteque bilem* (i. e. acerbum odium) *in eos evomant.* Hausit hunc vs. P. e Ps. 10, 7. LXX., ubi LXX., quum pro מִרְמוֹת (i. e. *fraudes*) aut in Codice invenissent מְרוֹת (Deut. 32, 32.), aut illud voc. cum hoc confudissent, verterunt *οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει καὶ πικρίας —.* Lectio Cd. 17. *Wetst.* *ὧν τὸ στόμα αὐτῶν* (cf. ad Matth. p. 139.) *ἀρᾶς κ. π. γέμει.* ad LXX Ps. 10, 7. a librariis efficta est. V. 15 — 17. Haec Ap. magnâ cum libertate ex Jes. 59, 7. 8. LXX. repetiit: *celeripedes sunt ad sanguinis profusionem: contritio et miseria ibi est, ubi profecti sunt* (Zermalmung u. Elend bezeichnet ihre Wege h. e. viam, quam emensi sunt repetens homines contusos [male mulcatos] et miseros videas) *et pacis viam ignorant* (np. ut homines hostilia facere soliti, quos ut bellatores belli artes scire, nescire pacis, s., ut poëtice dicam, belli *viam* nosse, pacis ignorare consentaneum est.) Qui *ὁδὸν εἰρήνης viam, quae ad salutem ferat, vitae rationem, quae saluti sit aut tibi aut aliis* explicant nexum tollunt, quem P. inter v. *σύντριμμα κ. ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν* et voc. *καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν* intercedere voluisse apertum est. V. 18. Cf. Ps. 36, 2. LXX. Non obversatur pietas in Deum eorum oculis h. e. pietas in Deum longe ab iis abest, minime pii sunt in Deum. V. 19. Voce *δέ*, quam obtiteratam voluit *Mill.* Prol. §. 929., (abest autem a Mt. l. Aeth., Theodoret., Ambrosiast.) plane opus est. Neque enim novam disputationem P. h. l. orditur, sed id agit, ut V. T. locis v. 11. — 18., quae *Judaeos* pravitatis convincant, *gentilium* quoque perversitatem probari doceat (cf. v. 9. 10.). Eandem ob causam *ὁ νόμος* priore loco utique

Digitized by Google

que ad libros s. V. T. referendus est, qui a potissimâ V. T. parte, h. e. a Pentateucho, passim ὁ νόμος vocantur, v. c. 1 Cor. 14, 21.. Quippe ne verbum quidem e Mosis lege Ap. v. 11—18. depromserat. De industriâ autem P. non ὅσα οἱ προφῆται (quales erant Davides et Jesajas etc. cf. 11—18.) λέγουσι, sed ὅσα ὁ νόμος λέγει dixit, ut haec v. acute ad proxima vocc. τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ referrentur. *De Ammon*, quum τὸν νόμον *Mosis legem* explicaret, et nexum sustulit, quo v. 19. cum v. 9.—18. cohaeret, et totum hunc vs. suo arbitratu pervertit: „Quae in *lege Mosis* praecipiuntur, Judaeis dicta sunt legi subjectis. *Docet autem omnis hujus populi historia, eum his praeceptis nunquam satisfecisse* (hanc sententiam *de Ammon* pro arbitrio Pauli verbis addidit): *quare* opus est, ut inani virtutis gloriatione repressâ se justae numinis sententiae submittat —." Quemadmodum 2 Joh. 9. μένειν ἐν τῇ διδαχῇ τ. Χρ. in Christi doctrinâ *manere* h. e. *constanter* eam *sequi* valet, ita εἶναι ἐν τῷ νόμῳ in legis disciplinâ *esse* h. e. *eam sequi* notat. Ἵνα permulti post *Theodoretum ita, ut* male exposuerunt; est enim τελικόν (cf. Chrys.): *quaecunque Codex sacer dicit, Judaeis dicit eo fine, ut omnes homines silentium obtineant.* Haec ita P. dicit, ut *omnibus* hominibus silentium imponendum fuisse sibi concedi postulet, quia nemo recte suas virtutes crepet (v. 9. 23.). Jam nisi V. T. Judaeorum ferociam frangeret, *Judaeis* magnifice loqui liceret. Non igitur P. de Judaeis et gentilibus in universum disputat (cf. *Rueck.*), sed de *singulis* hominibus agit (cf. v. 9. 10.), et jure quidem. Ut enim Abrahamus, Moses, Jobus, aliique viri fuerint pietate praestantes, tamen ne unus quidem inventus est, qui non quandoque peccasset. Itaque erat, quod libri s. *omnes* homines conticescere vellent. Φράσσω τὸ στόμα τινός s. τινί Hebr. 11, 33. et, quod multo magis frequentatur, ἐμφράσσω τὸ στόμα τινί s. τινός (cf. LXX Ps. 107, 42. Job. 5, 16. et *Wetst.* ad n. l.) *alicujus* (alicui) *os obturare* demtâ metaphorâ *aliquem ad silentium adigere* declarat. Sermo est autem de silentio, quod teneas, quoniam te virtute destitutum nihil habere, in quo te jactes, sentias. Nam v. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ illustrantur vocabulis καὶ ὑπόδικος τῷ θεῷ. In his τῷ θεῷ non est Dativus judicii (cf. Act. 7, 20. *Win.* gr. p. 175.), ut *Wahl.* s. v. ὑπόδικος putat: *et ut omnes homines obnoxii sint judice Deo* (languet haec sententia, nisi forte ἵνα ἐκβατικῶς sumseris), sed ad v. structuram pertinet. Etenim loquutio ὑπόδικον εἶναι (γενέσθαι) τινι *obnoxium* (straffällig) *esse alicui* h. e. *alicui satisfacere teneri* valet. V. *Bretschn.* Lex. s. v. ὑπόδικος.

Digitized by Google

Vulgo P. hunc vs. eo consilio adjecisse opinantur, ne inf. v. 11. — 18. citatis *gentilium* pravitatem, non *suam* exagitari Judaei obverterent, h. m.: *pertinent autem V. T. quae* v. 11. — 18. *memoravi, de hominum perversitate querelae ad Judaeos, quia haec regula valet, ut quaecunque sacer Codex dicat, Judaeis dicere existimandus sit.* Huic sententiae gravia argumenta obstare arbitror. Primum enim vix verendum erat, ne quis l. v. 11. — 18. citatis non nisi *gentilibus* scelera exprobrari suspicaretur, quum praesertim Ap. a l. profectus esset, qui neminem non impiae et facinorosae vitae accusaret v. 11. 12.. Deinde si illa P. mens fuisset, ita loquutus esset: *οἴδαμεν δὲ — — λαλεῖ, ἵνα αὐτῶν τὸ στόμα φραγῇ καὶ ὑπόδικοι γένωνται τῷ Θεῷ.* At quod *πᾶν στόμα* et *πᾶς ὁ κόσμος* cum emphasi dixit ad aliam me sententiam traducit. Nam quum v. 9. omnes et Judaeos et paganos peccatores esse contendisset, idque librorum s. testimonio comprobari monuisset, locis, quae de summâ hominum impietate et pravitate conquererentur, e V. T. citatis v. 11. — 18. non illud effectum esse videri poterat, quod P. efficere voluerat, *ne unum quidem hominem* insontem reperiri v. 9. 10., quoniam sacrum Judaeorum Codicem cum Judaeis, non cum gentilibus agere nemo non vulgo judicaret. Restabat igitur, ut V. T. l. v. 11. — 18. eo quod *Judaeorum* perversitatem castigarent simul *gentilium* vitiositatem, quos Judaeis pejores esse quivis facile concederet, stabilire doceret, quo facto in V. T. *omnes* homines peccatores sisti recte se affirmasse v. 9. 10. pateret. Idque docuit v. 19. h. r.: *novimus autem* (i. e. tralatitium est autem, cf. 2, 2.) *quaecunque Codex s. dicat Judaeis dicere eo fine, ut omnes* (i. e. non modo gentiles, qui temere sane virtutem jactent, verum etiam Judaei, quibus plus tribui solet) *obmutescant et obnoxios esse Deo* (peccatorum poenas Deo dare debere) *omnes homines* (ne Judaeis quidem exceptis) *appareat.* Nititur haec argumentatio eo, quod majorem hominum esse de Judaeorum quam de paganorum probitate opinionem Ap. crederet. (cf. 1 Petr. 4, 3.). Nam illi verum Deum venerabantur divinamque habebant disciplinam, ad quam mores conformarent; his et veri Dei notitia deerat et divina lex. V. 20. *πᾶσα σαρξ*]. Haec vocc. simpliciter *omnes homines* (v. *Calvin., Zeger., Rueck.* cl. Matth. 24, 22. Joel. 3, 1.) significant, imbecillitatis fragilitatisque notione, quam *Flatt., Benech.* al. iis inesse voluerunt, remotâ. Nam et obversatus Paulo est, quum haec scriberet, Ps. 143, 2. *ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν* (כל־חי), et sententiarum ratio flagitat, ut *πᾶσα σάρξ* v. 20. idem sit, quod v. 19. *πᾶς*

Digitized by Google

ὁ κόσμος. Negatio οὐ cum v. δικαιωθήσεται cohaeret, quocum eam P. copulavit, non cum v. πᾶσα σάρξ: *omnes homines — non integri a Deo censebuntur* i. q. *nemo — integer a Deo judicabitur*; v. Dissert. in 2. ep. ad Cor. II, p. 24. sq.. Ἔργα νόμου, rabb. מַעֲשִׂים הַתּוֹרִיִּים cf. *Buxtorf.* Lex. talm. p. 984., *opera* (i. e. *facta*), sunt, *quae lex. mos. jubet, injungit.* Quare quod Ap. ait: *nemo factis in lege Mos. praescriptis insons erit coram Deo* ad hanc sententiam redit: *nemo ea faciendo, quae lex Mos. fieri jubet, integer a Deo existimabitur* (Gal. 2, 16.), non quia Deus eum insontem judicare nolit, qui legi mos. prorsus satisfecerit (Rom. 2, 7. 13.), sed quoniam fieri nequeat, ut quisquam singula legis mos. praecepta aliquando observet (cf. not. ad 1, 17.). Perperam *Theodoret.*, *Cornelius a Lapide* al. νόμον in formulâ ἔργα νόμου de iis legis mos. capitibus explanant, in quibus caerimoniae Judaeis relligiose obeundae sanciuntur, ut P. *mos. caerimonias obeundo* neminem id consequuturum esse contendat, ut integer a Deo censeatur. Nam neque P. neque Judaei, ut nos facere consuevimus, Mosis legem *ritualem* et *moralem* discriminarunt, qui omnia praecepta Pentateucho comprehensa, sive mores fingerent sive ritus injungerent, tanquam Dei imperia relligiose sibi exsequenda esse judicarent eaque τοῦ νόμου vocabulo complecterentur, v. *Usteri* Entwickelung des Paul. Lehrbegr. p. 36. ed. 4.. Praeterea illis interpretibus et h. l. disputationis ordo obstat (non enim neglectas caerimonias, sed impietatem et improbitatem Judaeis Ap. exprobravit v. 9. sq.) et ubivis disciplinae paullinae formula; v. not. ad 1, 17.. Tum quo jure Ap. neminem eo, quod legis mos. praecepta observarit insontem a Deo declaratum iri affirmarit, quum lex mos. *solis Judaeis* data fuerit, quaesitum est. Vulgo P. *generatim* loquutum esse putant propterea, quod ἐξ ἔργων νόμου scribens maxime *morum praecepta in Mosis lege proposita* in mente haberet, quae quum gentiles et ipsi animis inscripta gererent (Rom. 2, 14. sq.) non tamen accurate observassent. Quae quidem ratio mihi vel idcirco displicet, quia in iis quae sequuntur (διὰ νόμου et v. 21. χωρὶς νόμου) νόμος *Mosis lex* est eaque tota. Quin P. in universum dixit: faciendo ea quae lex mos. fieri jubet *nemo quisquam* integer a Deo declarabitur (i. q. *nemini obtinget, ut — —* insons declaretur), quoniam *quicunque* legi mos. obtemperando Deo probari voluisset, eum frustra laboraturum esse firme crederet, quum *res* non permitteret, h. e. *per legis mos. ingenium fieri plane non posset* (cf. v. διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας), ut *ullus* morem ei gerendo Dei

favorem nanciscerētur. Superest, ut quo vinculo v. *διότι — ἐνώπιον αὐτοῦ* cum v. 19. connectenda sint, ostendam. Qui *διότι quam ob rem* i. e. *hanc ob rem, propterea, proinde* (cf. not. ad 1, 19.) enarrant (v. e. *Beza* et *Mor.*), Ap. v. 20. rationem concludere putant: *Quamobrem* (np. quoniam Codex s. omnes homines obmutescere jubet omnesque Deo obnoxios esse vult v. 19.) *nemo quisquam legi mos. obtemperando Deo probabitur.* At si P. hoc modo argumentum conclusisset, in v. *διότι — ἐνώπιον αὐτοῦ* substitisset, non adjecisset voce. *διὰ γὰρ ν. ἐ. ἀ.*, quae causam plane aliam, cur *ἐξ ἔργων νόμου δικαιωθῆναι* nemo possit, afferunt, quam quae hoc pacto vs. 19. comprehenderetur. Illud taceo, quod non temere Codex s. omnibus hominibus silentium imposuit, sed quia fieri non potest, ut quisquam tanquam lege mos. plane semperque servatâ recte superbiat. Hinc *διότι* aut virgulâ post *τῷ θεῷ* locatâ *propterea, quod* (*διὰ τοῦτο, ὅτι*), aut, quod praefero, *nam* (i. q. *ὅτι*), quum plene post *τῷ θεῷ* interpunxeris, explicandum est, ut versu 20. sententia v. 19. firmetur h. r.: (Codex s. *omnes homines* conticescere jubet *omnesque* Deo obnoxios esse vult v. 19. *Jure.*) *Nam non credo futurum, ut obtemperantiâ legi mos. praestitâ quisquam Deo probetur.* Hanc sententiam P. v. *διὰ γὰρ ν. ἐ. ἀμ.* argumento munit, quo contrarium facere legem mos., quam quod facere deberet, s. *τὴν δικαιοσύνην τ. θ.* hominibus conciliaret, docet. Nempe efficere deberet, ut peccati memoriam deponeret; at contrarium efficit; affert enim *peccati notitiam* (i. e. facit te peccati familiarem; cf. Rom. 7, 7.) *adducitque* tetram et immanem belluam, quae, ut homines Deo probarentur, *fuganda* necandave erat. Apparet e meâ enarratione, praecipuum pondus habere v. *ἐπίγνωσις ἁμαρτίας*, ut iis *peccati oblivio* vitaeque innocentia tacite opponatur: *nam per legem contingit notitia peccati* (*ἐπίγνωσις ἁμαρτίας, οὐ λήθη ἁμαρτίας, οὐκ ἀναμαρτησία, non peccati oblivio, non morum innocentia*). *Calv.*, *Beza*, *Limb.*, *Bengel.* al. expqunt: *nam per legem obtingit agnitio* (v. *ἐπιγινώσκειν agnoscere* Marc. 6, 33.) *peccati, quo sis contaminatus*, neque multo secus *Rueck.* al.: *nam legi mos. cognitio peccati debetur, quod te dehonestet* h. e. *lex mos. efficit, ut tuam perversitatem intelligas*, s. *agnoscas.* Neutrum Ap. dixisse arbitror. Alioquin, ut a lectoribus recte intelligeretur, perspicue et distincte scripsisset: *διὰ γὰρ νόμου κακίας* (s. *ἀδικίας*) *ἐπίγνωσις.* Perperam *Theodoret.*, quem *Grot.* imitatur, quum P. v. *διὰ γὰρ νόμου ἐ. ἁμ.* eo fine adjecisse opinaretur, ne quis legem mos. plane inutilem fuisse putaret, insigni pondere

Digitized by Google

in v. ἐπίγνωσις ἁμαρτίας reposito sic explicuit: *legi enim debetur notitia peccati* (scil. οὐχ ἁγιασμός, *non virtuti consecrata vita*) *i. q. scis lege edoctus, quid turpe factu sit, non ita ab ea institueris, ut facias quae honestatis rationes fieri postulent.* (Non igitur prorsus inutilis est lex mos.). Hoc pacto P. scribendum fuisse: ὅμως μέντοι (Joh. 12, 42.) διὰ νόμου ἐπίγνωσις κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ quivis intelligit.

Vs. 21. *Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, 22. δικαιοσύνη δὲ θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. Οὐ γάρ ἐστι διαστολή. 23. Πάντες γὰρ ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, 24. δικαιούμενοι δωρεὰν, τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, 25. ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων 26. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ, πρὸς [τὴν] ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως. 27. Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη· διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχὶ, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως. 28. Λογιζόμεθα γὰρ δικαιοῦσθαι πίστει ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. 29. Ἢ Ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον; οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν, 30. ἐπείπερ εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. 31. Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.*

V. 21. 22. Docte disputavit de v. 21.—28. *Noesseltius* Opusc. Fasc. I, p. 63—100 et de v. 21.—26. S. V. *Winzerus* binis commentationibus (Lips. 1829. 4.). Plerique explicatores (v. c. *Beng.*, *Morus*, *Winzer.* I, p. 6., *Rueck.*) conditionem, quae Christo accepta refertur v. 21. 22. ei opponi, quae ante Christum fuerit, opinati *νυνὶ δὲ* de tempore exponunt, *hoc autem tempore*. Perperam. Fictitia est enim illa temporis praeteriti et praesentis oppositio quae obtineret, si P. v. 20. ita fere loquutus esset: διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐδέποτε ἐδικαιώθη οὐδεὶς ἐνώπιον αὐτοῦ. — *Νυνὶ δὲ κ.τ.ἑ.*; cf. v. c. Col. 1, 21. 26. Philem.

Digitized by Google

11.. Ceterum Atticorum usum, quibus *νυνί nunc ipsum* valet, N. T. scriptoribus cum *Rueck.* impertire nolim. Ut enim hanc vim nonnulla l. recipiant (Rom. 15, 25. 2 Cor. 8, 22.), alia eam prorsus respuunt, ut hic l. et Col. 1, 21. quandoquidem Jesus quum P. scriberet ante *aliquot* annos mortem oppetierat. Adde quod in ejusdem generis l. *νῦν δέ* et *νυνὶ δέ* promiscue posita comparent, v. c. Ephes. 3, 8. Col. 1, 21.. Hinc *νυνί* in N. T. fortius esse quam *νῦν* non puto. H. l. voces *νυνὶ δέ* in assumtione collocatae sunt, *nunc vero, atqui*, in quâ causâ probi scriptores *νῦν δέ* (Thucyd. 1, 122. cl. Joh. 9, 41. Jac. 4, 16.) usurpant, P. etiam *νυνὶ δέ* v. c. Rom. 7, 17. 1 Cor. 7, 14. 15, 20.. Bene autem Ap. argumentationem comparatam esse tum intelligas, quum assumtionem v. 21. hâc, quam P. verbis in periodi initio graviter positis *ἐξ ἔργων νόμου*, quibus respondeant vocc. v. 21. *χωρὶς νόμου* et ipsa ceteris v. cum vi praeposita, satis adsignificarit, sententiâ: *fieri non posse, quin aliqua ratio sit, quâ Deo proberis* uiti reputaveris h. m.: *non credo futurum, ut obedientiâ legi mos. praestitâ quisquam Deo probetur, quoniam id per legis naturam fieri nequit* (i. e. sed *aliâ viâ* homines in Dei amicitiam sane pervenient v. 20.). *Atqui sine legis mos. operâ integritas quam Deus requirat innotuit* — v. 21. 22. Ex his quivis promte rationem concludere poterat: *ergo, ut δικαιοσύνην θεοῦ consequaris, non indiges lege mos.. χωρὶς νόμου] sine legis mos. operâ.* (Joh. 1, 3. 1 Cor. 4, 8.). Praeclare *Luther.* ohne Zuthun des Gesetzes, quocum faciunt v. c. *Calv.* et *Rueck.*. Scilicet v. *χωρὶς νόμου* contrarium enuntiant atque inest voce. *ἐκ νόμου* s. *διὰ νόμου* (attende ad v. v. 22. *διὰ πίστεως* l. *Χρ.* cl. v. 20. 30.). Dixit autem P., quum *per legem mos.* Dei favorem quemquam consequuturum esse negavisset v. 20., *sine legis mos. operâ δικαιοσύνην θεοῦ* innotuisse v. 21.. *Augustinus* de gratiâ Christi 1, 8. et de spir. et lit. c. 9. v. *χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ* in unam notionem copulavit: *δικαιοσύνη θεοῦ, quae e lege mos. non nascitur, quae non obtinetur ea, quod legi mos. obedias.* Hanc explicationem ab *Erasmo* et *Beza* recte repudiatam male nuper revocarunt *Winzer.* I, p. 9. et *Kleejus.* Nam neque v. hanc interpretationem admittunt, quum P. non scripserit *νυνὶ δὲ ἡ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφ.*, neque orationis nexus. Quippe Ap. non *τὴν ἐξ ἔργων νόμου δικαιοσύνην θεοῦ* et *τὴν χωρὶς νόμου δικαιοσύνην θ.* ex adverso posuit v. 20. 21. v. c. ut illam vanam, hanc veram esse diceret, sed *legem mos. δικαιοσύνην θεοῦ* cuiquam comparaturam esse negavit v. 20., eam *sine legis mos. operâ et interventu* tan-

Digitized by Google

quam in lucem editam esse affirmavit v. 21.. Ne ii quidem hanc oppositionem perspexerunt, qui χωρὶς νόμου sic explanarunt: *sine lege* h. e. ita ut non quaeratur, *utrum legem mos. habeas*, *an non habeas* (*Wetst.*), *utrum legem mos. servaris*, *an eam violaris* (*Theophyl.*, *Kopp. Boehm.* al.). Quid, quod illa sententia his v. concipienda fuerat: *νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοῦται ἄνθρωπος*, haec his vocc. enuntianda: *νυνὶ δὲ χωρὶς ἔργων νόμου δικαιοῦται ἄνθρωπος*.? *πεφανέρωται*] *in lucem vocata est δικαιοσύνη θεοῦ*. Olim enim uni Deo, cujus aeterna consilia sunt, nota erat, hominibus ignota erat et tanquam in tenebris jacebat, cf. 16, 25. Eph. 3, 8. 9. 2 Tim. 1, 9. sq. Tit. 1, 2. sq.. Sed *πεφανέρωται* *Beza*, *Limb.*, *Morus* al. exponunt: *patefacta est δικ. θ. per evangelium*, contra *Rueck.*: *patefacta est eo, quod Christus ad homines Dei legatus venit*, *quod hominibus consulturus mortem adiit* etc.; falso utrique. Primum enim P. neutrum dixit, quod sic facere debuerat, ut scriberet *πεφανέρωται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ* (s. *διὰ τοῦ εὐαγγελίου* v. Rom. 1, 17. cl. 2 Tim. 1, 10.) *πεφ. διὰ τῆς ἐπιφανείας Ἰησοῦ Χρ.* (2 Tim. 1, 9.). Illud recte sane haberet, quum doctrina christ. tum temporis jam pridem ab Ap. tradita esset: *evangelium δικαιοσύνην θεοῦ in lucem protraxit*, *dedit evangelium hominibus δικαιοσύνης θεοῦ notitiam*; tempore praesente *φανερῶται* opus non esset (v. *Rueck.*). Deinde neutrum P. dicere voluit, qui nisi acumen orationi conciliaturus v. *μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν* addidisset, his vocc. hunc l. conclusisset: *νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χρ. εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας*. Itaque P. mens haec est: *τὴν πίστιν Ι. Χρ*, *fidem in Christo collocatam*, sine legis mos. operâ palam fecisse *τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ* eo, quod *fides τὴν δικαιοσύνην τ. θ.* in homines fidem habentes vere et contulisset et conferret. (Die Unsträflichkeit vor Gott ist ohne Zuthun des mos. Gesetzes durch den Glauben an Christus, in so fern dieser seine rechtfertigende Kraft bewährt hat und fortdauernd bewährt, factisch und historisch geworden.) *μαρτυρουμένη — τῶν προφητῶν*] *cui* (*δικαιοσύνῃ θεοῦ*) *a lege mos. et prophetis testimonia impertiuntur*. Quemadmodum enim omnia quae ad Christi disciplinam pertinerent libri s. V. T. (2 Macc. 15, 9.) futura portenderunt, ita etiam hanc rem tanquam per transennam et Moses (Rom. 4, 3. Gal. 3, 8.) et prophetae (Act. 10, 43. Rom. 1, 17.) ostenderunt, fore ut per fidem *δικαιοσύνη θεοῦ* obtineretur. Vulgo v. *μαρτυρουμένη — τῶν προφητῶν* eo fine adjecta esse putant, ut non novam rem, sed

Digitized by Google

pervetèrem ab Ap. tradi lectores intelligerent, vid. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Oecum.*. At sic exilis sententia nascitur. Immo idcirco P. illa v. addidit, ut δικαιοσύνη θεοῦ, de quâ h. l. exposuit, ut genuinae et verae reverentiam deberi indicaret h. s.: *atqui sine legis mos. interventu Deo placens integritas patefacta est, quae a lege mos. et prophetis testimoniis ornatur ideoque divinae auctoritatis est, non errori debetur humano.* Nisi P. praeter legem mos. etiam prophetas commemoraret, sensum hunc esse crederem: quamquam lex. mos. δικαιοσύνην θεοῦ non efficit, tamen vim habet *testimonii* de δικαιοσύνη θεοῦ, quae e fide nascatur, agens. Aliquid omnino lex mos. valet, sed minime tantum, quantum Judaei vulgo putant. P. antithesium peramantem verbis χωρὶς νόμου δικ. θ. πεφ. et μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου acumen orationi quaesivisse apertum est, neque illud obscurum, haec inter se minime repugnare, quod quum sibi persuasisset Augustinus, vocc. χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ in unam notionem male conjunxit (cf. supra). Nihil enim obstat, quominus sine legis mos. operâ Deo proberis idque ipsum olim futurum esse lex mos. docuerit. V. 22. Restabat, ut *quâ re* Deo placens integritas manifestata fuisset declararetur. Sed si P. omissis v. δικαιοσύνη δὲ θεοῦ v. 22. ita perrexisset — τῶν προφητῶν διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. κ. τ. ἑ. ambigue loquutus esset. Nam v. διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. κ. τ. ἑ. non solum cum πεφανέρωται, verum etiam cum μαρτυρουμένη ὑ. τ. ν. κ. τ. πρ. h. s. consociari potuissent: *quae δικαιοσύνη θεοῦ a Mose et prophetis eo testimoniis ornatur, quod fidem in Christo collocandam commendant et illam δικαιοσύνην omnibus fidem habentibus hominibus utique pollicentur.* Itaque ut ambiguitas evitaretur, aut πεφανέρωται δὲ (scil. δικαιοσύνη θεοῦ) διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. κ. τ. ἑ., aut δικαιοσύνη δὲ θεοῦ (scil. πεφανέρωται) διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. εἰς κ. τ. λ. scribendum erat. Repetiit autem P. potius δικαιοσύνη θεοῦ, quam πεφανέρωται, quod illa notio in toto l. primaria est; cf. v. 20. οὐ δικαιωθήσεται et v. 24. δικαιούμενοι. Perperam *Luther.*, *Kopp.*, *Flatt.*, *Winz.* I. p. 11., *Rueck.* al., quum hoc vs. Subjectum v. 21. δικαιοσύνη θεοῦ illustrari putavissent, arctissime copularunt v. δικαιοσύνη θεοῦ διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. et post τοὺς πιστεύοντας mente addiderunt οὖσα s. γενομένη h. m.: *dico autem integritatem Deo placentem, quae per fidem in Christo repositam nemini non, qui fidem habeat, plane contingat.* His interpretibus tria objecerim. Primum enim expeto Articulum: δικαιοσύνη δὲ θεοῦ ἡ διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. — τοὺς πιστεύοντας scil. οὖσα. Deinde P., ut v. 22. Subjectum accuratius

Digitized by Google

constitui satis appareret, ita potius dicturum fuisse credo: λέγω δὲ δικαιοσύνην θεοῦ τὴν διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. — τοὺς πιστεύοντας np. οὖσαν. Denique sententiâ aliquâ perversitate laborat: *atqui sine legis mos. operâ Deo placens integritas in lucem protracta est — et ea quidem integritas, cujus per fidem Christo habitam prorsus compotes fiant quicunque fidem habeant.* Haec recte dicerentur, si sine legis mos. interventu tum *fide in Christo collocatâ*, tum *nescio quâ aliâ re* Dei favor obtineretur, nunc vero inepta sunt, quoniam P. judice non nisi duplex est δικαιοσύνη θεοῦ, altera opinabilis et vana, quae obsequio legi mos. praestito parari putatur, altera certa et vera, quae fide Christo habitâ acquiritur. διὰ πίστεως Ἰ. Χρ] *per fidem in J. Chr. collocatam.* Ἰησοῦ Χρ. est Genitivus objecti Gal. 3, 22. Eph. 3, 8.. Cernitur autem fides Christo adjungenda in eo, ut eum divinitus datum sospitatorem, qui morte suâ hominum peccata expiaverit, pie agnoscas et quum te totum Christo tradideris (Gal. 2, 20. 3, 26. 27.) summo, ut innocentissimi viri (2 Cor. 5, 21.) vitam exprimas, virtutis studio exardescas Tit. 2, 14.. Vide etiam not. ad 1, 17.. Male vulgo post Χριστοῦ commate interpungitur, quum v. εἰς πάντας κ. ἐ. π. τ. π. et ipsa a πεφανέρωται suspensa sint. εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας] Flor. ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. vid. *Sabatier.* | A. B. C. 31. 80. Copt. Arm. Clem. Orig. Augustin. al. εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας. Hinc v. καὶ ἐπὶ πάντας, quae suspecta fuerant *Noesselto* l. l. p. 75. et *Griesbachio*, nuper delevit *Lachm.*. Male. Nam unde, obsecro, nata sunt vocc. καὶ ἐπὶ πάντας? Variabatur olim, inquit, εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας et ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας, quae lectionis discrepantia quum ita ab uno alterove librario in margine notata esset: καί· ἐπὶ πάντας h. e. sunt etiam, qui ἐπὶ πάντας pro εἰς πάντας legant (cf. supra p. 29.), vocc. καὶ ἐπὶ πάντας postmodo in v. ordinem temere invecta sunt. Crederem, si subsidia invenirentur, qui vel ἐπὶ (εἰς) πάντας τοὺς πιστεύοντας, vel εἰς πάντας ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας omissâ voce καί continerent. Imo qui v. καὶ ἐπὶ πάντας praetermiserunt, eorum oculi a πάντας priore loco ad πάντας posterius deerraverant, qui εἰς πάντας καί excluserunt, quum minus attendissent, εἰς πάντας et ἐπὶ πάντας confuderant. Fecit igitur homoeoteleuton, ut vulgata scriptura, quae P. ingenium plane refert (Rom. 11, 36. Gal. 1, 1. Eph. 4, 6. Col. 1, 16.) ab aliis aliter corrumperetur. Theodoret., Gennad. apud Oecum., Beng. al. sic exponunt: *in omnes* i. e. *Judaeos*, *super omnes* h. e. *gentiles*. Quorum rationem

Digitized by Google

non contortam dixerim (*Win.* gr. p. 353.), sed commentitiam, vanam nulloque argumento nixam. *Morus* et *Flatus καί* epexegeticum esse opinati h. m. explicant: *in omnes et quidem in omnes fidem habentes.* Ita nimirum praeverbiorum εἰς et ἐπί variatio omni ratione destitueretur dixissetque P. εἰς πάντας, πάντας δὲ τοὺς πιστεύοντας. Ne *Koppii* quidem interpretatio: *omnibus, omnibus, inquam, fidem habentibus*, für Alle ohne Ausnahme, die glauben, cum P. verbis congruit, quae concineret, si scriptum legeretur: εἰς πάντα (scil. τὸν πιστεύοντα) καὶ εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας. Cf. Phil. 4, 12. et Germanorum loquutionem: Alle und jeder. Quin de industriâ Ap. praeverbia variavit, ut δικαιοσύνην θεοῦ *ab omni parte* et tanquam *per omnes vias*, h. e. *prorsus*, fidem in Christo collocantibus hominibus obtigisse declararet, ut quae se *in omnes* fidem habentes manifestasset et omnibus fidem habentibus se *super*fudisset. Cf. Dissert. II in 2. ep. ad Cor. p. 149. Ceterum vocc. εἰς πάντας κ. ἐ. π. τ. π. praecedentibus v. διὰ πίστεως Ἰ. Χρ. eo consilio addita sunt, ut sententia: τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ *a fide* in Christo positâ proficisci, fortiter enuntiaretur (cf. Gal. 3, 22.) Converte: *Atqui sine legis mos. interventu Deo placens integritas palam facta est, quam Mosis lex et prophetae testimoniis ornant, Deo placens integritas, inquam, per fidem in Jesu Chr. collocatam in omnes et super omnes fidem habentes palam facta est* (np. quum jam nemo non fide in Christo repositâ τῆς δικαιοσύνης τ. θ. compos fiat, nimirum spe, non re Gal. 5, 5.). Docet nunc Ap., cur fieri non potuerit, quin *omnes* sine legis mos. operâ *per fidem in Christo collocatam* τὴν δικαιοσύνην τ. θ. consequerentur, verbis οὐ γάρ ἐστι διαστολή — v. 24. fin.. Causa haec est, quod *omnes promiscue homines peccarunt.* Unde quum legis mos. obsequio *neminem* sibi τὴν δικαιοσύνην τ. θ. comparare posse appareret (Rom. 10, 5.), *omnibus* eam *fide Christo habitâ* quaerendam esse quivis colligere poterat, quia praeter Mosis legem et fidem Christo adjungendam *nihil quidquam* P. judice inveniretur, quod Dei favorem afferret (cf. supra). οὐ γάρ ἐστι διαστολή] *non est enim discrimen, hominum*, opinor (cf. πάντες v. 23.), non *Judaeorum et gentilium* (v. *Pelag.* cl. Rom. 10, 12.). V. 23. et 24. *Poterat* Ap. πάντες γὰρ ἡμαρτήκασι (i. q. πάντες γὰρ ὑφ' ἁμαρτίαν εἰσί v. 9. *omnes enim sunt peccatores*) scribere, non *debebat.* Nam non minus bene Aoristus habet: *par est hominum conditio, quia nemo non peccavit*, i. e. quod omnes peccata *commiserunt*, ea res facit, ut omnes eodem loco sint. Quicunque enim *peccavit*, is ὑστε-

Digitized by Google

σθαι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. Ὑστερεῖσθαι in eurem relinquo eoque *posteriorem fieri* notat. Sed quoniam pone rem relictus re caret ὑστερεῖσθαι serioribus scriptoribus *destitui, carere* valet et cum Genitivo, ut verba inopiae (v. *Matthiae* gr. maj. p. 664. et *Lobeck.* ad Phryn. p. 237.; cf. etiam λείπεσθαί τινος), construitur (Joseph. A. J. 15, 6, 7. — ὡς μήτε οἴνου, μήτε ὕδατος — ὑστερηθῆναι.). Male permulti cum *Lutthero* verbis ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ hanc sententiam subesse putant: *non habent, quo apud Deum glorientur.* Quorum alii, ut *Kopp.*, v. sic exponunt: *destituuntur gloriatione in Deum* [τοῦ θεοῦ Genitivus objecti], alii, v. c. *Winz.* I. p. 13, ita sumunt: *carent gloriâ* (i. e. honore) *apud Deum.* Illi v. ἡ δόξα *gloriationem*, i. q. ἡ καύχησις, significare commenti sunt; hi Genitivo vim ab eo abhorrentem subjecerunt (frustra enim *Winz.*, ut contrarium probaret, citavit *Matthiae* gr. maj. p. 681. ed. 2.), neque his vocc. opus fuisse perpenderunt: ὑστερ. τῆς δόξης τῆς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, s. τῆς παρὰ τῷ θεῷ. Praeterea *Rueck.* sententiam: *carent omnes eo, quo apud Deum glorientur* ineptam esse contendit, quia P. quemquam suis ornamentis apud Deum superbire nolit, recte ita existimans, nemini esse, quo apud Deum jure glorietur (1 Cor. 1, 28. cl. 31. Eph. 2, 9. Gal. 6, 14.). At ita Ap. statuit, quod in nemine eam indolem esse, ut Mosis legi prorsus satisfaceret, recte *ipse* existimaret. Sed h. l. id agit, ut omnibus per fidem in Christo collocatam Dei favorem contingere, quia nemo non Dei leges perruperit, demonstret. Jure igitur hic in hunc m. argumentaretur: *omnibus per fidem* δικαιοσύνη θεοῦ *obtigit. Nam omnes peccarunt et ob commissa peccata re carent, quâ apud Deum glorientur*, quam nimirum eos tum habere oporteret, quum Dei praecepta religiose exsequuti *suâ virtute* τὴν δικαιοσύνην Deo extorquerent (Gal. 3, 12.). *Calov.* τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ *decus hominibus a Deo in rerum primordiis datum, sed ob Adami facinus postea ab iis ablatum* (*imaginem div.* Theologi vocant) h. l. dici finxit: *et carent, ut peccatores, imagine divinâ.* Quod consilium ne commemorassem quidem, nisi id nuper exornare studuisset *Rueck.*, qui τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ *similitudinem cum Deo* denotare posse ratus sic explicuit: *carent similitudine cum Deo* h. e. *sunt Dei dissimiles, quos similes numinis div. esse oportebat* Ephes. 4, 24.. Sed neque allata l. formulam τῆς δόξης τοῦ θεοῦ *similitudinem cum Deo* significare ostendunt, neque qui possit hoc declarare facile dixeris. I Cor. 11, 7. vir vocatur εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ *Dei effigies* (quemadmodum enim Deus cuncta moderatur, ita vir feminae do-

Digitized by Google

minus est; cf. v. 3.) *et ornamentum* (quippe quo fingendo rerum opifex quantum posset manifestaverit), femina autem δόξα ἀνδρός *viri decus* [1 Thess. 2, 20.] appellatur. Documento est enim, quanti vir sit, femina eo, quod e viri *coxâ* tota mulier fingi potuit Genes. 2, 22.. Sic rem P. ipse explicat v. 8.. *Rueck.* recte explicari: *femina autem viri effigies est* credere videtur propterea, quod P. v. 8. *feminam e viro* creatam esse contendat. Atqui tum quoque inter virum et feminam similitudo esset, si *illum ex hâc* Deus composuisset. In altero l. 2 Cor. 4, 6. v. ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ non cohaerent cum vocc. τῆς δόξης τ. θ., sed a v. πρὸς φωτισμὸν i. q. πρὸς τὸ φωτίζειν suspensa sunt h. s.: *Deus in animis nostris lucem exoriri jussit, ut splendoris div.* (i. e. majestatis div.) *cognitio in Jesu Chr. vultu micaret.* His ad praecedentia 3, 7. (4, 4.) respicitur. Vide meam Diss. in 2. ep. ad Cor. II, p. 164. sq.. *Oecum., schol. Matth., Beza, Seml., Mor., Boehm.* al. τὴν δόξαν τ. θ. *majestatem, quam Deus piis hominibus olim tribuet* h. e. *sempiternam beatitatem in Messiae regno et in vitâ aeternâ obtinendam* (1 Thess. 2, 12. Rom. 5, 2. 1 Petr. 5, 10.) enarrarunt h. s.: *et* (quia peccaruut) *carent aeternâ felicitate* scil. quatenus iis ut peccatoribus ejus obtinendae *spes* praecisa est. Nam non nisi *spe* sempiternam beatitatem homines pii, qui ante regni messiani initia vivant, *tenent* (Rom. 5, 2. 8, 24. Tit. 3, 7.). Quum igitur P. verbis hic sensus subesset: *et spe aeternae felicitatis destituuntur*, *Rueck.*, huic explicationi ὑστεροῦνται *Praesens* adversari opinatum, falli emergit. Bene etiam Ap. disputatio procederet: *sine legis mos. interventu omnes quicunque fidem habuerint Dei favorem consequuti sunt. Nam omnes peccarunt carentque ut peccatores aeternae felicitatis spe et gratuito Dei beneficio insontes, quibus vitam aeternam sperare liceat* Tit. 3, 7., *habentur.* Itaque hanc interpretationem et ipse inirem, nisi simplicior videretur *Grotii*, *Flatti* al. ratio: *et* (quum peccarint) *laude carent, quâ eos Deus impertiat* (Joh. 12, 43.). Nam si homines peccatorum illecebris se non dedidissent, laudem iis Deus tribueret ut optime meritis et qui Dei favorem aeternamque felicitatem suâ sibi virtute peperissent. Nunc nihil habent, quod iis Deus laudi det, sed peccatis contaminatos benevole Deus insontes habet ob fidem Christo praebitam. Postremo Oecum. hanc perquam contortam enarrationem proposuit: *et carent honore, quo Deum afficiant* i. q. et peccatis obruti sunt. Quippe morum sanctitate Deus honore afficitur, impietate contumelia fit numini. Participio δικαιούμενοι constructio continuatur, ut idem sit, quod καὶ δι-

Digitized by Google

κοπιῶντας. Cf. 2, 4. Luc. 1, 9. εἰσελθεῖν i. q. καὶ εἰσῆλθεν, Hebr. 11, 35. οὐ προσδεξάμενοι (i. q. καὶ οὐ προσεδέξαντο) τὴν ἀπολύτρωσιν. Nihil igitur in hoc Participio aut molesti est, aut insoliti (cf. *Rueck.*). Quamquam si quis δικαιούμενοι ut vulgare Participium ad ὑστεροῦνται referre maluerit: *et* (quoniam peccarunt) *laude carent, quâ eos Deus ornet, quum Dei favorem consequantur gratis, nempe div. benevolentiâ* (non suâ virtute, cf. 11, 6.), ei non vehementer repugnabo. διὰ τῆς ἀπολ. τῆς ἐν Χρ. *I.*] sc. γενομένης. Salus a Christo hominibus parta aptâ et cui scriptores s. multum insistant translatione *redemtio soluta pretio a Christo facta* vocatur. Quemadmodum enim bello capti ex hostium servitute olim redimebantur pecuniâ, ita Christus homines peccatis inquinatos a Deo *redemit* morte voluntariâ (1 Cor. 6, 20. Apoc. 5, 9.). Homines, inquam, Christus a Deo redemit, qui a sancti numinis vindictâ (Rom. 1, 18. Eph. 2, 3. 5, 6.) utique redimendi erant, quia peccaverant. Fecit hoc Christus ad id ipsum a Deo benigne ad homines missus (Joh. 3, 16. Rom. 5, 8. 8, 32.) hominum amore adductus (Eph. 5, 2.), quum pro iis ultro moveretur. Unde *pretium* (τὸ λύτρον Matth. 20, 28.: τὸ ἀντίλυτρον *pretium pro hominibus datum*), quod homines div. vindictâ exemturus Deo persolvit, in Christi morte cernitur (Eph. 1, 7.). Jam Christi sanguine effuso homines peccatis contaminati perinde tanquam nunquam peccarint a Deo tractantur (habent enim redemtionis, quae Christo debetur, fructum *peccatorum veniam* Eph. 1, 7. Col. 1, 14.) tum quidem, quum Christo fidem adjunxerint. Quem qui repudiaverit ejus peccata Christi supplicio minime expiata sunt, quoniam in summo Dei et Christi amoris ardore frigus animum occupavit, ut salutem misero peramenter oblatam contemneret. (Rom. 5, 8. 5, 2. 2 Cor. 5, 15.) Sed eo ipso, quod Christo pro genere humano mortuo homines fidem habentes *insontes* a Deo habentur, Satanae tyrannide liberati sunt, quandoquidem *homines improbi* Diaboli regno subditi sunt (Act. 26, 18. Col. 1, 13.). Porro idcirco hominibus fidem habentibus per Christi supplicium peccatorum venia conceditur, ut ad virtutis studium acuantur (cf. not. ad 1, 17.); jure igitur Christus eo fine mortem adiisse dicitur, ut morum pravitatem a nobis redimeret Tit. 2, 14. 1 Petr. 1, 18. Ceterum haec minime inter se repugnant, Deum *hominum amore* motum Christum mortem pro iis adire jussisse (Rom. 8, 32.), ut suam ab iis *iram* averteret (1 Thess. 1, 10.). Nam odio Deus habet *peccata*, *homines* diligit. Illa ut punirentur Christi supplicio opus erat, cui Christum Deus ipse subjecit, quia

hos amavit, ut rationem iniret, quâ corrigerentur emendatique redderentur 1 Petr. 2, 24. V. 25. et 26. Sententiam v. 24. propositam *homines gratuito Dei beneficio per redemptionem a Christo factam Dei favorem consequi* P. h. l. in clariore luce collocaturus et quod munus Deus Christo injunxerit (ὃν — ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι), et quonam consilio manus in Christum contulerit (εἰς ἔνδειξιν — ἐν τῷ νῦν καιρῷ), et quid tutâ re effectum sit (εἰς τὸ εἶναι κ.τ.λ.) exponit. ἱλαστήριον. Quoniam LXX hebr. כפרת (*operculum arcae foederis*) ob causam, quam infra indicabo, ἱλαστήριον ἐπίθεμα (Ex. 25, 17.) et τὸ ἱλαστήριον (Ex. 31, 7. cl. Hebr. 9, 5.) convertunt, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Oecum.*, *Erasm.*, *Luther.* (qui transfert Gnadenstuhl; cf. Hebr. 4, 16.) *Grot.*, *Deyling.* Obs. s. P. II, p. 482. sq., *Wolf.*, *Noesselt* l. l. p. 88. al. Christum hîc *operculum arcae foederis* vocari opinantur. Nam quum operculum, quo arca foederis clauderetur, Christum per umbages repraesentaverit, illud fictitium et imaginarium fuisse, Christum verum et genuinum operculum esse intelligi. Quibus non hoc obtendam cum *Kypkio* et *Koppio*, P. in epistolâ ad Christianos ex Judaeis et gentilibus mixtos datâ antiquitatis judaicae partem adeo abstrusam tetigisse verisimile non videri. Tetigit enim alibi antiquitatis judaicae partes non minus reconditas (1 Cor. 10, 1. sq.) et jure quidem, quum ne gentiles quidem, qui in Christi se disciplinam contulissent, in V. T. libris, quos sacros recte judicarent, hospites essent. Sed obstant illis alia multo graviora. Nam si Ap. Christum verum operculum esse, quod imaginarium illud arcae foederis superimpositum operculum olim exstitisse portenderit, dicere constituerat, τὸ ἱλαστήριον (operculum *rem continens*, *non umbram referens*) exaravae debuerat, quod in uno Cd. eoque interpolato (G.) a correctore oblatum temere profecto P. tribuas. Deinde quaenam, obsecro, similitudo Christo fuit cum arcae foederis opercula? Contexit hoc, inquit *Deyling.* l. l. p. 488. sq., legis mos. tabulas minarum plenas; item Christus quum se deboveret legis mos. diras velut contexit h. e. sustulit Gal. 3, 13. Talia et multi multa commenti sunt et possunt sine ullo negotio plura etiam excogitari. Sed hujusmodi somniis nihil efficitur. Manifestum est enim, P., si Christum arcae foederis operculum appellavisset, ut a lectoribus intelligeretur, certam stabilemque quam Judaei de illo haberent sententiam sequi oportuisse, non temere Christo nomen imponere, cujus ratio quum vulgo ignoraretur alii aliam conjectare cogerentur. In V. T. arcae foederis operculum *Jehovae sedes* proponitur. Itaque inde tanquam de suo solio Jehovah

Mosi oracula dedit Exod. 25, 22. Num. 7, 89., neque aliam ob rem versus illud operculum a pontifice maximo quotannis solemni expiationis die victimarum sanguis spargendus erat Levit. 16, 14. sq., nisi ut peccata expiaturus sanguis ad regiam Jehovae sellam admoveretur. Haec male in nostrum l. transferri quivis intelligit. Omni enim sensu haec sententia destituitur: *Deus Christum sedem suam per fidem effuso sanguine destinavit* (s. spectandum proposuit). Jure Christum, qui in coelum profectus cum Deo aevum agit (Rom. 8, 34.) in Dei sella consedisse contendas; absurde eundem Dei sellam nuncupes. At *divinam clementiam* arcae foederis operculo adumbrari seriores Judaei putarunt. Cujus opinionis ratione habita P. Christum h. l. operculum recte vocaverit. Nam sicut impositum arcae foederis operculum *sanguine quo adspergeretur* populi israel. peccata expiavit, placatumque numen ostendit, ita Christus *suo quem profudit sanguine* et hominum peccata expiavit et Deum propitium esse declaravit (cf. v. c. *Noesselt. et Flatt.*). Aluerunt sane illam de arcae foederis operculo opinionem posterioris aetatis Judaei. Ac primum quidem apud LXX. invenitur. Frustra enim 1 Chron. 28, 11. quaesita est, ubi templi hieros. adytum בֵּית הַכַּפֹּרֶת *locus, qui arcae foederis operculum habet* nuncupatur. Quippe nihil ex h. l. consequitur, nisi tam insignem rem illud operculum scriptori visum esse, ut eo nominato templi adytum satis perspicue declaratum existimaret. Illud obscurum est, utrum tanquam Dei solio, an ut divinae clementiae signo tantum operculo tribuerit. LXX igitur quum hebr. כִּפֻּרֶת, quod a כָּפַר *operire* ducendum fuerat, a כִּפֶּר *expiare* Lev. 1, 4. male repetivissent ideoque כַּפֹּרֶת pronuntiassent, כַּפָּרָה et *ἱλαστήριον ἐπίθεμα* et *τὸ ἱλαστήριον expians operculum* converterunt (cf. supra). Qui ubi *τὸ ἱλαστήριον* posuerunt, id Substantivi vim habere voluerunt, ut frustra sint qui hujusmodi in l. *ἐπίθεμα* s. *πῶμα* per ellipsin omissum opinantur. Visum est autem illis arcae foederis operculum *expians operculum* propterea, quod super eo Deus sedem haberet operculo victimarum sanguine conspersо hominibus improbis pacatus. LXX sequutus est, qui totus ab iis pependit, Philo, vir hebraice parum doctus (v. S. V. *Gesen.* Geschichte der hebr. Sprache u. s. w. p. 83.) de Profugis T. I. p. 561. ed. Mang. — *καὶ ἔστιν αὐτῶν ἐν τοῖς ἁγίοις τὰ μιμήματα· προστάξεως μὲν καὶ ἀπαγορεύσεως οἱ ἐν τῇ κιβωτῷ νόμοι, τῆς δ' ἵλεω δυνάμεως τὸ ἐπίθεμα τῆς κιβωτοῦ· καλεῖ δ' αὐτὸ ἱλαστήριον* —, cf. l. III de Mose T. II. p. 150. ed. Mang., ubi *τὸ ἱλαστήριον* rursus *σύμβολον τῆς ἵλεω τοῦ θεοῦ*

δυνάμεως vocat. Contra Josephus, Philone doctior (cf. *Gesen.* l. c.), recte כִּפֻּרֶת a כָּפַר derivasse et כִּפֹּרֶת pronuntiasse videtur. Nam A. J. 3, 6, 5. id simpliciter τὸ ἐπίθεμα τῆς κιβωτοῦ interpretatur. Sed eadem, quâ LXX ducti sunt, falsa opinio tum Targumistas tenuit, quum כִּפֻּרֶת verterent כְּפוּרְתָּא, v. *Buxt.* Lex. talm. p. 1079., tum Masorethas, quum constanter כִּפֻּרֶת scriberent. Cujus vanae originationis causam in l. Levit. 16, 15. 16. reperisse mihi videor. Nam quum ibi scriptor hanc *sonorum* similitudinem de industriâ quaesivisset: וְהִזָּה אֹתוֹ עַל־הַכַּפֹּרֶת וְלִפְנֵי הַכַּפֹּרֶת וְכִפֶּר עַל־הַקֹּדֶשׁ LXX aliique ejusmodi verborum lusum, qui *sententiam* attingeret, h. l. contineri opinati et כִּפֻּרֶת a כָּפַר a Mose derivari, ut *expians operculum* valeat, et כִּפֻּרֶת recte pronuntiari putarunt. Verum enim vero hâc seriorum Judaeorum opinione in P. verba applicatâ collatio aspera et inconcinna evadit; *destinavit* (s. spectandum exhibuit) *Deus Christum aliquid expians operculum per sanguinem, quem effudit.* Nam quum quo arca foederis clauderetur operculum *sanguinē quo perfunderetur* et peccata expiare et Dei clementiam portendere crederetur, male P. Christum expians operculum appellaret idcirco, *quod sanguinem ipse, operculi nimirum nomine ornatus*, tanquam operculum quod sanguinem effunderet usquam inveniretur *misisset!* Vide *Elsner.*, *Morum* et librum meum: Ueber die Verdienste des Dr. Tholuck etc. p. 33. sq.. Valeat igitur absurda explicatio. *Pelag.*, *Ambrosiast.* (qui vertunt *propitiatorem*) *Vatabl.*, *Wahl.* al. ἱλαστήριον substantive *eum, qui expiandi vim habeat*, i. e. *expiatorem* dici existimant, a quibus ita discedit *Winz.* l. c. p. 11., ut quoniam Substantivum ὁ ἱλαστήριος *propitiator* nusquam legitur, ἱλαστήριον pro Adjectivo, quod *expiandi vi instructum*, h. e. *expiantem*, i. q. ἱλασκόμενον, declaret (4 Macc. 17, 22. (Joseph. de Macc. c. 17.) — καὶ διὰ — τοῦ ἱλαστηρίου θανάτου αὐτῶν ἡ θεία πρόνοια τὸν Ἰσραὴλ προσαχωθέντα διέσωσεν.) sumere malit. Neutrum satis placet. Nam illo pacto ἱλαστήν (Aq. Ps. 85, 4.), hoc ἱλασκόμενον simpliciter P. scripsisset. Syr., Hilar. apud Sabat. (*placationem*), Vulg. (*propitiationem*) ἱλαστήριον *expiationem* exponunt. Hoc significatu, quo ὁ ἱλασμός potest 1 Joh. 2, 2. 4, 10., qui τὸ ἱλαστήριον usurparit scio neminem. *Rueck.* in generali *placaminis* (Versöhnmittel) notione, quam τῷ ἱλαστηρίῳ per analogiam subjicere licet, subsistendum esse credit. Sed non erat, quod *L. Bosii*, *Elsn.*, *Heum.*, *Kypk.*, *Schleusn.* in Lex. al., qui ἱλαστήριον *victimam piacularem* interpretantur, explicationem et certo loquendi usu firmatam et huic l. per appositam (attende ad v. ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ) et

cum

Digitized by Google

cum scriptorum s. de Christo sententiâ optime congruentem probare reformidaret. Utique enim ἱλαστήριον, quod addito v. ἱερόν s. ἱερεῖον s. θῦμα principio expletum est, deinceps substantive *sacrificium piaculare* dicebatur. Hesych. ἱλαστήριον: καθάρσιον. Dio Chrysost. Orat. XI. I, 355. Reisk. ἱλαστήριον Ἀχαιοὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἰλιάδι. Nonnus Dionys. L. XIII. p. 382. v. 9. ἱλαστήρια Γοργοῦς. Schol. Apollon. Rhod. II, 487. ἐξιλαστήρια, *piacula*. Similia, ut τὰ χαριστήρια (sacrificia, quibus gratias agas), τὰ σωτήρια (sacrificia pro salute) θύειν pete e Bos. ellips. p. 191. sq. *Schaef.*. Christum autem in N. T. hostiae assimilari (Joh. 1, 29. Hebr. 9, 14. 1 Petr. 1, 19. Eph. 5, 2.) in vulgus constat. προέθετο] *L. Bos.*, *Mor.*, *Krebs.*, *Flatt.*, *Rueck.* al. explanant: *quem publice spectandum proposuit* [cf. Thucyd. 2, 34. τὰ μὲν ὀστᾶ προτίθενται τῶν ἀπογενομένων, πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες —.] *piaculare sacrificium* np. partim re, quum Christum palam hostiam immolari pateretur, partim institutione, quum homines hâc per Apostolos opinione imbuendos curaret, Christum suo supplicio humana peccata expiasse. Sed quum primariam vim in v. προέθετο sitam esse e sede quam occupat perspicuum sit, h. l. insigne sententiae pondus vix in eo esse potest, quod Deus *spectandum proposuerit* Christum piaculare sacrificium h. e. quod effecerit, ut Christum piacularem victimam esse homines *scirent*. Quin sententiam unice erigit *Elsneri*, *Heum.*, *Kopp.* al. enarratio, qui προτίθεσθαι *apud se constituere*, *decernere* (Rom. 1, 13. Eph. 1, 9.) exponunt. Frustra *de Ammon*, hanc rationem adjectum εἶναι flagitare (ὃν προέθετο ὁ θεὸς εἶναι αὐτὸν ἱλαστήριον κ. τ. λ. Eph. 1, 4.), quae vulgaris structura fuisset, contendit. Cf. Rom. 8, 29. Eur. Iph. T. 1192. — τά τ' ἄλλα (scil. ὁρῶ) δσα | προὐθέμην ἐγὼ ξένοισι καὶ θεᾷ καθάρσια. Neque rectius *Rueck.* hoc obvertit, agi h. l. non quidem de re, quam Deus fieri *voluerit*, sed de expiatione, quae hominibus per Christum re verâ *contigerit*. Cujus objectionis vim, si modo ullam haberet, ita eludere posses, ut προέθετο Plusquamperfecti potestate caperes cum *Heumanno*: *quem destinaverat Deus victimam piacularem*. Sed hoc non opus est. Scilicet postquam P. Christum homines a peccatorum poenis *redemisse* satis perspicue dixerat v. 24., apte v. 25. 26., rem magis expositurus, quidnam Deus sequutus Christum piaculare sacrificium *esse voluisset* explicuit. Acute igitur προέθετο ad v. v. 24. διὰ τῆς ἀπολ. τῆς ἐν X. I. scil. γενομένης refertur: *Omnibus div. favor gratuito Dei beneficio obtingit per redemtionem ab Jesu Chr. factam, quem esse voluit*

Digitized by Google

(destinavit) *Deus piaculare sacrificium — ut ostenderet* etc., Perperam *Kypk.* vertit: quem Deus *nostri loco dedit* ut sacrificium expiatorium. Neque enim προτίθεσθαι *alicujus loco dare*, *in alicujus locum substituere* significat. Vocc. διὰ τῆς πίστεως post *Mill.* et *Lock.* suspecta habuit *Matthaeius* ed. maj.: „Sunt haec ita comparata, ut facile quis credat, *explicandi causâ* illata esse. Sed contra tot Cdd. nihil tentandum videtur." Nihil vero. (cf. not. ad 5, 2.) Nam omiserunt illa v. (A. Chrys. in Mt. 3. 8. et in comment.) qui in iis offendissent; διὰ πίστεως demto Articulo τῆς negligenter exararunt (C. D. F. G. 31. 80. al.; hos *Lachm.* sequutus est.), quorum oculis animisve διὰ πίστεως v. 22. etiamnum obversaretur; postremo διά aut casu excidit (cf. Ambrosiast.), aut consulto a correctore sublatum est, qui moleste ferens διὰ τῆς πίστεως, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι obliterato διά eandem sententiam melius efferri opinatus est: quem destinavit Deus victimam piacularem *hominum fidem habentium* (τῆς πίστεως sumsit pro τῶν πιστευόντων) sanguine quem profunderet. Ac potest sane obiter hunc l. perlustrans in v. διὰ τῆς πίστεως haerere, quum aequum ducat, prius supplicium commemorari, quo Deus Christum piaculare sacrificium fieri destinaverit, quam animi habitum, quo opus tibi sit, ut tua quoque peccata Christus expiaverit (ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, διὰ τῆς πίστεως). Sed quum P. *non nisi fidem habenti* Dei favorem Christi beneficio evenire constanter doceat (v. 22. Gal. 2, 16. 3, 22.), apte profecto *ponderosa* v. διὰ τῆς πίστεως statim post ἱλαστήριον collocavit h. m.: *destinavit Deus Christum victimam piacularem per fidem ei habitam* (in quâ, ut cum Theologis loquar, *apprehendens*, s. *subjectiva* causa salutis inest) *sanguine*, *quem effunderet* (Christi morte causa *meritoria* s. *objectiva*, salutis continetur) i. e. aliis v.: voluit Deus Christum peccata expiare *quum quis fidem habuisset*, supplicio quod adiret. Quam sententiam quivis facile deprehendisset, si eam Ap. his v. colligasset: ὃν πρ. ὁ θ. ἱλαστ. τοῖς πιστεύουσι διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Ceterum etiam v. v. 26. καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως vocc. διὰ τῆς πίστεως firmant. Illis enim Ap. horum rationem habuit. Inepte *Heum.*, *Noesselt.* p. 92., *Kopp.*, *Flatt.*, al. v. διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι arcte consociarunt: per fidem ejus neci adjunctam. Temere enim ἐν τῷ αἵματι pro εἰς τὸ αἷμα locatum esse putarunt. Quo errore devitato *Winz.* II, p. 13. sic enarravit: *per fidem in Christi morte positam.* Cujus consilio non illud sane nocet, quod male desit Articulus τῆς post πίστεως. Quoniam enim Substantiva de verborum, unde derivata sunt,

Digitized by Google

ratione struuntur (v. not. ad Marc. p. 63. *Schaef.* ad Plut. VI. p. 414. Plaut. Mostell. 1, 1, 33. Quid tibi, malum, *me, aut quid ego agam, curatio*' est?), v. πιστεύω autem etiam cum ἐν copulatur, ut sit *fidem in aliquo ponere* (cf. Ignat. ep. ad Philadelphenses c. 8. — ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω.), per leges grammaticas loquutio ἡ πίστις ἔν τινι bene comparata est. Apta sunt enim v. ἐν τινι a notione Substantivi πίστις, quod verbi πιστεύω structuram aemulatur. Ita Gal. 3, 26. διὰ τῆς πίστεως ἐν Χρ. Ἰ. valet *per fidem in Christo J. positam* i. q. διὰ τοῦ πιστεῦσαι ἐν Χρ. Ἰ.. Eodem pertinent l. Col. 1, 4. Eph. 1, 15. 3, 4. Polyb. 3, 48, 11. καὶ γὰρ (Hannibal) τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν, εἰς ἣν ἐπεβάλετο κατίέναι καὶ τὴν τῶν ὄχλων ἀλλοτριότητα πρὸς Ῥωμαίους (scil. quia graece dicitur ἀλλοτρίως διακεῖσθαι πρός τινα, bene habet ἡ ἀλλοτριότης πρός τινα) ἐξητάκει σαφῶς κ.τ. ἑ. 3, 64, 6. — Πολυκράτης δὲ καὶ μᾶλλον — διὰ τὴν Μνασιάδου τοῦ πατρὸς δόξαν ἐκ τῆς ἀθλήσεως (i. q. ὅτι Μνασιάδης ὁ πατὴρ δόξαν εἶχεν ἐκ τ. ἀθλ.), quae l. apte citavit *Win.* gr. p. 119. 121., ceterum non satis diligenter in hoc l. versatus *). Quodsi Articulus adjicitur, *duae* notiones destinguuntur quarum poste-

*) Male *Win.* Articulum desideravit Rom. 9, 3. — ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα. Nam v. κατὰ σάρκα ab *Adjectivo* τῶν συγγενῶν suspensa esse non animadvertit: *pro meis popularibus, qui mihi cognati sunt sanguine aut corpore.* Scilicet et corpore (κατὰ σάρκα) alicui cognatus (συγγενής τινος) esse potes, et animo (κατὰ πνεῦμα), sensibus studiisque cum eo congruens. Si Articulum ex E. F. al. addideris — ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα, *Substantivum* τῶν συγγενῶν μου vocc. τῶν κατὰ σάρκα accuratius constituitur: *pro meis popularibus, meis cognatis et sanguine quidem cognatis.* Eadem ratio obtinet Eph. 2, 11. — ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη ἐν σαρκί vos, *qui olim pagani eratis sanguine aut corpore* (quippe a pagahis parentibus prognati neque circumsecti). Nam sunt etiam *moribus pagani* (ἐθνικοὶ τῇ ἀναστροφῇ) Gal. 2, 14. Vocc. — ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη τὰ ἐν σαρκί hanc vim haberent: *vos olim paganos* et *quidem natalibus paganos.* Neque 1 Tim. 6, 17. τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε —. male scriptum est pro τοῖς πλουσίοις τοῖς ἐ. τ. ν. α. π.. Quum enim recte haberet τοῖς πλουσίοις τοῦ νῦν αἰῶνος παρ., quod D. E. e manifesto glossemate praebent (v. Matthiä ausführl. gr. Gr. II, p. 566.), non minus bene comparatum est τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παρ., quod sensu eodem recidit. Neque 2 Cor. 7, 7. — ἀναγγέλλων ἡμῖν — τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ Articulum (τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ) expeto, sed Substantivi structuram ad verbi constructionem (ζηλοῦν, ζῆλον ἔχειν ὑπέρ τινος Col. 4, 13. Elzev.) attemperatam esse existimo. 1 Cor. 10, 18. βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα v. τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα, ut iis ὁ κατὰ πνεῦμα Ἰσραήλ s. ὁ Ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ (Rom. 9, 7. 8. Gal. 6, 16.) opponatur, in unam notionem non contraham, quoniam h. l. nullum hujus oppositionis

riore prior explicetur, v. c. ἐν πίστει τῇ ἐν Χρ. Ἰ. (1 Tim. 3, 13. 2 Tim. 3, 15.) *per fidem eamque in Christo J. collocatam.* Illud *Winzeri* rationem evertit, quod formula πιστεύειν ἐν τῷ θανάτῳ τοῦ Χριστοῦ et magis etiam loquutio πιστεύειν ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χρ. in N. T. inaudita est. Quippe Jesum *mortuum* esse nemo tum negavit; hoc qui Jesu disciplinam repudiarunt non concesserunt, eum *piaculum* caesum esse. Quamquam et nulla sit formulae πιστεύειν ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χρ. et ἡ πίστις ἐν τῷ αἵματι τ. Χρ. insolentia, eâ hujus l. sententiam neutiquam expleri manifestum est. Declararet enim *fidem in Christi morte* (Rom. 5, 9. 10. Eph. 1, 7.) *repositam.* At hic *fidei in piaculari Christi morte collocatae* notionem requiri adeo sensit *Winz.*, eam ut P. verbis substerneret. Itaque etiamsi cetera omnia bene haberent, tamen, ut illa explicatio constaret, his fere v. opus esset: διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ καθαρσίῳ αἵματι αὐτοῦ s. ἐν τῷ αἵματι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτοῦ (Hebr. 1, 3.). Nunc quidnam Deus eo efficere voluerit, quod Christum victimam piacularem destinaret, v. εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ (i. q. ἵνα ἐνδείξηται τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ cf. Eph. 2, 7.) κ. τ. λ. explicatur. *Luther.*, *Elsner.*, *Heum.*, *Wolf.*, *Winz.* II, p. 13. al. τὴν δικαιοσύνην τ. Θ. sensu dogmatico de integritate capiunt, quae Deo placeat, quia hoc vs. sententia vs. 21. repetatur, et plerique quidem eorum h. m.: *ut integritatem sibi probatam datâ peccatorum se indulgente olim patratorum veniâ ostenderet.* Perperam. Primum enim hoc vs. sententiam vs. 21. iterari precario sumserunt. Deinde διά cum Accus. h. l. *per* significare putarunt, quod

---

vestigium video, sed κατὰ σάρκα a βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ suspendam: *considerate Israelitas quod ad res externas attinet.* Xenoph. Cyr. 8, 8, 16. v. ἐπὶ τράπεζαν a *Participio* τὰ πεττόμενα pendent (τὰ πεττόμενα ἐπὶ τράπεζαν i. q. ἃ πέττεται ἐπὶ τράπεζαν). Non igitur deest Articulus, quem ne Anab. quidem 1, 4, 4. ἦσαν δὲ ταῦτα δύο τείχη, καὶ τὸ μὲν ἔσωθεν πρὸ τῆς Κιλικίας (scil. τεῖχος) Συέννεσις εἶχε καὶ Κιλίκων φυλακὴ, τὸ δὲ ἔξω τὸ πρὸ τῆς Συρίας βασιλέως ἐλέγετο φυλακὴ φυλάττειν. *Win.* requisivisset, si in priore membro τεῖχος post v. πρὸ τῆς Κιλικίας, ubi mente addendum est, supplevisset, non autem post ἔσωθεν perperam cogitando adjecisset. Xenoph. Ephes. 2, 12.* — ἐδείτο δὲ τοῦ Ἀμπώνος εἰπεῖν αὐτῷ, εἴτι οἶδε περὶ κόρης ἐκ Τύρου (i. e. de tyriâ quâdam puellâ) neque Hemsterhusii conjecturâ περὶ κόρης τῆς ἐκ Τύρου opus est, neque *Wineri* interpretatione. Locus Polyb. 6, 90, 14. male citatus est. Itaque unus relinquitur l. Sext. Emp. hypot. 3, 16, 119. (ed. *Fabric.*, non 3, 26.) ζητοῦμεν οὖν περὶ τοῦ τόπου πρὸς ἀκρίβειαν., in quo sane Articulus negligenter praetermissus sit, nisi forte librariorum incuriâ τοῦ post τόπου interciderit.

Digitized by Google

non est verisimile. Ponunt sane graeci scriptores passim διά cum Accus., ubi διά cum Genit. exspectaveris causamque, ob quam quid sit, ibi commemorant, ubi rei, per quam quid sit, mentionem faciendam fuisse credideris. Vid. Joh. 6, 57. — κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα. Diog. Laert. 6, 65. πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τοῦ πατρὸς οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη (Diogenes), καταφρονῶν τούτου, δι' οὗ μέγα φρονεῖς; sed Stobaeus LXXVII. haec affert: — δι' ὃν μέγα φρονεῖν ἀξιοῖς. (cf. *Menag.*). Plutarch. Camill. c. 35. Τὴν μὲν οὖν Σουτρίνων πόλιν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ δὶς ἁλοῦσαν οὕτω συνέβη καὶ τοὺς ἔχοντας ἀποβαλεῖν καὶ τοὺς ἀφῃρημένους ἀπολαβεῖν διὰ Κάμιλλον. Imitati sunt Latini. Cic. pro Rosc. Am. 22, 63. — ut, *propter* quos hanc suavissimam lucem adspexerit eos indignissime luce privarit. Est haec minus quidem distincta sed idoneâ tamen ratione fulta loquendi ratio, quandoquidem in eo, per quem nescio quid sit, causa inesse recte statuitur, ob quam quid sit. Sic accurate loquens ζῶ διὰ τῶν γονέων dicet, quia a parentibus suis vitam accepit; sed non falso quamquam minus definite, ita loquaris: ζῶ διὰ τοὺς γονεῖς *vivo propter parentes* h. e. parentes in causâ sunt, cur vivam, absque parentibus meis non viverem. Duo tamen impediunt, quominus hic usus in nostrum l. transferatur; unum quod διά cum Accus. plerumque, ut in quibus posui exemplis, ita usurpatur, ubi *de personis*, non ubi *de rebus* agitur; alterum, quod, ne ambigua fieret oratio, h. l. διά cum Genit. copulari utique debuerat. Tum male illi interpretes τὴν πάρεσιν τῶν ἁμαρτημάτων *peccatorum veniam* enarrarunt. Differt enim nonnihil ἡ πάρεσις τῶν ἁμαρτ. a τῇ ἀφέσει τῶν ἁμ. (cf. infra). Accedit quod v. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ a voc. προγεγονότων vitiose suspenderunt. Hoc enim pacto, ut aut τῶν ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ προγεγονότων ἁμαρτημάτων, aut τῶν ἁμαρτημάτων τῶν ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ προγεγονότων scriberetur grammaticae leges postularunt. Quibus frustra ita satisfacere coneris, ut vocc. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ ex v. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγ. ἁμ., quae idem dicant, quod διὰ τὸ παρεῖναι αὐτὸν (τὸν θεόν) τὰ προγεγονότα ἁμαρτήματα ἐν τῇ ἀνοχῇ αὐτοῦ apta judices h. s.: ut *integritatem sibi placentem ea ostenderet, quod olim commissorum peccatorum pro suâ clementiâ veniam daret.* Neque enim ἡ ἀνοχή, quemadmodum ἡ χρηστότης et ἡ χάρις, *clementiam* significat, quae facit, ut peccatorum veniam a Deo impetremus, sed *indulgentiam* notat, ex quâ *poenarum dilatio*, non facinorum venia tanquam fonte manat. Praeterea v. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ illi explicationi nocent, quae si vera esset ἐν τῇ ἀνο-

Digitized by Google

χῇ αὐτοῦ dici merito exspectavisses. Adjice, quod illi interpretes primariam vim in τῆς δικαιοσύνης voc. conferunt, quam in v. εἰς ἔνδειξιν et πρὸς ἔνδειξιν positam esse verborum ordo docet. Denique v. v. 26. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον idoneâ ratione destituuntur. Sinistre enim P. quo l. quidnam ex ante dictis sequatur explicat *ipsum Deum justum esse* observaret, quum in superioribus *non* quidem de Dei *justitiâ*, sed de *integritate Deo probatâ* disseruisset. Frustra *Wahl.* Cl. maj. I, p. 277. et *Winz.* II, p. 15. *Lutheri* enarrationem nonnihil emendarunt, h. m.: ut integritatem sibi probatam demonstraret *propter remissionem peccatorum antea tolerante Deo commissorum* i. e. *quia de peccatorum, ipso indulgente olim patratorum, veniâ certiores facere homines decreverat.* Nihil enim nisi offensionem in voce διά cum Accus. junctâ sitam sustulerunt; cetera argumenta, quibus *Lutherum* supra impugnavimus, nihilo minus contra *Wahl.* et *Winz.* valent. *Theodoret.*, *Grot.*, *Seml.*, *Kopp.*, *Mor.* al. τὴν δικαιοσύνην τ. Θ. *Dei bonitatem* (2 Cor. 9, 10.) explicant; quorum plerique totum hunc l. sic exponunt: — *ut suam benignitatem ostenderet, condonandis peccatis antea, se connivente, commissis, ut suam, inquam, benignitatem hoc tempore ostenderet, unde ipsum benignum esse apparet et fidem in Jesu collocantem insontem benigne declarare.* At haec enarratio et iisdem vitiis, quae quum contra *Lutherum* disputaremus supra enumeravimus, primo excepto laborat, et novo hoc, quod δικαιοῦν v. 26. contra constantem P. usum *benigne insontem declarare* vertitur. *Kopp.* v. ἐν τῇ ἀνοχῇ a voce. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγ. ἁμ. regi voluit (i. q. διὰ τοῦ παρεῖναι τὰ προγ. ἁμαρτήματα ἐν τῇ ἀνοχῇ. αὐτοῦ): *ut suam benevolentiam ostenderet eo, quod olim commissa peccata patienter* (s. indulgenter) *condonaret.* Falso; tum quia *indulgenter peccata condonari* inepte dicas (nam indulgentia ἡ ἀνοχή, eo valet, ut in aliorum peccatis conniveas, non ut alicui peccata condones, quod clementiae est, cf. supra), tum quoniam hoc pacto ἐν τῇ ἀνοχῇ αὐτοῦ, non τοῦ Θεοῦ dicendum fuerat; ne superius dicta repetam. Melius *Grot.* hunc l. ita cepit: — *ut suam bonitatem demonstraret quum peccata ante hoc tempus commissa pro suâ patientiâ dissimularet, ut suam bonitatem hoc nostro tempore demonstraret, ut ipse esset bonus et bonum faceret eum, qui fidem in Jesu collocaret.* Sed vel sic et potior vis, quam in v. εἰς ἔνδειξιν et πρὸς ἔνδειξιν recumbere supra monui, τῆς δικαιοσύνης vocabulo tribuitur, neque cur P. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, non ἐν τῇ ἀνοχῇ αὐτοῦ, dixerit, apparet, ut alia taceam. *Turretin.*,

Digitized by Google

Boehm., *Schott.* al. *τὴν δικαιοσύνην τ. θ. Dei veracitatem* interpretantur h. r.: *ut veracitatem suam ostenderet condonandis peccatis antea, indulgente Deo, commissis* (s. *ut v. s. o. peccatis antea commissis indulgenter condonandis*). Quorum opinio praeterquam quod iis convellitur, quae aliis interpretibus supra objecimus vel propterea repudianda est, quod *ἡ δικαιοσύνη* (i. e. justitia, sanctitas) *veracitatem* (h. e. *ἡ πίστις, ἡ ἀλήθεια*) non declarat. Non licuit autem P. h. l. Dei veracitatem generis vocabulo, quod sanctitatem significaret, enuntiare, quoniam in iis quae antecedunt de Dei veracitate non disputavit. Quare nemo, si illud male fecisset, ejus mentem rite percepisset. Quae quum ita sint, eorum sententiae faveo, qui (v. c. *Beza, Calov., Beng., Flatt., Usteri* Entwick. p. 128. *Rueck.* al.) *τὴν δικαιοσύνην τ. θ. Dei justitiam* i. e. *sanctitatem* enarrant atque de h. l. sic statuo. *Διά* cum Accus. *propter* valet. *Ἡ πάρεσις τῶν ἁμαρτημάτων* et *ἡ ἄφεσις τῶν ἁμ.*, licet sensu finitimae sint, nonnihil tamen distant. Illa est *peccatorum praetermissio* s. *neglectio*, hâc *peccatorum condonatio* indicatur. Conveniunt in hoc, quod sive illa sive haec tibi obtigerit, nulla peccatorum tuorum ratio habetur; discrepant eo, quod hâc datâ facinorum tuorum poenas *nunquam* pendes, illâ concessâ non diutius nullas peccatorum tuorum poenas lues, quam ei in iis connivere placuerit, cui in delicta tua animadvertendi jus sit. Ac nititur illa, quam v. *τῆς παρέσεως* tribui, vis certo firmoque, quo verbum *παρίημι* pollet, *praetermittendi negligendique* significatu. Qui *τὴν πάρεσιν* i. q. *τὴν ἄφεσιν* declarare affirmarunt, e. l. parum accurate perceptis argumentati sunt. Dionys. Hal. A. Rom. 3, 35. p. 310. *Reisk. παρίεμεν οὖν αὐτοῖς τὴν ἁμαρτάδα ταύτην ἀζήμιον condonandi* notio non uno v. *παριέναι* absolvitur, sed totâ loquutione *παριέναι ἁμαρτάδα τινα ἀζήμιον aliquod peccatum impunitum transmittere* continetur. Idem valet de l. Xenoph. Hipparch. 7, 10. *τὰ οὖν τοιαῦτα ἁμαρτήματα οὐ χρὴ παριέναι ἀκόλαστα — ἐκεῖνο καλῶς προνοοῦντα —*. Dionys. Hal. Ant. R. 7, 37. p. 1393. *Reisk. παρὰ δὲ τῶν δημάρχων πολλὰ λιπαρήσαντες τὴν μὲν ὁλοσχερῆ πάρεσιν οὐχ εὕροντο, τὴν δ' εἰς χρόνον ὅσον ἠξίουν ἀναβολὴν ἔλαβον.* non *ἡ πάρεσις*, sed *ἡ ὁλοσχερὴς πάρεσις* (plena atque integra praetermissio) judicii *omissionem* notat, cui judicii dilatio opponitur. Sirac. 23, 2. *τίς ἐπιστήσει ἐπὶ τοῦ διανοήματός μου μάστιγας καὶ ἐπὶ τῆς καρδίας μου παιδείαν σοφίας; ἵνα ἐπὶ τοῖς ἀγνοήμασί μου μὴ φείσωνται* (scil. *αἱ μάστιγες*) *καὶ οὐ μὴ παρῇ* (*negligat* scil. *παιδεία σοφίας*) *τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν* (np. *τῶν ἀσεβῶν*). Restat Hesychius, cujus glossa

Digitized by Google

πάρεσιν: ἄφεσιν, e nostro l. parum subtiliter enarrato ducta nihil probat. Multo minus ex hâc Hesychii glossâ παρίημι: — ἀφίημι. argumentum repetere licet. Videtur enim ad ea l. pertinere, in quibus παρίημι sequente Infinitivo i. q. ἀφίημι seq. Inf. (Sir. 23, 1.) h. e. *permittere* (Aristoph. Plut. v. 331. Dind.) valet. Τὰ προγεγονότα ἁμαρτήματα peccata *ante Christi tempus* commissa (cf. Hebr. 9, 15.) vocari contexta oratio docet. Necessario enim illa v. ad tempus referuntur, quo Christus ἱλαστήριον nondum exstitisset. Fuit sane P. in hâc sententiâ, cuique Christi beneficio peccata condonari ante patrata, quam in Christi se disciplinam dedisset. Nam homines ubi fidem in Christo collocarint δικαιοῦσθαι, h. e. insontes judicari, constanter docet, unde uniuscujusque peccata ante susceptam fidem commissa a Deo oblivioni dari consequitur (cf. etiam Ephes. 2, 5.—7.). Verum hoc nihil ad nostrum l.. Voce. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ non a v. προγεγονότων (cf. supra), sed a voce. διὰ τὴν πάρεσιν τ. προγ. ἁμ. (v. supra) reguntur. Jure autem P. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ scripsit, quoniam cur Deo sanctitatis specimen edendum fuisset verbis διὰ τὴν πάρεσιν — τοῦ θεοῦ *e suâ mente* Ap. dixit, quod facile sentias, quum P. sententiam his v. enuntiaveris: εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ὅτι παρῆκεν ὁ θεὸς τὰ προγ. ἁμαρτήματα ἐν τῇ ἀνοχῇ αὐτοῦ. Postremo praecipuum pondus v. εἰς ἔνδειξιν et πρὸς ἔνδειξιν habent: *ut ostenderet suam sanctitatem Deus*, quam, ut nunquam eâ destitueretur, tamen clam hominibus habere credi potuisset. Totus vs. sic comparatus est: *quem esse voluit Deus victimam piacularem, quum quis fidem habuisset, supplicio quod subiret, ut ostenderet* (quae alioquin homines lateret) *sanctitatem suam, quia Deus peccata ante Christi tempora patrata pro suâ indulgentiâ tanquam silentio transmiserat.* Itaque P. mens haec est: „voluit Deus Christum victimam, quae hominum peccata expiaret, caedi suam oculis subjecturus sanctitatem. Nam si non curavisset, ut Christus suum hominibus sanguinem largiretur eorum peccata expiaturus, Deus non sanctus videri potuisset, quippe qui utrum homines nullâ pro iis victimâ immolatâ peccatis cooperti essent, an aliquâ victimâ caesâ integri redditi et expiati nihil prorsus laboravisset. Fuit autem Deo sanctitas in lucem proferenda propterea, quod, quum in hominum peccatis ante Christi tempus commissis indulgenter connivivisset, per magnum temporis intervallum neglectis hominum peccatis nihil egerat aut molitus erat, quo expiarentur." Non igitur hoc P. dixit: *Deum, ut suam sanctitatem manifestaret, Christi nece hominum*

Digitized by Google

peccata punivisse, ut *Usteri* l. l. p. 128. putavit, quum minus ad v. *primaria* ὃν προέθετο — εἰς ἔνδειξιν τ. δ. α. quae *unam* sententiam efficiunt, quam ad vocc. secundaria διὰ τὴν πάρεσιν — ἐ. τ. ἁ. τοῦ θεοῦ, quorum explicatio ex illis v. pendet, respexisset, sed hoc enuntiavit: Deum *victimam piacularem* caedi voluisse Christum (i. e. aliis v. *sustulisse Deum hominum peccata* Christi supplicio), *ut suam declararet sanctitatem*, quandoquidem nullâ, quâ homines lustrarentur, victimâ immolatâ peccatorum sordes, in quibus homines jacerent, et animi innocentiam eodem numero habere h. e. sanctus non esse videretur; opus autem fuisse aliquando sanctitatis div. promulgatione, quoniam perdiu hominum peccatis indulgenter neglectis victimam piacularem Deus desiderari passus esset. Ceterum Chrys. et Theophyl., quum τὴν πάρεσιν exponerent τὴν νέκρωσιν, non legerunt τὴν πώρωσιν, ut *Griesb.* opinatur, sed τὴν πάρεσιν *paralysin* male explicuerunt, quo significatu graeci medici τὴν πάρεσιν haud raro usurpant (v. *Stephani* Thes. p. 4441. ed. Lond.) h. r.: *ut suam justitiam ostenderet* (np. eo quod homines justos faceret), *quia peccata ante commissa animos indulgente Deo* (!) *tanquam paralysi solverant, ut suam justitiam hoc tempore* (scil. quo illa paralysis homines paene ad desperationem adduxisset) *ostenderet* etc. Lectio Cd. 46. τὴν πώρωσιν aut vitium est, aut glossema vulgatae ab homine, qui cum Chrys. faceret, profectum: propter *contumaciam*, quam peccata ante patrata effecerant —. Tum 69. ap. Tresch. Mt. f. διὰ τὴν παραίνεσιν *propter monitum* praebent. Hoc aut vitium est aut correctio scriharum, qui τὴν πάρεσιν non assequuti hoc dicendum esse putassent: ostendisse Deum suam justitiam, quia hujus rei *eum admonerent* peccata ante se indulgente commissa. Denique Clar. Germ. Aug. Ambrosiast., qui *propositum* vertunt, in suis Cdc. τὴν πρόθεσιν corrupte pro τὴν πάρεσιν habuerunt (constanter enim Latini τὴν πρόθεσιν *propositum* transferunt) corruptamque lectionem sic exposuerunt: mortuum esse Christum, ut Dei *consilio* de peccatis antea commissis capto satisfieret, h. e. ut tandem aliquando peccatores punirentur (v. Pelag.). Verbis πρὸς ἔνδειξιν τ. δ. α. ἐ. τ. ν. κ. sententiam v. v. 25. εἰς ἔνδειξιν τ. δ. α. conceptam, quo altius in lectorum animos descenderet, ab Ap. repetitam esse tantum non omnes interpretes recte confessi sunt. Aptus est igitur et fortasse a P. ipso profectus Articulus πρὸς τὴν ἔνδειξιν, quem ex A. C. D*. 47. 49. 80. Clem. Cyr. *Lachm.* in v. ordine exhibuit: *ut, quam antea* (v. 25.) *commemoravi, suae sanctitatis promulgatio fieret* (v. v. 30. et

Digitized by Google

Matthiae ausf. gr. Gr. p. 550.). *Πρὸς* [*τὴν*] *ἔνδειξιν* pro *εἰς* [*τὴν*] *ἔνδειξιν* de industriâ P. scripsit, in v. proximis *εἰς* diverso sensu collocaturus (*εἰς τὸ εἶναι κ. τ. λ.*). Non friget autem illa ejusdem sententiae iteratio, quum novam *praesentis temporis* (*ἐν τῷ νῦν καιρῷ*) notionem contineat. Quae eo fine adjecta est, ut quanto melius suae aetatis hominibus, quam iis, qui ante se aetatem egissent, Deus prospexisset, lectores intelligerent. Scilicet Christi aequales haud raro in N. T. fortunati praedicantur propterea, quod quum ipsi viverent suum Deus de beandis hominibus ab aeterno captum consilium Christo misso exsequutus fuerit. Hinc enim cognosci, quantâ Deus in ejus aetatis homines voluntate propenderet (Matth. 13, 16. sq. 1 Cor. 2, 7. Hebr. 11, 40. 1 Petr. 1, 12. 20.). Quare sensus hic est: ut manifestaret, inquam, sanctitatem suam *hoc nostro tempore*, curae, quâ *nos* respiceret, *nobis* specimen daturus. Male *Rueck.* et *Usteri* l. c. p. 116. verbis *πρὸς* [*τὴν*] *ἔνδειξιν τ. δ. α. ἕ. τ. ν. κ.* sententiam v. 25. propositam iterari negant, iis tempus praesens tempori praeterlapso opponi affirmant h. s.: Deum eo, quod Christum victimam piacularem destinasset, suam sanctitatem declarare voluisse, si de *praeterito* tempore quaereretur, *quia peccata ante Christum patrata pro suâ indulgentiâ inulta sivisset* (*διὰ τὴν πάρεσιν κ. τ. λ.*), sin ad tempus *praesens* res referretur *probis declarandis iis, qui Christo fidem habuissent* (*ἐν τῇ δικαιώσει τῶν πιστευόντων*). Nam primum quidem tempus praesens tempori praeterito, quod ne memoratum quidem est, minime h. l. opponitur. Deinde etiamsi illud huic opponeretur, v. *πρὸς* [*τὴν*] *ἔνδειξιν τ. δικ. αὐτοῦ* repetitio inutilis esset, quum haec orationis conformatio requireretur: — *εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, εἰς μὲν τὸν παλαιὸν χρόνον διὰ τὴν πάρεσιν τ. προγ. ἁμ. ἐ. τ. ἀ. τ. Θ., εἰς δὲ τὸν νῦν καιρὸν ἐν τῷ τὸν ἐκ πίστεως δικαιοῦν.* Tum, non *quod ad praesens tempus attineret*, sed *praesenti tempore* (*ἐν τῷ νῦν καιρῷ*) Deum suam sanctitatem ostendere voluisse P. dixit. Adde quod si illos sequare v. *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον* ratione destituuntur; quod quum sensisset *Rueck.*, *τὴν δικαιοσύνην* v. 26. simul Dei sanctitatem, simul innocentiam quam Deus hominibus benevole largitur valere confinxit. Postremo mire sane hanc sententiam: ostendit Deus *hujus aetatis hominibus* suam sanctitatem *eo, quod homines fidem habentes insontes declararet*, his v. concipias: *ἐνεδείξατο ὁ Θεὸς τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως.*: ostendit *nunc* Deus s. s., *ita ut probos judicet* homines fidem habentes. — Quidnam ex

Digitized by Google

ante dictis v. 25. 26. sequatur, P. in summam confert verbis εἰς τὸ εἶναι κ. τ. λ.. Quod eic facit, ut eum vocabulis δίκαιον et δικαιοῦντα proxime admotis aliquam acrimoniam orationi quaesivisse pateat (ut Deus *ipse justus* sit et *justos alios declaret*). Verbis εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον se ad v. v. 25. εἰς ἔνδειξιν κ. τ. ἑ. Ap. refert. Nam ipsum esse Deum justum ex eo emergit, quod suam justitiam manifestavit, ut jam addubitari nequeat. Verbis καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως (et ut homines fidem habentes integros judicet) ad v. v. 25. ὃν προέθετο ὁ θ. ἱλ. διὰ τῆς πίστεως ἐ. τ. α. α. P. redit. Quippe quum Deus Christum supplicio suscepto victimam placularem esse voluerit, quum quis fidem habuisset, homines fidem habentes expiatos atque insontes a Deo judicari in promtu est. τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ] Ἰησοῦ *Griesbachio* recte suspectum fuisse arbitror. Repetiverunt enim glossatores e vs. 22.. Plane omittunt vocem F. G. 52. Germ. Boern. | A. habet — ἐκ πίστεως θεοῦ. | Copt. Vulg. al. praebent τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, sicut v. 22. legitur, quem l. vicissim e nostro antiquitus interpolatum esse ex eo apparet, quod ibi B. Chrys. Ἰησοῦ Χριστοῦ praetermittunt. | Syr. τὸν ἐκ πίστεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ vertit. | Sed quum Ἰησοῦ in multos Cdc. insinuasset, dormitantes librarii decepti Accusativo τὸν ἐκ πίστεως scripserunt Ἰησοῦν (sic D. 17. 37. 39. 80. Mt. b. f. al.). Quae lectio, ne sensu plane destitueretur (absurda enim sententia fuisset: et ut Deus *Jesum fide conspicuum insontem judicet*), sic, opinor, exposita est, ut strueretur: καὶ (εἰς τὸ εἶναι) Ἰησοῦν δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως (*et ut Jesus integros declaret homines fidem habentes*; at P. judice ὁ θεὸς δικαιοῖ, non ὁ Ἰησοῦς.). Hoc ex D. apparere videtur, in quo a p. m. δικαιοῦνί est pro δικαιοῦντα (videtur igitur librarius struxisse: καὶ [εἰς τὸ] δικαιοῦν Ἰησοῦν, τὸν ἐκ πίστεως.). Ceterum P. non nisi τὸν ἐκ πίστεως exarasse etiam ex eo manifestum est, quod verbis καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως ad voce. v. 25. ὃν προέθ. ὁ θ. ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι revertitur.

V. 27. Postquam homines per fidem in Christo, generis humani expiatore, collocatam *benevole* a Deo insontes judicari P. disputaverat v. 21.—26., causae, cujus patrocinium susceperat, bonitate confisus *ubi est igitur*, inquit, *haçtenus saepe audita gloriatio* (ἡ καύχησις)? Quâ percontatione quum gloriose de se praedicantium hominum linguae silentium impositum esse satis perspicue indicatum esset, superbam orationem *exclusam* esse P. ipse respondit (ἐξεκλείσθη). Compar est orationis con-

Digitized by Google

formatio 1 Cor. 1, 20. 13, 55. Cic. de Or. II, 14, 59. Quid est, inquit, Catule, Caesar: *ubi sunt qui Antonium graece negant scire?* Tusc. IV, 37, 79. Permulti interpretes (*Theodoret*, *Theophyl. schol. Matth.*, *Erasm.*, *Zeg.*, *Heum.*, *Mor.*, *Rueck.* al.) v. *ποῦ οὖν ἡ καύχησις;* ad Judaeos dirigi putarunt. In eadem opinione ii fuerunt, qui (G. Vulg. Ambrosiast al.) perspicuitatis causâ *σου* post *ἡ καύχησις* addiderunt: ubi est igitur superbia *tua* (Judaee). Quamquam autem *Judaeos* potissimum in hoc errore fuisse constat, ut eo quod obedienter adversus Deum fecissent div. favorem se mercatos esse opinarentur (Luc. 18, 11. sq. Eph. 2, 9.), tamen Ap. h. l. *in universum* dicit: ubi est igitur (*hominum suâ virtute insolentium*) *oratio gloriosa?* Argumentatur enim e vs. 26., ubi Deum *homines fidem habentes* (sive Judaeos, sive gentiles) (*τὸν ἐκ πίστεως*) integros declarare contenderat. Adjice, quod in v. proximis tum lege *fidem* imperante superbiloquentiam exclusam esse, tum *homines* (*ἄνθρωπον* v. 28.) fide habitâ Deo probari *generatim* contendit. Pejus etiam Pelag., Seb. Schmidt. al. P. v. 27. cum Judaeis colloquium facere, opinantur, cujus nullum est in v. vestigium. Qui *τὴν καύχησιν gloriandi materiam* enarrarunt v. c. *Flatt.*, hoc voc., cujus l. Attici *τὴν καύχην* ponere consueverunt, ut *ἄνθην* pro *ἄνθησιν*, *αὔξην* pro *αὔξησιν* (v. Schol. ad Pind. Nem. 9, 17. et Hemsterhus. ad Thom. Mag. p. 127. ed. Bern.), cum v. *τὸ καύχημα* male confuderant. *ἐξεκλείσθη*]. Quum *ἐκκλείω januâ excludere* proprie valeat h. e. aut *non intromittere qui foris sit*, aut *qui intus fuerit eliminare*, metaphorice tum *aditu arcere*, *non admittere* (Cic. Philipp. V. 7, 19. At ille homo vehemens et violentus, qui hanc consuetudinem libere dicendi *excluderet*, — inimicitias mihi denuntiavit —.), tum *removere*, *abire jubere* declarat, ut Gal. 4, 17. et h. l.: *remota est gloriosa oratio.* Sic fuisse ei olim locum, sed nihil jam loci ei relictum esse P. subindicavit (cf. Chrys., Theodoret., Theophyl., Oecum. al.). *διὰ ποίου νόμου;*]. Ad haec v. ne potest quidem quidquam nisi *ἐξεκλείσθη* e praecedentibus ductum, mente addi: *cujus modi lex gloriationem sustulit?* Percontatur Ap. *διὰ τοῦ νόμου τῶν ἔργων; num illam ea lex sustulit, quae opera edi jubet* (h. e. lex mos.)? Quod recte negat (*οὐχί*). Ea est enim legis mos. natura, ut superbiam alat potius, quam comprimat. Nam quum iis qui div. praeceptis paruerint summam beatitatem magnifice promittat (Rom. 10, 5. Gal. 3, 12.), in hunc homines errorem inducit, ut et sempiternam felicitatem virtute parabilem esse opinentur et merita sua, opinione scilicet plura et majora

Digitized by Google

quam re, ambitiose ostentent. Ad id caerimoniis mirum quantum tribuens homines a pietate avocat facitque, ut praeclaram rem sibi adepti videantur, quum *inanes umbras venati fuerint* h. e. quum vanos ritus obierint Luc. 18, 12.. Jure contra P. διὰ νόμου πίστεως gloriosam orationem sublatam esse affirmat. Hic quoque νόμος *legem*, non *doctrinam* (sic male *Beza*, *Noesselt*. l. c. p. 99., *Mor.*, al.: non enim νόμος *doctrinam* significat) valet. Apte nimirum disciplina christ. νόμος vocatur, quum et ipsa nobis leges imponat, v. c. ut Deo pareamus et pie vivamus; aptissime eam P. νόμον πίστεως *legem, quae fidem postulat* h. l. nuncupat, quandoquidem Ap. judice omnia ornamenta habet qui Christo fidem habuerit (v. 22. 27.). Pulchre igitur disciplinam christ. νόμον πίστεως a re appellat, quam ut maxime necessariam prae ceteris a nobis poscat. Quamquam ut h. l. disciplinam christ. νόμον πίστεως vocaret eo motus est, quod legem mos. τὸν νόμον τῶν ἔργων modo dixerat. Nam acutis antithetis P. admodum delectatur. Absurde Chrys. P. disciplinam christ. νόμον πίστεως nuncupasse autumat, ut Judaeos Christianos factos *legis* damnum passos non esse pateret, quippe nunc νόμῳ πίστεως subjectos. Neque melius *Beza* Ap., quum νόμον πίστεως scriberet, rei christ. adversarios (Judaeos), qui *legis* nomen semper in ore haberent, per ludibrium imitatum esse putat. Sed ne P. h. l. in hoc laetari et triumphare mireris, quod hominum jactantia jam sublata sit, eum memento nihil tam abominari, quam fiduciam sui et ostentationem (1 Cor. 1, 28. 2 Cor. 1, 9. Eph. 2, 9. 1 Tim. 6, 17. al.), nihil impensius commendare quam modestiam (1 Cor. 4, 6.), nihilque homini rellinquere, de que recte glorietur, praeterquam Dei vel Christi benevolentiam erga indignum collatam (1 Cor. 1, 31. 2 Cor. 3, 5. 4, 7. 10, 17. 18. Gal. 6, 14. Phil. 3, 3. al.). Recte igitur h. l. et quod superbiloquentiae silentium imperatum sit gaudio triumphat et in disciplinae christ. laude ponit, quod illud imperaverit. Perverterunt hunc l. qui legem mos. hominum superbiam fregisse Ap. male negaturum fuisse opinarentur. Nam fieri non potuisse, quin iis modestiam injiceret, qui recte eâ uterentur. Hinc *Kypk.* ad v. διὰ ποίου νόμου mente addidit vocc. ἐστὶν ἡ καύχησις; h. s.: *ubi est igitur gloriatio? exclusa est, per qualem legem oritur vera gloriatio* (scil. τὸ καυχᾶσθαι ἐν Χρ. Ἰ. Phil. 3, 3.)? *num per legem operum? nequaquam, sed per legem fidei.* Qui licenter egit, quum et ἔστι pro ἐξεκλείσθη cogitando adjiceret et v. ἡ καύχησις posteriore l. de gloriosâ oratione, *quam injuriâ culpes*, caperet. *Rueck.* autem *Erasmi* commento nonnihil

Digitized by Google

immutato ante v. *διὰ ποίου νόμου*; pro arbitrio hanc sententiam supplevit: *δικαιοῖ ἡμᾶς ὁ θεός*. Quo interrogationem rettulit: *διὰ ποίου νόμου;* scil. *τοῦτο ἐγένετο*. Eodem jure multas alias sententias, quae in mentem venissent, post *ἐξεκλείσθη* suppleres, si haec interpreti licentia concessa esset, ut singulis scriptoris sententiis suas quasdam sententias interponeret. Ceterum non nego equidem, potuisse legem mos., si quis recte eâ uteretur, verecundum modestumque reddere. Quippe fidei fructum quasi per transennam ostendit (v. 21.), Abrahamum propter fidem Deo probatum esse docuit (4, 3.) eoque valere potuit, ut ei toti satisfacere expertus quam impar esset tanto negotio cognosceret. Nihilo secius temere cum P. expostules, qui legem mos. hominum superbiam contudisse negaverit, quum inde feroces spiritus sumtos esse, unde modestia disci potuisset experientiâ edoctus sciverit. V. 28. Conformatio recepta, quam *Matthaeius* retinuit, ita habet: *λογιζόμεθα οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χ. ἔ. ν.*. Fundit ea bonum sensum, si *λογίζεσθαι censere* explicueris et *οὖν* ad v. 27. rettuleris: quoniam *fidei* magistra (disciplina christ.) hominum de suâ virtute gloriantium voces exstinxit (v. 27.), in eâ sum sententiâ, ut *fide* homines Deo probari nihilque facta leg. mos. *consentanea* ad id conferre existimem. Bene etiam sententia haberet, si *οὖν* ad v. 27. revocato *λογίζεσθαι colligere* enarrares: *colligo igitur* (h. e. quia lex *fidem* postulans hominum gloriationem sustulit v. 27.) *fide* homines Dei favorem obtinere etc.. Sed non alias *λογίζεσθαι* in N. T. sic usurpatur, ut idem sit quod *συλλογίζεσθαι*. Illud fieri nequit, ut voce *οὖν* ad praecedentem v. 21. sq. disputationem relatâ *λογίζεσθαι* concludere cum Theophyl. explices. Nam homines per fidem Dei favorem consequi P. v. 21. sq. affirmarat potius quam argumentis demonstraverat. Non igitur *πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον* ex ante dictis h. l. colligere poterat. Praeterea ista argumentatio v. 27. post v. — *τὸν ἐκ πίστεως* collocanda fuisset, non h. l. ponenda, ubi gaudio exsultantem Ap. orationem v. 27. male sane exciperet. Pejus etiam *Heum.* P. e cap. II. h. l. argumentari contendit. Verum enim vero conformationem Elsev. missam faciendam esse variantes lectiones docent: *οὖν*] *γάρ* A. D. a p. m. F. G. 39. 47. 80. Mt. 1. Copt. E. ap. Mill. Vulg. Ruf. Ambrosiast al.. *πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον*] *δικαιοῦσθαι πίστει ἄνθρωπον* A. B. C. D. E. 47. Copt. Clar. Germ.] *δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον διὰ πίστεως* F. G. Vulg. Boern. Ruf. Ambrosiast.. Suspectam reddit haec lectionis diversitas scripturam vulgatam, tum quia *οὖν* e v. 27. in hunc

Digitized by Google

vs. irrepsisse videtur, tum quod πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον ii collocavisse videntur, qui vim ac gravitatem in v. πίστει sitam esse debere putavissent. Non satis est autem, ut *Mill.* Prol. §. 1458., *Beng.* in Gnom., *Kopp.*, *Rueck.* al. imitatus v. πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον nihil mutatis solum γάρ in fidem recipias. Nam quum eadem subsidia, quae γάρ praebent, aut δικαιοῦσθαι πίστει ἄνθρωπον, aut δικαιοῦσθαι ἄνθρ. διὰ πίστεως contineant, ut alterutrum unâ cum γάρ reponatur constantia postulat. Recte *Griesb.*, *Knapp.* et *Lachm.* δικαιοῦσθαι πίστει ἄνθρωπον dederunt, tum quia hoc meliores libri sustentant, tum quoniam διὰ πίστεως e v. 22. 25. 30. glossatores sumserunt, quos quum δικαιοῦσθαι ἄνθρ. διὰ πίστεως exhiberent v. ordinem interpolasse credo *latinam* linguam sequutos. Numerosius enim latine dicas *justificari hominem per fidem* (cf. Vulg.), quam *justif. per fidem hominem.* Jam in nostrâ lectione praecipuum pondus δικαιοῦσθαι habet et verbis λογιζόμεθα γάρ (nempe puto, 4, 9.) oratio sic convertitur, ut P. causae suae bonitate fretus suam sententiam inexpugnabilem esse non sine acrimoniâ indicet: „hominum virtute suâ gloriosorum orationem *fidei* lex ad silentium adegit (v. 27.): haec enim mea est qualiscunque sententia, *Dei favorem consequi* fide homines (1 Cor. 4, 1. Gal. 2, 16.), ut nihil rem adjuvent facta legi mos. consentanea." Quodsi τὴν δικαιοσύνην τ. Θ. fides homini *conciliat*, hominum in suâ virtute salutis spem reponentium superbiloquentiam necessario exeludit. Dativus πίστει offensioni est *Rueckerto*, quoniam ἡ πίστις non efficiens sit τῆς δικαιοσύνης (cujus causa efficiens in Dei benevolentiâ inest), sed res sit, quâ tibi τὴν δικαιοσύνην compares. At ob id ipsum recte per prosopopoeiam dicas: ἡ πίστις τὸν ἄνθρωπον δικαιοῖ et δικαιοῦται ὁ ἄνθρωπος τῇ πίστει. (cf. Matthiä ausf. gr. Gr. p. 727.) Alioqui πίστει Dativum causae esse crederem (*propter* fidem). Cf. Rom. 11, 20. 30. Quod *Luther.* allein durch den Glauben vertit, liberalius adjectâ voce allein eum P. sententiam adulterasse Pontificii temere criminati sunt (cf. *Heum.* et *Kopp.*). Nam quum ἡ δικαιοσύνη τ. Θ. Ap. auctore *aut fide aut obsequio legi mos. praestito* quaerenda sit, vere autem *fide* ita ut *nihil* plane ad eam ἔργα νόμου conferant ea paretur, utique P. sententia haec est, *solâ fide*, non tum fide tum nescio quâ aliâ re, eam effici. V. 29. *Grotius* aliique post Ἰουδαίων Praedicatum Θεός e Subjecto ὁ Θεός ductum supplent: an Deus Judaeorum est *Deus* (i. e. numen tutelare, sospitator) tantummodo? Simplicius tamen post Ἰουδαίων non nisi ἐστὶν mente addas,

Digitized by Google

ut hic loquutio *εἶναί τινος*, alicujus esse, jemandem angehören (Gal. 3, 20.; loca pete ex *Abresch.* Animadv. ad Aesch. lib. III. p. 105.), obtineat: an ad Judaeos Deus pertinet tantummodo? *οὐχὶ δέ*] *δέ* a *Mill.* Prol. §. 1453. condemnatum *Griesb.*, *Knapp.* et *Lachm.* recte deleverunt. Nam a permultis subsidiis (A. C. D. 31. 39. 47. Mt. g. al.) abest et auget suspicionem lectio *καὶ οὐχί* (ita 3. Hilar.) pro *οὐχὶ δὲ καί*. Discrimen hoc est. Si *δέ* retinueris, ab *ἢ* usque ad *ἐθνῶν* prius *una* interrogatio volvitur (an ad Jud. D. pertinet tantummodo, non vero etiam ad gentiles?), sin abjeceris, *duae* sunt percontationes: an ad Jud. D. pertinet tantummodo? nonne etiam ad gentiles? Male igitur omisso *δέ* virgulâ post *μόνον* interpungas cum *Lachm.*. Sensus: *homines* Deo fide probari ut factis legi mos. consentaneis nihil adjuventur (v. 28.) ex eo elucet, quod Deus non solum ad Judaeos, verum etiam ad gentiles pertinet, unde eum utrisque pariter prospicere consequitur, quod fecit *τὸν πιστεύοντα* integrum judicando. Nam si *ἔργα νόμου* eum propitium redderent, ad Judaeos, quibus solis legem mos. dedisset, tantummodo pertineret neque nisi horum saluti provideret. V. 30. Deum etiam ad gentiles pertinere (*ναὶ καὶ ἐθνῶν* v. 29.) P. hoc satis firmo argumento probat, quod *unus* sit Deus, non plures. Risui enim fuisset, qui gentiles unius Dei providentiae exsortes vivere objecisset. Esse autem non nisi unum Deum et homines christ. (Eph. 4, 6.) et Judaei (Deut. 4, 39.) confiteri debebant. *ἐπείπερ*] *quando semel*, weil einmal; v. *Herm.* ad Vig. p. 786. Eurip. Jon. v. 816. Iph. T. v. 583. Infert *ἐπείπερ* rem certam nullique dubitationi obnoxiam (quandoquidem unum esse Deum nemo negare sustineat); sed *εἴπερ*, quod a *Griesb.* commendatum ex A. C. al. *Lachm.* recipit, *siquidem* valet. In majore Cdc. consensu mihi quoque *εἴπερ* probaretur. Pulchre enim P., quo magis lectores non posse dubitari quin unus esset Deus sentirent, rem quam ipsi certo scirent in incerto relinqueret (si quidem Deum unum esse recte statuo). Cf. de hâc rhetoricâ orationis conformatione 2 Thess. 1, 6. 1 Petr. 2, 3. et librum m. Prälimin. u. s. w. p. 67. sq.. Ut post *ὁ θεός* plene interpungatur (cf. *Kopp.*), neque structura grammatica neque sententiarum ratio permittit, quae haec est: quandoquidem unus est Deus, quem Judaeis et gentilibus unum se eundemque olim exhibiturum esse affirmo. *δικαιώσει*]. Qui Futurum pro Praes. *δικαιοῖ* per Hebr. positum esse contenderunt, v. c. *Grot.* et *Rueck.*, illud in sententiâ generali locum suum bene tueri rectius dixissent (v. ad Matth. p. 457.). Nam quod *semper* valeat jure et factum esse

esse et fieri et futurum esse in universum contendas. Sed aliam h. l. rationem Futurum habet. Continet enim temporis, quo Deus hominibus jus est Christo interprete olim daturus (Act. 17, 31.), significationem (v. *Beza* et *Win.* gr. p. 230.). Quippe *τὴν δικαιοσύνην τ. θ.* nunc non nisi spe habemus, ipsam tum obtinebimus, quum ejus fructus percipiemus i. e. quum hominum judex insontes nos, *τοὺς πιστεύοντας*, palam declarabit integrosque in beatissimum suum regnum intrare jubebit (v. Gal. 5, 5. cl. Tit. 3, 7. Matth. 25, 34.). Nihil interest inter *δικαιοῦν τινα ἐκ πίστεως* et *δ. τ. διὰ τ. πίστεως*, ut Orig., Wetst. al. sibi persuaserunt, quos satis refellunt l. Gal. 3, 8. Eph. 2, 8.. Acute autem P., ut Deum Judaeos et gentiles eodem plane numero putaturum esse fortiter indicaret, duobus parallelis membris suam sententiam inclusit *verborumque* discrimen fecit, quod *rem* non attingeret. Hoc tantummodo, inquit, ille unus Deus discrimen statuet, quod insontes declarabit Judaeos *propter* fidem, et gentiles *per* fidem modo memoratam, quam habuerint. Sed quanto evidentius lectoribus esse debebat, idem habere quem *propter* habitam fidem Deus integrum judicet, quod is possideat, quem *per* fidem praebitam probet, tanto vehementius Judaeos et gentiles uno eodemque loco Deo futuros esse non poterant non sentire. V. 31. Quum P. v. 28.—30. *τὴν δικαιοσύνην τ. θ.* ita *a fide* proficisci docuisset, ut *τὰ ἔργα τοῦ νόμου* nihil plane ad illam parandam valere contenderet, verendum erat, ne quis legem mos., quippe quae beatitatem iis polliceretur qui Dei praecepta observassent (Rom. 10, 5.), ab eo oppugnari objiceret. Unde hoc sibi ipse obvertit, ut dubitationem dilueret. Num *igitur* (v. 28. sq.), inquit, legem mos. fide quam celebro abrogo (eo nimirum quod contraria ac lex mos. tradat doceam)? Minime vero; imo fide quam praedico legem mos. ratam facio (quum scil. mea institutio cum lege mos., quae et ipsa *τὴν δικαιοσύνην τ. θ. a fide* repetat [cf. c. 4.], prorsus concordet). Hâc explicatione (cf. v. c. *Kopp.*, *Mor.*, *Boehm.*) et verbis satisfit (recte enim magistrum, qui a lege desciscat legem *abolere*, doctorem, qui discipulos ad legis sententiam erudiat, legem *munire* dicas Mr. 7, 9. sq.) et contextae orationi (cf. maxime c. 4.) unice consulitur. *Rueck.* sic P. male dicere *τὸν νόμον διὰ τῆς πίστεως ἱστάναι*, qui recte ita loquutus esset: *τὴν πίστιν ἱστάναι ἐκ τοῦ νόμου* non admodum sollerter obtendit. Nam si dubitatum esset, an nimia et quam lex mos. non agnosceret vis *fidei* tributa esset, P. *τὴν πίστιν* legis mos. dictis stabilire debuisset; nunc dubitari poterat, an laudibus quibus fidem celebraverat Ap. *legem*

Digitized by Google

mos. oppugnasset; jure igitur id egit, ut illis fidei laudibus se legem mos. non subvertere sed condere eam et munire ostenderet. *Pelag.* et *Boehm.* ἱστῶμεν Conjunctivum esse putant: imo age, jam legem mos. *stabiliamus.* (cf. 4, 1. sq.). Sed vereor, ne haec disputationis conversio sit concitatior. Quum multi interpretes καταργεῖν τὸν νόμον legem mos. antiquare h. e. facere, ut non amplius observetur et ἱστάναι τ. νόμον firmare legem, i. e. efficere, ut ei obediatur male enarrassent, qui P., nobilis ille legis mos. eversor Rom. 7, 4. sq., se homines legi mos. fide obedientes reddere contendisset mirati, alii alia excogitarunt. *Fidem commendando ut legi mos. satisfiat efficio*] *nam* major est disciplinae christ., quam legis mos., in castigando dedecore severitas (Tertull. de pudic. p. 1002. a.); *nam* fides τὴν δικαιοσύνην τ. Θ. affert, quam lex afferre *voluit*, non potuit (Chrys.); *nam* christ. disciplinâ lex mos. ad eventum perducta est, ad Christum tota tendens (Calv.); *nam* antiquandâ lege mos. ejus voluntati satisfit (*Rueck.*). Haec aliaque consilia vel propterea irrita sunt, quod nexum evertunt. ἱστῶμεν] De hâc formâ ab ἱστάω ductâ v. *Matthiae* gr. maj. p. 394.. ἱστῶμεν] 47. ἵσταμεν | 10. συνιστάνομεν, *commendamus* | 17. al. συνιστῶμεν, *commendamus* | D* περιστάνομεν (imo περιϊστάνομεν, *mutamus*) | A. B. C. al. *Lachm.* ἱστάνομεν, quod *Griesb.* probaverat | G. στάνομεν (sic) | 71. ap. Birch. συνίστομεν (sic) | Scripturae συνιστάνομεν, συνιστῶμεν et περιϊστάνομεν nullius frugis sunt, quippe a correctoribus profectae, qui P., quem legem mos. disturbasse scirent, ἱστῶμεν scribere non licuisse putassent. Ego ἱστῶμεν probo, tum quia fortasse ἱστάνομεν e lectione συνιστάνομεν natum est (cf. συνίστομεν et στάνομεν), tum quoniam ἱστῶμεν in periodi fine plene sonat et ad καταργοῦμεν numerose refertur, quum ἱστάνομεν numeros frangat. Optandum est autem, ut V. D. ad numerosum scribendi genus, quo P. usus est, tandem aliquando satis attendant. Tum eorum vana opinio minuetur, qui P. subitarium, negligentem, prae animi impetu vix mentis compotem et tantum non furiosum scriptorem esse fingunt.

CAP. IV.

ARGUMENTUM.

Nam Abrahamum non bene factis, sed fide Dei favorem consequutum esse, *in Genesi* 15, 6. *refertur*, ubi *fides* Deo habita ita ei imputata esse dicitur, ut integer censeretur (v. 1. —3.); quod negare non sustinebit, qui, id quod res docet, Dei amicitiam pulcre factis expugnare cupientibus positi studii mercedem non beneficii loco sed de-

Digitized by Google

biti imputari, iis contra, qui a fide Deo praebitâ salutem petere quam suâ virtute Dei favorem mercari maluerint, *fidem* ita imputari ut Deo probentur satis meminerit (v. 4. 5.). Et eorum quidem quibus *fides* Dei favorem conciliet Davides quoque fortunam laudat, Ps. 32, 1. eos beatos praedicans, quibus et peccata Deus benigne remittat et integritatem sic imputet, nihil ut eum bene facta moverint (v. 6.—8.). Circumcisos autem homines propter fidem Deo probatos *exclusis praeputiatis* a Davide, circumsecto rege, l. c. fortunatos dici putare noli. Qui enim Davides aut improbaverit aut nesciverit quod in Genesi perscriptum est, Abrahamum quia fidem habuisset Deo probatum esse *ante quam circumcideretur?* (v. 9. 10.). Cur igitur, dicat cavillator, *circumcisus* est Abrahamus, si praeputiatus in Dei amicitiam pervenerat? Nimirum sapientissime hoc Deus instituit. Voluit enim Abrahamo praeciso praeputio aliquod integritatis, quam ob fidem a praeputiato praebitam apud se nactus esset, pignus dare, et hoc efficere, ut Abrahamus tum praeputiatorum hominum, qui fidem haberent, tum circumcisorum, qui et ipsi *viri fidem* aemularentur, pater recte existimaretur (v. 11. 12.). Neque enim lex mos. Abrahamo ejusque posteris summae beatitatis promissum attulit, sed integritas quam habita *fides* ei apportavisset (v. 13.). Nam si homines legi mos. addictos Dei promisso potiri fingas, tum fidem, quâ nihil cogitari potest efficacius aut divinius, nullam vim habere, tum Abrahamo datum promissum irritum judicare debeas propterea, quoniam ea est legis mos. natura, ut *poenas* pariat, non, quemadmodum Dei promissum, det *beneficia* (v. 14. 15.). Quae quia absurda sunt, *ob fidem* Abrahamum ejusque familiam Dei promissum habere confitendum est, ut div. benevolentiae documentum esse et *toti* Abrahami familiae h. e. *omnibus* iis, qui Abrahami fidem imitentur, et Judaeis et gentilibus, contingere possit (v. 16.). Qui quidem Abrahamus, quem Deus ipse Gen. 17, 5. nostrum omnium quotquot fidem habemus parentem pronuntiavit, in re incredibili tam firmam Deo, numinis omnipotentiâ fretus, fidem tribuit, ut ea verbis satis amplis celebrari vix posse videatur (v. 16.—21.). Hinc [etiam] fidei praemium tulit integritatem (Gen. 15, 6. (v. 22.). Quae res memoriae tradita est (Gen. 15, 6.) non propter ipsum Abrahamum tantummodo, quem par erat ob fidem gloriam consequi apud posteros, sed etiam propter nos, ut quantum Deus fidei praemium posuerit Abrahami exemplo edocti sciremus, propter nos, inquam, Deo fidem tribuentes, qui suam tum vim tum voluntatem Christo in vitam revocato manifestaverit, nec dato, ut peccata nostra expiaret et ex inferis excitato, ne de expiatione ejus supplicio effectâ dubitaremus (v. 23.—25.)!

Vs. 1. *Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; 2. Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεόν. 3. Τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; „Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην." 4. Τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ ὀφείλημα· 5. τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. 6. Καθάπερ καὶ Δαυὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ θεὸς λογί-*

Digitized by Google

ζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων· 7. „μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· 8. μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν." 9. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; λέγομεν γάρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. 10. Πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. 11. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην, 12. καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. 13. Οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως. 14. Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, κεκένωται· ἡ πίστις καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία· 15. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται, οὗ δὲ οὐκ ἔστιν νόμος οὐδὲ παράβασις. 16. Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν, 17. καθὼς γέγραπται· „ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε," κατέναντι οὗ ἐπίστευσε θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, 18. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν κατὰ τὸ εἰρημένον· „οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου," 19. καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας, 20. εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει δοὺς δόξαν τῷ θεῷ, 21. [καὶ] πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. 22. Διὸ [καὶ] ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. 23. Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, 24. ἀλλὰ καὶ δι'

Digitized by Google

ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, 25. ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

Cf. Georg. *Seyleri* Dissert. exeg. in ep. P. ad Rom. c. 4. Hal. 1824. 4. V. 1. Particula οὖν ad v. ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν 3, 31. referenda est h. m.: quidnam *igitur* (h. e. ut laude quâ fidem affeci legem mos. stabiliri, 3, 31., demonstrem; v. Eph. 6, 14.) affirmabimus Abrahamum, gentis nostrae, qui sumus ex Judaeis Christiani, auctorem reperisse (i. e. consequutum esse; v. ad Matth. p. 390.) tanquam hominem vulgarem? Quae percontatio negandi vi instructa hanc sententiam continet: οὐδὲν οὖν (i. e. ut quod modo contendi rite probem) Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν εὑρηκε κατὰ σάρκα. Fide, inquit P., quam extollo lex mos. stabilitur, quum Abrahamum nihil per se ipsum agendo moliendoque consequutum propter *fidem* Deo probatum esse et ipsa doceat v. 1. — 3.. *Grot.*, *Wetst.* al. sic interpungunt: τί οὖν ἐροῦμεν; Ἀβραὰμ — σάρκα; *Matthaeius* contra ed. min. al. h. r.: τί οὖν; ἐροῦμεν — σάρκα; Male utrique vel propterea, quod hoc pacto in posteriore interrogatione *res* non memorata est, quam Abrahamus non sit κατὰ σάρκα adeptus. Temere enim illi ad εὑρηκέναι mente addunt τὴν δικαιοσύνην. Ἀβρ. τ. πατ. ἡμ. εὑρ.] A. C. D. F. G. 21. 73. Copt. Arm. Vulg. al. εὑρηκέναι Ἀβραὰμ τὸν πατέρα [A. C. 21. Copt. Arm. al. προπάτορα] ἡμῶν praebent, *Erasmo* et *Griesb.* probantibus. Atque aut vulgatam scripturam retinendam aut cum *Lachm.* εὑρηκέναι Ἀβραὰμ τὸν προπάτορα ἡμῶν κ. σ.; scribendum esse variantes lectiones docent. Illud verum esse existimo. Nam ut v. transponerentur multis antiquitus probata, licet falsa, interpretatio effecisse videtur, quâ v. κατὰ σάρκα cum v. τὸν πατέρα ἡμῶν arcte conjungerentur (v. Chrys., Theoph. et Gennad. ap. Oec.), quod non nisi v. ordine mutato recte fieri posset (v. ad 3, 25.). Auget suspicionem τὸν προπάτορα. Qui enim in N. T. ὁ πατὴρ τῶν Ἰουδαίων vocari solet Abrahamus, eum PP. gr. τὸν προπάτορα τ. Ἰ. saepe appellant (Suic. Thes. eccl. I, 9.). Hinc vereor, ne τὸν προπάτορα ἡμ. (nostrum *progenitorem*, Soph. Aj. v. 380.) vulgatae lectionis glossema sit iis oppositum, qui τὸν πατέρα ἡμῶν ad ingenii (h. e. fidei) cognationem (v. 11. 12. 16.) temere rettulissent. Sed etiamsi istam partim a correctoribus partim a glossatoribus invectam scripturam amplexus fueris, tamen κατὰ σάρκα cum v. εὑρηκέναι consociare debueris. Primum enim Abraha-

Digitized by Google

mus Christianorum, qui antea Judaei fuissent, pater, *a quo genus ducerent* disertis v. male vocaretur, tum quia in l., ubi nulla fidei mentio est, id ipsum dicunt sola v. *τὸν πατέρα ἡμῶν*, tum quoniam Judaeis Christi disciplinae addictis cum Abrahamo non solum sanguinis, verum etiam fidei (v. 12.) cognatio est. Ferri posset ista junctura, si Ap. *Judaeos* alloqueretur (*τὸν πατέρα ὑμῶν κ. σ.*, Abr., quocum *sanguine*, non fide, conjuncti estis). Deinde si *κατὰ σάρκα* cum v. *τὸν πατέρα ἡμῶν* copulaveris, P. Abrahamum, qui *fide* summum decus adeptus sit v. 3., *nihil quidquam* consequutum esse perperam *in universum* contendit. In promtu est igitur, *κατὰ σάρκα* cum *εὑρηκέναι* cohaerere, ut Ap. Abrahamum *aliquâ* viâ, (cf. v. 2.) non omnibus, nihil consequutum esse affirmet. *κατὰ σάρκα*] Schol. Matth. post Theodor.: *κατ' ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν σωματικήν* At obscure et ut te nemo intelligat *εὑρίσκειν τι κατὰ σάρκα* (imo *κατὰ τὴν σάρκα αὐτοῦ*) aliquid consequi *secundum suum corpus* h. s. dicas: aliquid *factis* consequi, quae *corpore peragantur*. Male *Raphael*. Ann. ex Her., *Wetst.*, *Kopp.* al. exponunt: *per circumcisionem in suo corpore factam*. Neque enim hoc v. *κατὰ σάρκα* inest. Gal. 6, 13. circumcisionis notio non v. *σάρξ*, quae corpus notat, sed orationis serie continetur. Quare his saltem v. opus erat: *διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ suo corpore* (scil. circumciso). Praeterea hanc enarrationem v. 2. respuit, unde *κατὰ σάρκα sensu* cum v. *ἐξ ἔργων* convenire intelligitur. Expresserunt hunc sensum *Calv.* (naturaliter, vel ex se ipso) et *Grot.* (propriis viribus), sed quo modo *κατὰ σάρκα* explicuerint ex eorum v. non cognoscitur. Valet *κατὰ σάρκα ad modum carnis* i. e. h. l. *hominis mortalis et imbecilli, qui div. spiritus auxilio destitutus suâ prudentiâ et suo robore fidere cogatur* (i. q. *σαρκικὸν ὄντα*). cf. בְּשָׂר Gen. 6, 3. Job. 10, 4.; 2 Cor. 1, 17. *κατὰ σάρκα βουλεύεσθαι* consilia capere more *mortalium*, qui pro suâ levitate sibi non constant; Gal. 4, 23. Ismael natus est *κατὰ σάρκα* more *mortalium*, ergo communi nascendi lege; 1 Cor. 1, 26. — *σοφοὶ κατὰ σάρκα* sapientes ritu mortalium, qui eâ sapientiâ imbuti non sunt, quam *τὸ πνεῦμα* subministrat. Quare *hujusmodi* in l. v. *κατὰ σάρκα* significatus unus idemque est (*ad modum hominis mortalis*), sensus pro contextâ oratione diversus. V. 2. Particulâ *γάρ* negans sententia v. l. munitur. Temere *Wolf.*, *Flatt.* al. vertunt: *si — nactus esset, haberet gloriandi materiam*, quod graece est: *εἰ — ἐδικαιώθη, εἶχεν ἂν καύχημα*. Est autem post *ἔχει καύχημα* e v. sq. *πρὸς τὸν θεόν* et post *ἀλλ' οὐ* ex antec. v. *ἔχει καύχημα* cogitando adden-

dum (v. *Wolf.* et *Wetst.*) h. s.: *nihil est* Abrah. *tanquam mortalis divinâ ope destitutus* (ergo *suis viribus usus*) adeptus (v. 1.). *Nam* si (quod factum esse nunc ponam) suis bene factis Dei favorem nactus est (aut si *κατὰ σάρκα* aliquid adeptus est v. 1.), habet quod apud Deum glorietur (scil. *τὰ ἔργα*, quibus favorem Deo extorserit: *καύχημα* gloriandi materia, 1 Cor. 9, 15., תְּהִלָּה Jer. 17, 14.); sed *non habet* quod apud Deum glorietur (v. 2.), quum libri s. propter *fidem*, non propter pulchre facta, eum Deo probatum esse doceant (v. 3.). Ex his quivis rationem promte concludat: non est igitur Abrah. ob bene facta Deo probatus (v. 2.) et nihil est *κατὰ σάρκα* consequutus (v. 1.). Ridiculum est *Semleri* commentum v. sic interpungentis: *ἀλλ' οὐ· πρὸς τὸν θεόν.* „at non habet, *per Deum immortalem*," quod graece sic dicendum fuerat: *ἀλλ' οὐκ ἔχει, πρὸς τοῦ θεοῦ.* (v. *Matthiae* gr. m. p. 1179.). Tum male *Heum.*, *Kopp.* al. enarrant: nam si Abrah. per pulchre facta Deo probatus est, *habet* cur se jactet, *sed non apud Deum* (ergo *apud solos homines*). Nam si modo Abrah. propter sua bene facta integer a Deo declaratus est, ut res docet et P. ipse Eph. 2, 8. 9. subindicat, apud Deum et homines gloriose ei de se praedicare licet, quoniam *τὴν δικαιοσύνην* neque Dei benevolentiae neque hominum auxilio acceptam refert, sed suae virtuti. Inanem battologiam in P., virum acutissimum, *Rueck.* expositio confert: nam si Abrah. ob bene facta Deo probatus est, habet quod glorietur *apud homines*, sed non apud Deum. *Nam is τὴν ἐξ ἔργων δικαιοσύνην non ratam habet, quippe in libris s. affirmans*, Abrahamum *nonnisi propter fidem* sibi probatum esse. Scilicet si Abrah., quod P. h. l. ponit, *τὴν δικαιοσύνην* pulchre factis debet, *τὴν δικαιοσύνην*, quae a factis proficiscatur, Deus in eo *ratam habuit*, quia ille officio prorsus satisfecerat neque propterea v. 3. V. T. l. citatur, ut Deum *τὴν ἐξ ἔργων δικαιοσύνην* omnino rejicere appareat, sed ut *Abrahamum*, quia Dei favorem per fidem obtinuerit, non ob bene facta Deo probatum esse intelligamus. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Oec.*, *Morus* al. sic explicant: nam si *ἡ δικαιοσύνη* a recte factis Abrahamo profecta est, potest *de suâ virtute* gloriari, sed non *de Deo in se benigno*; quod tantummodo *οἱ ἐκ πίστεως δίκαιοι* possint, quippe *τῆς δικαιοσύνης* dono a Deo affecti Eph. 2, 8.. Sed praeterquam quod haec sententia his v. concipienda fuerat: *ἀλλ' οὐκ ἐν* (2, 23.) s. *ἐπὶ* (5, 2.) *τῷ θεῷ*, ex eo, quod Abrah. propter pulcre facta Dei favorem nactus Dei beneficium jactare nequiverit, eum ob honeste facta Deo probatum esse existimari non posse minime consequitur. Etenim

Digitized by Google

causa, cur ἡ ἐξ ἔργων δικαιοσύνη vana sit et commentitia, non in Dei ambitione inest, qui suâ nos liberalitate pignerari voluerit, sed in hominum imbecillitate (cf. 3, 20. 23.). πρὸς τὸν θεόν] πρὸς θεόν A. D*. G. et *Lachm.*. V. 3. Fulcit Ap. voce γάρ sententiam v. 2.: ἀλλ' οὐκ ἔχει Ἀβραὰμ καύχημα πρὸς τὸν θεόν. Affert autem Genes. 15, 6. ex LXX., nisi quod ἐπίστευσε δὲ Ἀβραάμ scripsit pro καὶ ἐπίστευσεν Ἀβράμ, et celebratissimo viri nomine, licet serius Genes. 17, 5. ei indito, praelato et verbo ἐπίστευσε, ut vocabulo in suâ disputatione primario, primo l. posito (ἐπίστευσεν, οὐκ ἔργα ἐποιήσατο, οὐκ εἰργάσατο, *fidem Deo adjunxit*, non id studuit, ut suis bene factis Deo probaretur.). Judaeos quoque l. Genes. 15, 6. nixos summâ laude Abrahami fidem celebrare constat; cf. 1 Macc. 2, 52. Philo de Abrah. II, 38. ed. Mang. Mechilta f. 25, 2.. καὶ ἐλογ. αὐτῷ (scil. τὸ πιστεῦσαι) εἰς δικ.] Haec v. Paulo valent: et imputata ei fides est *pro innocentiâ* (i. e. fides habita ita in rationes relata est, ut Abrahamo *integritas* tribueretur), Geneseos scriptori: fides pro *bene facto* (Ps. 106, 31.) ei imputata est (i. e. quod fidem habuisset probe fecisse judicatus est). Nimirum P. eorum more interpretum, qui allegoricam explicationem sequuntur, e V. T. *verbis* h. l. ratiocinatur, in suam rem conversis. Fides quoque Abrahami cum Paullinâ hâc unâ convenit re, quod utraque est *Dei fiducia*; discrepat hoc, quod Abrah., Deum promissum de numerosâ prole sibi datum ad eventum perducturum esse confisus est, P. hanc nos fiduciam alere voluit, Deum peccatorum veniam nobis daturum esse Christi supplicio expiatis. Formula λογίζεσθαί τινί τι εἴς τι non ad Graecorum usum, sed ad Hebraeorum morem accommodata est (Ps. 106, 31.). Est sic explicanda: alicui aliquid in rationes referre *in rem* i. e. *ut sit res* (ergo *tanquam rem*). V. 4. et 5. V. ἐργάζεσθαι Paulo h. l. *technicum* est, de cujus generis vocc. paucis dixit *Win.* gr. p. 35.. Quum enim τὰ ἔργα usu technico Apostolo *probe facta* declarent, *quibus ut Dei favorem et aeternam felicitatem* (τὴν δικαιοσύνην) *sibi paret aliquis connitatur* (v. 6. Eph. 2, 9. 2 Tim. 1, 9.), hunc usum, ut membrum oppositum v. 5. docet, ad v. ἐργάζεσθαι h. l. traduxit, i. e. ἔργα (sensu Paullino) ποιεῖν *bene factis edendis intentum esse, quibus Dei favor expugnetur.* Praeclare *Luther.*: mit Werken umgehen. Haec res et eos fefellit, qui sententiam e vitâ communi depromtam hoc vs. comprehendi putarunt: *operario* (Act. 18, 3.) positae operae merces non benevolentiâ sed propter debitum imputari solet (*Morus* al.), quae explicatio vitiosam oppositionem

Digitized by Google

infert (male enim *operarius in genere τῷ πιστεύοντι ἐπὶ τὸν θεόν* opponeretur v. 5.), et eos praeteriit, qui (*Chr. Fr. Schmid.*, al.) v. 4. et 5. post τῷ — ἐργαζομένῳ summâ licentiâ τὴν δικαιοσύνην mente addiderunt, ut ἐργάζεσθαι τὴν δικαιοσύνην *perfectam pietatem exercere* notaret, collatâ loquutione פָּעַל צֶדֶק Ps. 15, 2., ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην Hebr. 11, 33. (facere quod justum rectumque sit), quae ab h. l., ubi de δικαιοσύνη sensu Paullino agitur, mire abhorreat. Ne v. λογίζεσθαι aut parum aptum esse opineris, aut id *tribuere*, *adjudicare* designare comminiscaris (*Flatt.*, *Jaspis*, *Rueck.* al.), P. h. l. e *Genesis* v. (v. 3.) argumentari eumque satis apte haec dicere memento: qui autem pulcre factis ut Deo probetur *contendit*, ei danda pro consumtâ operâ merces — propter debitum *in rationibus notatur*. κατὰ χάριν] פוֹ (aus) Gnade, *propter* benevolentiam; v. *Matthiae* gr. m. p. 1153.. ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα] i. e. propter debitum τῷ ἐργαζομένῳ *utique solvendum*. A. B. C. D. E. et tot alii Cdc., ut iis temere obsistas, κατὰ ὀφείλημα praebent et verbis altero concinnius et sententiâ aptius: propter debitum h. e. quia τῷ ἐργαζομένῳ aliquod debitum dissolvendum est. Et expunxerunt Articulum *Beng.*, *Matth.* ed. maj. et min., *Griesb.*, *Knapp.*, *Lachm.* al.. Qui vs. 5. ad Abrahamum rettulerunt (*Wetst.*, *Kopp.*, *Cramer.*, *Schott.*, *Beneck.* al.), ut jure illum ἀσεβῆ appellari intelligeretur, quum alia excogitarunt, tum recentiorum Judaeorum opinionem, quae e l. Jos. 24, 2. fluxit, sequuti, Abrahamum idcirco ἀσεβῆ vocari putarunt, quod olim cum Tharah patre Deos fictitios coluisset (v. *Grot.*). At falsa est eorum interpretatio. Quum enim v. 4. sententia generalis sit, universalis etiam ea sit necesse est, quae illi graviter opponatur. Adsi P. vs. 5. ad Abrahamum relatum voluisset, tempora praeterita posuisset: τῷ δὲ μὴ ἐργασαμένῳ, πιστεύσαντι δὲ — ἀσεβῆ ἐλογίσθη κ. τ. λ.. Πιστεύειν ἐπί τινα h. l. πίστιν ἔχειν ἐπί τινα *fidem habere in aliquem versam* h. e. *fidem alicui adjungere* (Matth. 27, 42. Act. 9, 42. 11, 17. al.), non *confidere aliquo* (*Heum.*, *Rueck.* al.) denotat. Argumentatur enim P. e v. ἐπίστευσε v. 3. neque ἡ πίστις v. 5. *fiduciam* notat, sed *fidem*. Post v. εἰς δικαιοσύνην Vulg., Ambrosiast., Pelag. al. addunt *secundum propositum gratiae Dei* (i. e. κατὰ τὴν πρόθεσιν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ) *Beza*, *Zeg.* et *Beng.* in Gnom. probantibus. Est haec aperta interpolatio ad l. 2 Tim. 1, 9. composita eoque consilio facta, ut plena esset antithesis (τῷ ἐργαζομένῳ — λογίζεται κατὰ ὀφείλημα, τῷ δὲ πιστεύοντι — λογίζεται — κατὰ τ. πρόθεσιν τῆς χάριτος τ. θ.). Non cogi-

Digitized by Google

tarunt interpolatores, quae iis male deesse visa fuerit sententiam satis perspicue hoc adsignificari, quod v. primaria *ἡ πίστις αὐτοῦ* statim post *λογίζεται* locata sunt, ut a pronuntiante tanquam v. praecipua voce sonoque acuerentur: *τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ fides, quam habuerit* imputatur —. Hanc vero Deum *benevolentiâ* ductum, non jure coactum praemiis ornare, ex eo quivis sponte intelligat, quod P. fidem *τῷ μὴ ἐργαζομένῳ* h. e. ei tribuit, qui suis recte factis *nullum* sibi ut mercenarius praemium quaerat (v. 16. 11, 6.). Idcirco autem P. v. 4. et 5. adjecit, ut Genesis v. v. 3. exponeret eaque Abrahamum *non propter bene facta* Deo probatum esse declarare ostenderet. „*Fidem*, inquit P., Abrahamo ita imputatam esse, ut in rationibus pro fide habitâ *integritas* notaretur in libris s. perscriptum est (v. 3.). Iis autem, qui *pulcre factis* Dei favorem mercantur insumtae operae merces non propter benevolentiam rationibus inferri solet, sed quoniam aliquod iis debitum solvendum est (v. 4.), iis contra, qui bene factis Dei amicitiam mereari nolunt, sed ei potius fidem adjungunt, qui homines *impios* (h. e. improbos; cf. supra p. 56.) insontes declarat (Deo), *fides quam habuerint* (hanc vero, quippe *τοῖς ἔργοις* oppositam, nullam mercedem venari ex ante dictis nemo non assequitur) integritatis nomine in rationes referri solet." His lectis quivis rationem concludere poterat: itaque Abrahamus, cui *fides εἰς δικαιοσύνην* imputata fuerit (v. 3.), in *τῶν ἐργαζομένων* numero habendus non est, qui ut pulcre factis Dei favorem sibi comparent contendunt. Ceterum *Tholucc.* hos vs. ne e longinquo quidem assequutus eam iis sententiam subjecit, quae his v. enuntianda fuisset: *οὐ λογίζεται δὲ, ὅ ἐστι χάριτος, ὁ μισθὸς τῷ ἐργαζομένῳ, κατὰ ὀφείλημα αὐτὸν λαμβάνοντι, λογίζεται δὲ τῷ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐ. τ. δ. τ. ἀσεβῆ ἡ πίστις α. εἰς δικ.*. V. 6.—8. Nexus: Quod hominibus fidem habentibus *fidem* innocentiae nomine in rationes benigne referri contendi (v. 5.), id Davidis testimonio firmare licet, qui quum in carmine, quod condidit (v. Ps. 32, 1.) eos beatos praedicet, quibus Deus integritatem ita in rationibus vindicet, ut eum pulcre facta nihil moverint, *τῇ ἐξ ἔργων δικαιοσύνῃ* repudiatâ *τὴν διὰ πίστεως δικαιοσύνην*, illi oppositam, unice amplectitur (v. 6.). Quam sententiam non diserte quidem (*μακάριοι ὧν ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην ἐλογίσθη·* v. *Chrys.*) Davides enuntiavit, sed recte tamen eo adsignificare P. visus est, quod fortunatos dixisset, quibus *peccata condonata* essent (v. 7. 8.). Scilicet peccatorum poenae P. judice *τοῖς πιστεύουσιν* remittuntur, quibus nullum sit nisi *ad Dei benignitatem* paratum

Digitized by Google

perfugium, non remittuntur τοῖς ἐργαζομένοις, quibus, quoniam *in suis bene factis* salutis spem collocaverunt, non nisi justum se judicem Deus praebeat, bene facta praemiis afficiens, male facta vindicans. Ducunt periodum voculae καθάπερ καὶ — Sicuti etiam —. Wie denn auch —. v. Gal. 3, 6. 1 Thess. 2, 11. Formula λέγειν τὸν μακαρισμόν τινος *beatitatis praedicationem in aliquem eloqui* (die Glückspreißung Jemandes ausſprechen) verborum pompâ, non sensu differt a loquutione μακαρίζειν τινά. Male Chr. Fr. *Schmid.* τὸν μακαρισμόν *felicitatem* (cf. εὐδαιμονισμός i. q. εὐδαιμονία) explicat, quam vim voc. neque Gal. 4, 15. (ubi v. *Rueck.*) habeat, nec quod sciam alias. *Lobeckii* observ. ad Phryn. p. 511. tum demum recte citasset *Wahl.* Cl. m. II, 42., si ὁ μακαρισμός in N. T. idem valeret, quod ἡ μακαρία. V. 7. 8. Transscripsit P. v. Ps. 32, 1. 2. ex LXX.. ἀφέθησαν] ἀφείθησαν, formam augmento affectam (*Buttm.* gr. m. I, 342.), 4. 74. Mt. k. et *Millio* teste *multi* Cdd. tenent. καὶ ὧν ἐπεκ. αἱ ἁμ.] et quorum peccata *velata* (i. e. demtâ similitudine *condonata*) sunt. *Velat* enim Deus *peccatum* (כִּסָּה חַטָּאת cl. Ps. 85, 3.) ne compareat, quod oblivioni dare decrevit. V. 9. et 10. Quamquam Davides v. 7. 8. *generatim* loquutus eos hominos beatos praedicaverat, quibus Deus peccatorum veniam dedisset, tamen eum solos Judaeos in mente habuisse ex eo aliquis conjicere poterat, quod illud *Davides* dixisset, *circumsectus Judaeus*. Quocirca P. v. 9. 10. in eo elaborat, ut Davidem gentiles exclusos noluisse ostendat. Post τὴν ἀκροβ. *Theophyl.*, *Beza*, *Wolf.* al. πίπτει, *Grot.* al. γίνεται, *Rueck.* al. ἐστί mente addunt. At Theophyl. *Latinismum* [Cic. Tusc. III, 4. 7. videtur mihi *cadere in sapientem* aegritudo. Sic πίπτει τι ἐπί τινα *pertinet aliquid ad aliquem*. Graeci non dixerunt] Paulo obtrudit; qui γίνεται aut ἐστί cogitando admovent sententiam parum aptam in hunc l. invehunt: haec igitur Davidis vox, quâ homines fortunatos pronuntiat, *obtingitne* (i. e. eventumne habet in) hominibus circumcisis, an etiam praeputiatis? Quae recte dicerentur, si illi Davidis dicto et ipsi aliqua vis ad eos beandos inesset, quibus Deus peccata condonasset, quo modo bona patrum morientium omina filiis prosunt Genes. 27, 4. 48, 9.. Verum enim vero hoc P. consilio Davidis v. attulerat, ut eum in eâdem secum sententiâ esse ostenderet et v. v. 7. μακάριοι ὧν — sic sumi voluerat: beati sunt *meâ sententiâ* (fortunatos *existimo*) qui —. Unde λέγεται (v. v. 6. cl. Eph. 5, 32. λέγω τι εἰς τινα Eur. Iph. T. 1180 *Herm.*) supple h. s.: haec igitur a Davide profecta beati hominis descriptio *dicitur* in circumcisos tantum-

modo, an etiam in praeputiatos? h. e. solosne Judaeos, an etiam paganos Davides l. l. beatos pronuntiat? *Μόνον*, quod post *τὴν περιτομήν* e sq. *καί* cogitando adjiciendum est, glossatores (D. E.) ibi male in v. ordine exhibent; v. ad Marc. p. 788.. Davidem non solum Judaeos, sed etiam gentiles fortunatos praedicare ut intelligant, P. v. *λέγομεν γὰρ — εἰς δικ.* (*contendo nempe Abrahamo fidem ita imputatam esse, ut integer censeretur*) lectoribus ea in memoriam revocat, quae v. 3. de *Abrahamo* dixerit. Ex his enim, si quis hoc iis addat: Abrahamum, *quum praeputiatus esset*, Deo probatum esse (v. 10.), Davidi etiam homines *praeputiatos* obversatos esse satis apparere. Argumentatio ab hâc sententiâ proficiscitur: Davidem iis repugnare, quae antea *Abrahamo* divinitus contigisse nescire nequiverit, credibile non videri. Nimirum v. 10. v. *τῷ Ἀβραάμ*, non v. *ἡ πίστις*, praecipuam vim inesse v. ordo docet. Male *Kopp.* Ap. veritum, ne quis l. 3, 19. nixus Davidem *solos Judaeos* beatos praedicare obverteret, verbis *λέγομεν γὰρ κ. τ. λ.* locum scopulosum deseruisse iisque ad superius de Abrah. argumentum v. 3. — 5. redisse putavit. In promtu est enim, hanc rem ita instituendam fuisse, ut pro *λέγομεν γὰρ* — aut *ἀλλ' ἔλεγον, ὅτι* —. aut *τοῦτο δὲ ἔφην, ὅτι* — aut similis formula poneretur. Neque rectius *Cram.*, *Morus*, *Rueck.* al. verbis *λέγομεν γὰρ κ. τ. λ.* responsum ante *λέγομεν* mente addendum (*ὁ μακαρισμὸς οὗτος καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν.*) rationibus muniri censuerunt, h. r.: felicesne tantum a Davide praedicantur circumcisi, an etiam non circumcisi? *Hi quoque. Nam* Abrahamum *propter fidem* (non ob pulcre facta) eo tempore Dei favorem nactum esse contendo, quo adhuc praeputiatus esset, ut *circumcisionem* ad Dei favorem quem consequeretur nihil contulisse emergat. Perperam enim primariam vim in v. *ἡ πίστις* v. 9. sitam esse voluerunt (cf. supra) neque acumen, quod illi voci tribuerunt, nullum argumentationi robur addere considerarunt, quae ita quoque constaret, si haec v. cum P. vocc. permutaremus: *λέγομεν γὰρ, ὅτι ἐδικαιώθη ὁ Ἀβρ.. πῶς οὖν ἐδικαιώθη; ἐν περιτομῇ ὢν ἢ —;* Vocem *ὅτι*, quam tantum omittant B. D*. 47. (cf. 1 Cor. 7, 8. 29.) retinui. *Lachm.* [*ὅτι*]. Ne *πῶς*; *quo in statu? quali* (i. q. *πῶς ἔχοντι* s. *ποίῳ ὄντι* cf. *Grot.*, *Flatt.* al.) pollere fingas, tenendum est percontationem minus definitam (*πῶς οὖν ἐλογίσθη*; sc. *αὐτῷ*. *quo igitur modo* fides pro integritate ei imputata est?) alterâ interrogatione (*ἐν περιτ. ὄντι ἢ ἐν ἀκροβ.*; *circumcisone an praeputiato?*) explicari. *οὐκ ἐν περ., ἀλλ' ἐν ἀκρ.*] Scilicet aliquot annis post Abrahamo circumcisionis ritus

Digitized by Google

imperatus est divinitus Genes. 17, 9. sq., quam Deo propter fidem probatus esset Genes. 15, 6. V. 11. et 12. Sed quod P. Abrahamum priusquam circumcideretur propter praebitam fidem Deo placuisse v. 10. dixerat, eo aliquis ad hanc cavillationem induci poterat: nulla igitur ratio erat, cur Deus Abrahamum circumsecari juberet, cui summum decus jam antea dum esset praeputiatus adepto circumcisum esse nihil prodesset. Cui cavillationi ingeniose Ap. hîc occurrit. Docet enim idcirco Abrahamum circumsecari jussum esse, et ut praecisum praeputium Dei favoris, in quem *integro praeputio* ob *fidem* suam venisset ipse *pignus* haberet, et ut tum praeputium gerentium *gentilium*, qui *fidem* animis concepissent, tum circumsectorum *Judaeorum*, qui et ipsi *fidem* alerent, pater esset. Ita sapientissimo consilio Deum circumcidendi praeputii necessitatem Abrahamo injunxisse effectum erat. Nam et Abrahamo utilis fuit circumcisio, cui praecisum praeputium suam praeputiati fidem Deo placuisse argumento esset, et fructuosa posteris, qui quum Abrahamo circumcisionem non alio fine, nisi ut ei de favore, quo *propter fidem praeputiatum* Deus amplexus esset, certo coustaret imperatam esse reputassent, ad Abrahami familiam pertinere quicunque *fidem* habuissent, tum praeputiatos tum circumsectos, facile intelligerent. Quoniam enim *fides* Abrahamo Dei favorem conciliaverat, *fidem* homines Abrahamo cognatos facere nulliusque ad illam cum Abrahamo cognationem comparandam momenti esse, utrum *fide praeditus* praeputiatus an circumcisus esset concedendum erat. Qui si praeputium gereret, in eâ erat conditione, in quâ ipse Abrah. ob fidem Deo probatus esset; sin in circumcisorum Judaeorum numero esset, eam cicatricem corpore exceperat, quam Abrah. olim acceperat propterea, ut *fidem* suam Deo probatam esse certo sciret. Ceterum Ap. non ut se ex laqueis, quos ante v. 10. dictis sibi ipse posuisset, expediret, sed quia in hâc sententiâ esset, ut Deum neque foedus cum Abrahamo compositurum neque eum circumcidendum curaturum fuisse Gen. 17, 2. sq., nisi viri fides sibi antea placuisset Gen. 15, 6. censeret, hâc argumentatione, in quâ ab Abrah. susceptam circumcisionem div. favoris, in quem ob fidem praeputiatus venisset, pignus et argumentum vocavit, usum esse mihi plane persuasum est. *σημεῖον ἔλ. περιτομῆς*] Est Genitivus appositionis, i. q. *καὶ σημεῖον ἔλαβε, ὅ ἐστι περιτομή* · — signum quod circumcisione constaret. (Hom. Od. 1, 2. *Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον*. Jac. 1, 12. *ὁ στέφανος τῆς ζωῆς*). Male *Rueck.* resolvit: *κ. σημεῖον ἔλ. τὴν περιτομήν et tanquam signum*

Digitized by Google

accepit circumcisionem. (sic). Frustra fuerunt, qui ut hunc l. illustrarent Genes. 17., 11. compararunt, ubi circumcisio אות בריית i. e. foederis, quo Jehovah cum Abrah. ejusque posteris fecit signum appellatur. Eadem ratio est l. rabbinicorum Sohar Genes. 41, 161. Jalkut Rubeni 65, 4. 170, 3., quae *Schoettg.* ad h. l. attulit. Manifestum est enim, *σημεῖον* h. l. notam esse, quâ Abrahami circumcisi corpus ab eorum qui non essent circumsecti corporibus distingueretur, h. e. cicatricem. Rectius *Schoettg.* citavit lib. Cosri 1, 115. 70., ubi circumcisio אות אלקית *signum div.* nuncupatur, et Sohar Levit. 6, 21., ubi רשימא קדישא *signum sanctum* vocatur. Sed *σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς* P. scripsit, quia id numerosius ei recte visum est, quam aut *κ. σημ. περιτομῆς ἔλ.*, aut *κ. ἔλαβε σημ. περ. σφραγῖδα*] Appositio: *ut esset sigillum* i. e. metaph. *argumentum, firmamentum, pignus* (1 Cor. 9, 2. cl. Joh. 6, 27.). Affert enim appositum sigillum tabellis fidem. *σφραγῖδα*] „Obiter moneo, in aliis Cdd. *σφραγίδα* habere circumflexum, in aliis acutum." *Matthaeius.* Quum ī in hâc voce a veteribus poëtis nunquam non producatur (Soph. El. 1214. *τήνδε προσβλέψασά μου | σφραγῖδα πατρὸς, ἔκμαθ' εἰ σαφῆ λέγω.* Trach. 612. — *σφραγῖδος ἔρκει τῷδ' ἐπ' ὄμμα θήσεται.* Theogn. 19. — *σφρηγῖς ἐπικείσθω*), utique *σφραγῖδα* exhibendum est, nisi forte N. T. scriptores cum novitiis versificatoribus fecisse putare malueris, qui ī, ubi vox esset trisyllaba, corripuerunt, v. Jacobsii Anthol. Pal. p. 431.. *Limb.*, *Heum.*, *Rueck.* al. v. *τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως* ita in unam notionem (e fide nata integritas, Glaubensgerechtigkeit) copularunt, ut v. *τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ* scil. *δοθείσης* ad eam referrent: — pignus e fide natae *integritatis*, *quae* Abrah. praeputiato obtigisset. Qui certissime fallantur. Nam perspicuitatis legem, ut *σφραγῖδα τῆς ἐκ πίστεως δικαιοσύνης τῆς* —. diceretur flagitasse ne commemorem, hoc pacto, ut sententia constaret, *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πίστει δικαιωθέντων δι' ἀκροβυστίας* (fuit Abrahamo circumcisio pignus e fide ortae *integritatis*, *quae praeputiato data esset*, ut jam eorum omnium, qui ob fidem essent *integritatem consequuti praeputiati*, pater sit) dicendum fuisse elucet. Per v. igitur *εἰς — πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας* dubitari non potest, quin vocc. *τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ* scil. *σχεθείσης* ad *τῆς πίστεως* spectent h. r.: et notam quae praeciso praeputio constaret Abrah. duxit, integritatis argumentum, quam acceptam referret *fidei a praeputiato praebitae*, ut eorum omnium pater sit, qui *praeputiati fidem praebeant.* *περιτομῆς*] A. 6. 9. 36. Mt. n. al. *πε-*

Digitized by Google

ρισμήν, quod male *Beng.* et *Griesb.* commendarunt. Nam περιτομήν, nisi copula accesserit (περιτομὴν καὶ σφραγῖδα), ferri plane nequit. Quod recte nonnullos olim sensisse variantes lectiones ostendunt. Syr. — περιτομὴν καὶ σφραγῖδα. | Mt. 3. 8. καὶ σημεῖον ἔλαβε καὶ σφραγῖδα κ. τ. λ. | Mt. d. κ. σ. ἔ. περιτομῆς καὶ σφραγῖδα. Quod quamquam aptam sententiam praebet, nisi quod loco alieno orationem grandem reddit (et notam accepit circumcisionis *et* [np. hâc circumcisionis notâ] pignus integritatis etc.), tamen e vulgatâ lectione et Syri scripturâ commistum est. Quare *Griesb.*, ne vitiosa esset oratio, καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν καὶ σφραγῖδα κ. τ. λ. (et circumcisionem accepit *signum et pignus integritatis* etc.) commendare debuerat. At haec oratio tam plana et simplex est, ut ne unus quidem librarius scripturam vulgatam, quae in *plerisque* libris est, in ejus locum substituturus fuisse videatur. Hinc vulgatae lectioni patrocinor atque ita existimo, primum περιτομήν (pro περιτομῆς) aut temere nonnullos librarios, quum dormitarent, exarasse, Accusativis qui in viciniâ sunt (σημεῖον, σφραγῖδα) deceptos, aut e margine, ubi σημεῖον περιτομῆς per periphrasin idem fere esse quod περιτομήν nescio qui annotassent, in v. ordinem irrepsisse, deinde suscepto v. περιτομήν alios copulam, quâ opus esset, liberaliter adjecisse (ita Syrus), alios vulgatam scripturam cum Syri lectione confudisse (Mt. d.), alios vocabulum, quod incertâ formâ in Cdc. jactari vidissent (περιτομῆς — περιτομήν) additâ copulâ omisisse (Mt. 3. 8.). F. G. καὶ σημεῖον ἔλ. περιτομῆς σφραγῖδα διὰ τῆς δικ. κ. τ. ἔ. continere dicuntur. Unde interpolatores hoc m. v. copularunt: καὶ περιτομῆς σφραγῖδα (Targ. Cant. 3, 8. חתימת מילה *sigillum circumcisionis*) ἔλαβε σημεῖον διὰ τῆς δικ. κ. τ. λ. (et circumcisionis sigillum signi loco accepit *eo quod* integritatem praeputiatus ob fidem esset adeptus), nisi forte διὰ σφραγῖδα illi scribere voluerant: et notam accepit circumcisionis pignoris causâ h. e. ut *esset pignus* etc.. ἐν τῇ ἀκροβ.] Artic. om. D. F. G. Mt. b. c. e. al., quibus fucum fecerat v. 10., ubi *bis* est ἐν ἀκροβυστίᾳ. Plerique explicatores εἰς de eventu sumunt (*ita ut* sit). Ac recte sane P. ex eo, quod Abrah. praecisi praeputii cicatricem integritatis pignus accepisset, quam *propter fidem* praeputiatus obtinuisset, esse Abrahamo et *fide conspicuos praeputiatos* et *fide imbutos Judaeos* familiam collegisset. Sed rectius, opinor, voce εἰς finem indicari censeas, quum Ap. hic id agat, ut non temere sed sapienter Abrahamo circumcisionis ritum divinitus imperatum esse emergat (v. supra): et praecisi praeputii notam (olim) duxit Abrah. inte-

Digitized by Google

gritatis argumentum, quam ob suam praeputiati fidem consequutus esset, ut omnium eorum hominum, qui fidem habeant, sive gentiles sint sive Judaei, (nunc) pater sit, i. e. ut promissa Abrahami familiae beatitas omnibus qui fidem praebeant hominibus nunc obtingat, non solis Judaeis eveniat. Nam si Deus Abrahamum hâc lege circumcidendum curavisset, ut praecisum praeputium Abrahami posterorum insigne esset, soli Judaei Abrahami domestici essent beatitatisque Abrahami familiae promissae participes neque nisi Judaeorum curam Deus egisset; atqui eo Deus consilio Abrahamum circumsecari voluit, ut praecisum praeputium integritatis argumentum haberet, quam *fidei* acceptam retulisset. Itaque *quotquot fidem haberent* et ad Abrahami familiam pertinere et honoribus Abrahami familiae promissis mactari Deus circumciso Abrahamo manifestare decrevit. *πατέρα*] Ne in patris voc. *exempli ad imitandum propositi* (1 Macc. 2, 54. v. *Morus* al.) notionem includas ab h. l. prorsus alienam, Ap. argumentationem eo niti, ut pater *familiae conditor* sit *et caput* tenendum est. In toto enim l. Abrah. is spectatur, cui et ipsi, familiae conditori, et ejus familiae laetissima promissa Deus dederit, ut dubitari nequeat, quin fortunentur qui ad Abrah. familiam pertineant (v. 13. 16.). Illud ut a quovis concedendum P. ponit, non esse ex Abrah. familiâ nisi homines, in quibus sit patris ingenium (Gal. 3, 7.). *δι' ἀκροβυστίας*] *dum sint praeputiati*; cf. not. ad 2, 27.. V. *εἰς τὸ λογ. καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην*, a *Griesb.*, *Knappio* al. uncis male saepta ante dictorum *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα π. τ. π. δ. ἀ.* epexegesin continent et quanti sit Abrahamum patrem habere constituunt: voluit Deus Abrahamum *patrem esse* omnium eorum, qui praeputiati fidem praebeant, *ita ut* (quum Abrah. horum hominum pater sit) et ipsis integritas imputetur. Consentaneum est enim quum patrum ornamenta filiis committi, tum Abrahami emolumenta ejus posteris concedi, quibus Deus eandem quam proavo felicitatem benigne fuerit pollicitus (v. 13. 16.). Vocula *καί* quum et aptissima sit (ita ut *et ipsis* integritas imputetur np. sicut Abrahamo patri, qui ob fidem Deo placuerit praeputiatus v. 10.) et post *λογισθῆναι* facile interciderit (abest autem ab A. B. 47. 73. 74. Mt. d. al.), male adulterina visa est *Millio* Prol. §. 1352. et *Griesb.*, deleta a *Lachm.*. *τὴν δικαιοσύνην*] A. 32. 47. Mt. c. q. Syr. Vulg. al. *εἰς δικαιοσύνην* e vs. 3. 5. 9., nisi forte duplex *εἰς* quod proxime praecedit librariis fraudem fecerat. Haec lectio syntaxin impedit. Contorte enim e *τῶν πιστευόντων* ducas *τὸ πιστεῦσαι* h. m.: *εἰς τὸ λογ. καὶ αὐτοῖς εἰς δικαιοσύνην τὸ πι-*

πιστεῦσαι. V. 12. Primum de singulis v. dicam, tum de sententiâ. καὶ πατέρα περιτομῆς] Haec v. ab εἰς τὸ εἶναι v. 11. suspensa sunt: καὶ (sc. εἰς τὸ εἶναι αὐτόν) πατέρα περιτομῆς κ. τ. ἑ.. Πατέρα Ap. repetiit perspicuitatis causâ. Negligenter P. loquutus est, qui aut εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα τῶν τε δι' ἀκροβ. καὶ τῶν ἐν περιτομῇ πιστευόντων, aut εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας καὶ πατέρα τῶν ἐν περιτομῇ scil. πιστευόντων dicere debuerit, auctore *Rueckerto*. Qui hujus l. structuram parum assequutus id ipsum, nisi quod acutius et uberius enuntiarit, P. *sine ullo Anacoluthо* dixisse non reputavit. καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς —] Bene habet loquutio: εἰμί τινι πατήρ *sum alicui pater* Apoc. 21, 7.. Sed non deterior P. formula est: Ἀβραὰμ πατήρ ἐστι περιτομῆς τοῖς — στοιχοῦσι κ. τ. ἑ. Abrah. circumcisorum hominum pater est fidem habentibus circumcisis i. e. habent Abrah. circumcisorum hominum patrem *ii circumcisi qui fidem praebeant* (non qui circumsecti quidem sint sed fide destituantur). In hâc loquutione v. πατέρα περιτομῆς *unam* notionem (beschnittener Leute Vater, Judenvater) constituunt. Pari modo recte dicas ἀνθρώπων φίλος εἰμὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνθρώποις h. e. *hominum amicum* me praebeo bonis hominibus. Quam structuram qui parum perspexissent interpretes, Dativum τοῖς aut per Hebraismum pro Genitivo positum esse observarunt, ut *Kopp.* (nam ל, quod mihi quidem nunquam non Dativum indicare videtur, Hebraeis passim Genitivi notam esse: v. *Ewaldi* Krit. Gr. p. 582. sq.), aut, quod philologo in mentem venire potuisse vix credas, pro Genitivo locatum esse idcirco, quod P. verbis *parentheticis* (?) εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην ad *Anacoluthon* se invitari passus esset (*Rueckert.*)! Quin nego commode P. dicturum fuisse καὶ πατέρα περιτομῆς, τῶν — στοιχούντων, nisi interjectâ aliquâ voculâ explicandi vi instructâ: — καὶ πατέρα περιτομῆς, τουτέστι τῶν — στοιχούντων (s. τῶν δὲ — στοιχούντων). τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι —] Non intellexit hujus formulae vim *Rueck.*, qui illam illustraturus temere comparet Gal. 5, 25. πνεύματι στοιχεῖν. Scilicet in loquutionibus πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου Act. 9, 31., πνεύματι στοιχεῖν Gal. l. c. et similibus nulla notionis *eundi* ratio habetur, sed unice spectatur quae demtâ metaphorâ verbis πορεύεσθαι et στοιχεῖν vis subest, notio *vivendi*, Dativus autem est *commodi*: *pietati, spiritui div. vitam consecrare*. Contra in formulâ τοῖς ἴχνεσί τινος στοιχεῖν s. βαίνειν (Plut. v. Solon. c. 30. ὑμῶν δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώ-

Digitized by Google

πεκος ἴχνεσι βαίνει.) Dativus obtinet tum poni solitus, quum quaeras *ubi?* (vestigiis alicujus ingredi, auf den Fußtapfen jemandes gehen), neque soli verbo metaphora inest, sed toti loquutioni: alicujus vestigiis ingredi i. q. aliquem imitari. Ceterum P. poëticâ prope audaciâ scripsit στοιχεῖν τοῖς ἴχνεσι τῆς — πίστεως τ. π. ἡ. Ἀ. *fidei*, quam Abrah. praeputiatus praebuerit, *vestigia persequi* h. e. Abrahami praeputiati fidem imitari. τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τ. π. ἡ. Ἀ.] 1. 2. 3. 4. 7. 46. Mt. q. l. a. c. g. b. e. f. al. τοῖς ἴχνεσι τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβ. τ. π. ἡ. Ἀ.. Hanc lectionem, quam *Beng.* et *Matthaeius* ed. maj. et min. amplexi sunt, librarii ad v. v. 11. σφραγῖδα τῆς δικ. τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβ. formarunt. Praeterea orationem ambiguam reddit, quum ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμ. Ἀβρ. jungere possis. At Genitivus τοῦ πατρὸς ἡμ. Ἀ. a τῆς — πίστεως suspensus est. τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως] τῇ om. A. C. D. F. G. al., quos *Griesb.* et *Lachm.* male sequuti sunt. Recte enim *Knapp.*: „ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ] Alii: ἐν ἀκροβυστίᾳ. (E vs. 10.)." Cf. not. ad v. 11.. Sequitur, ut de sententiâ disseram, quae ab eo pendet, ut quinam sint οἱ οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ στοιχοῦντες τοῖς ἴχνεσι κ. τ. λ. liqueat. *Syr.*, *Vulg.*, *Theodoret.*, *Grot.*, *Kopp.* al. Judaeos a gentilibus distingui opinati illos verbis τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον scil. οὖσι, hos vocc. ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι κ. τ. ἑ. indicari contendunt: et ut circumsectorum hominum pater sit non solum hominibus circumsectis (Judaeis), verum etiam iis qui fidem imitentur, quam pater noster Abrah. habuerit praeputiatus (fidem praebentibus gentilibus). Quae interpretatio multas ob causas absurda est. Nam I. P. vitiose dixisse τοῖς οὐκ pro οὐ τοῖς finxerunt, quod 37. 80. ex eorum correctione quibus haec explicatio antiquitus placuisset continent. II. Hoc pacto fidem praebentes gentiles Judaeis temere accensentur. Vocatur enim Abrah. πατὴρ περιτομῆς τοῖς στοιχοῦσι κ. τ. ἑ. Quod vitium ut tolleretur Grot. περιτομήν de hominibus pectore et animo circumcisis (2, 29.) explicuit: et ut pater sit hominum animo circumcisorum i. e. piorum. Verum id quoque absonum est, tum quia voc. περιτομῆς nude positum homines *animis* circumcisos denotare nequit (frustra provoces ad Phil. 3, 3., ubi ut pii Christiani ἡ περιτομή recte appellarentur illud fecit, quod Judaeos non nisi corpore circumsectos contemtim τὴν κατατομήν *homines mutilatos* v. 2. Ap. nuncupaverat), tum quod oppositionis leges flagitant, ut πατὴρ περιτομῆς circumsectorum hominum i. e. Judaeo-

Digitized by Google

rum pater enarretur. Quum enim v. καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς κ. τ. λ. vocabulis v. 11. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας opponantur, illis homines circumsecti sensu proprio, h. e. Judaei, qui fidem quidem habeant significentur necesse est. III. Hominum, quibus nihil nisi praeputium praecisum sit, h. e. Judaeorum, mentio ab h. l. aliena est, ubi *fidem habentes* Judaei memorandi sint, sive εἰς v. 11. (εἰς τὸ εἶναι κ. τ. λ.) effectum, sive finem exprimere statueris. Nam ex eo, quod Abrahamo praeputium praecisum est, ut ei integritatis, quam ob fidem adeptus esset praeputiatus, aliquod pignus daretur, sequitur ut *fidem praebentium* Judaeorum pater sit, quibus ea res (fides) non desit, propter quam ille et Deo probatus esset et favoris div. pignus accepisset, *non omnium promiscue Judaeorum.* Item quum Deus Abrahamo circumcisionis ritum imponeret, ne de integritate, quam praeputiatus ob fidem esset consequutus, tanquam pignore accepto, dubitaret, hoc sequutus est, ut Abrah. *credentium* Judaeorum pater constitueretur, qui fide praediti essent, propter quam Abrahamo et integritas donata et ejus aliquod pignus datum esset, non ut omnium Judaeorum pater fieret, qui ut essent circumcisi fide tamen destituerentur, quae τὴν δικαιοσύνην Abrahamo attulisset, cujus ei pignus Deus esse voluisset circumcisionem. At οἱ ἐκ περιτομῆς, nisi ubi de hominibus christ. sermo sit Gal. 2, 12., homines circumcisi (Judaei) sunt in genere, non tales circumcisi, qui fidem habeant. IV. V. οἱ στοιχοῦντες τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ — Ἀβραάμ temere ad *fidem praebentes paganos* referuntur, quum non nisi *hominum Abrahami praeputiati fidem imitantium* notionem complectantur. Possunt autem Abrahami praeputiati fidem imitari et circumsecti Judaei et praeputiati gentiles. Quare fidem habentium paganorum cogitatio his fere v. concipienda fuerat: ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκροβύστοις (s. τοῖς λοιποῖς) τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι κ. τ. λ.. V. P. v. 12. Abrahamum *Judaeorum fidem habentium* patrem vocasse argumento est v. 13., ubi hujus sententiae ratio reddatur: utique Abrah. non nisi eorum Judaeorum pater est qui fidem praebeant, non omnium promiscue Judaeorum, quotquot circumsecti sint et legi mos. pareant. *Chrys., Beza, Heum., Rueck. al.* verbis τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι κ. τ. λ. *credentium* Judaeorum descriptionem contineri existimant: et ut circumcisorum hominum pater iis sit, qui non e *circumcisorum* hominum numero sint tantummodo, sed etiam Abrahami praeputiati fidem imitentur (h. e. qui

Digitized by Google

praeterquam quod circumsecti sint etiam fidem praebeant, quam olim praebuerit Abrah. *praeputiatus*). Sic et vs. 12. exacte respondet versui 11. (v. 11. pater credentium paganorum, v. 12. pater credentium Judaeorum) et sententia talis est, qualem merito exspectes (v. supra.). Sed nocet huic explicationi Articulus τοῖς ante στοιχοῦσι, qui non nisi in Mt. a. punctis notatur ut tollendus. Bene hic comparatus est, si ita existimes, P., quum simpliciter dicere voluisset καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς στοιχοῦσι κ. τ. λ. (et ut circumcisorum hominum pater iis [ut nexus docet, *circumcisis*] sit, qui Abrahami praeputiati fidem imitentur), postquam scripsisset καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς, esse tamen Abrahamum aliquo sensu etiam hominum circumsectorum (Judaeorum) patrem recordatum, id ipsum, quamvis ad rem propositam nihil pertineret, verbis οὐκ ἐκ περιτομῆς (οὖσι) μόνον obiter et per epanorthosin suae disputationi interposuisse: und damit Abrah. beſchnittener Leute Vater ſei den — ich ſage nicht nur Beſchnittenen (quibus nimirum pater sit ut gentis conditor, quae res nihil ad hunc l.) ſondern auch den — nach Abrah. Beiſpiele Glaubenden. Haec interpretatio an vera sit alii judicent; certe P. ingenio per est accommodata; cf. Phil. 1, 29.. Illud addo, sapienter et acute P., ne quis *circumcisum Abrah.* antestatus praeciso suo praeputio superbiret, Abrahamum eorum Judaeorum patrem vocasse, qui, fidem habentes, Abrahami *praeputiati* vestigia persequerentur (cf. v. τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως). V. 13. Particulâ γάρ sententia v. 12. (πατὴρ ἐστι Ἀβρ. τοῖς στοιχ. τοῖς ἴχν. τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως αὐτοῦ) firmatur h. m.: habent Abrah. patrem ii circumcisi, qui proavi *fidem* aemulentur (v. 12.). Neque *enim* lex mos. Abrahamo summae beatitatis promissum conciliavit, sed integritas, quam habita *fides* ei apportavisset (v. 13.). Nempe si *lex mos.* div. promissum Abrahamo paravisset, omnium promiscue circumsectorum hominum, qui legi mos. parerent ille pater esset, non credentium tantummodo. Οὐ γ. δ. ν. ἡ. ἐπαγγελία τῷ Ἀβρ.] scil. ἐγένετο. διὰ νόμου] Haec v. *Calov.*, *Beng.* al. i. q. διὰ δικαιοσύνης νόμου, *Beza*, *Flatt.* al. i. q. δι' ἔργων νόμου esse putarunt, *Grot.* autem al. *sub conditione observandi legem Mosis* enarrarunt. Qui omnes loquendi usum violarunt, quod eam subtilitatem, quae ipsis placuisset, P. h. l. consectari aequum duxissent. Sed Ap. satis erat hoc dicere: non enim *per legem mos.* promissum Abrahamo obtigit i. e. non enim *lex mos. effecit*, ut Abrahamo promissum daretur. Cf. v. 16. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως sc, ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραάμ ἐστιν, qui l. eos quoque falli osten-

Digitized by Google

dit, qui διά de statu sumunt (2, 27. 4., II.) legem mos. habenti. ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ] aut ejus posteris. Ne in his v. cum Rueck. arguteris, qui ea parenthetica existimans vertit vel etiam (?) ejus posteris, memento Graecos et Romanos summâ constantiâ in negativis sententiis ἤ et aut, in affirmativis καί et et ponere solere. [Cic. Tusc. V, 17, 49. Nec in miserâ vitâ quidquam est praedicabile aut gloriandum —. Et est in aliquâ vitâ praedicabile aliquid et gloriandum —. v. Matth. 5, 17. cf. Rom. 3, 20.] Scilicet in his copulâ simpliciter plura in unum contulerunt, in illis voculis ἤ et aut lectores monuerunt, ut antecedens verbum cum iis quae traheret vocc. tacite repeterent: οὐ γὰρ δ. ν. ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ ἐγένετο, ἢ (scil. ἡ ἐπαγγ. ἐγένετο) τῷ σπέρματι αὐτοῦ i. q. οὐ γ. δ. ν. ἡ ἐπαγγελία ἢ τῷ Ἀβραὰμ ἢ τῷ σπέρμ. αὐτοῦ ἐγένετο: i. e. ad sensum: οὐ γ. δ. ν. ἡ ἐπ. τῷ Ἀβρ. ἐγένετο, αὐδὲ τῷ σπέρματι, αὐτοῦ διὰ νόμου ἡ ἐπ. ἐγένετο. V. not. ad Matth. 5, 17. Quare neque καί Cdd. 76. Mt. q. hic ferri potest et sensus, v. τῷ Ἀβρ. ἢ τ. σπέρμ. αὐτοῦ in negativâ sententiâ idem est, qui in affirmativâ (διὰ γὰρ δικαιοσύνης πίστεως ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβρ. καὶ τῷ σπ. αὐτοῦ ἐγένετο), verbis τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπ. αὐτοῦ subjectus foret. Continuo autem P. Abrahamum (αὐτόν) memorat, ut virum in hâc causâ primarium (Gen. 13, 15.). Scilicet Abrahami posteris promissum Deus dedit propter Abrah. h. e. quia essent Abrahami posteri. τὸ κλῆρ. αὐτὸν εἶναι κόσμου] neque enim per legem mos. promissio Abrahamo — obtigit, quod ad hoc attinet, quod mundi dominus est i. e. ad sensum: n. e. p. l. m. promissum A. obtigit, ut sit mundi dominus (s. quo sit m. d. h. e. quod eum mundi dominum constituat) i. q. ὥστε, εἶναι κ. τ. λ.. Procul igitur a vero aberraverit, qui ἔσεσθαι pro εἶναι dicendum fuisse putet. Cf. de Articulo Infinitivis ut res explicetur ita praeposito, ut ejusdem cum ὥστε potestatis sit Phil. 4, 10. 1 Thess. 4, 6. et qui ejus rationem acute aperuit *Herm.* ad Soph. Aj. v. 114.. τοῦ κόσμου] Articulum, quo non indigemus (Gal. 6, 14.: deest in A. B. C. D. F. G. 47. 73. 80. Damasc.) cum *Griesb.* et *Lachm.* abjeci. Non erat enim, quod a P. scriptus omitteretur. Contra eum desiderare poterant librarii. Messiam exteras nationes victas atque subactas sub populi judaici et in pristinam libertatem vindicati et ad summam rerum potentiam evecti imperium redacturum esse (Dan. 7, 27. Luc. 1, 67. sq. 24, 21. Act. 1, 6.) vulgata erat apud Judaeos opinio. Sed P. aliique rem imperio quo terrarum orbem Judaei regerent multo praeclariorem animis complexi, piis Messiae alumnis ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι re-

Digitized by Google

galem dignitatem vindicarunt, ubi cum Christo essent regnaturi et jus daturi angelis (v. 2 Tim. 2, 12. 1 Cor. 6, 2. cl. Apoc. 1, 6. 20, 6. Matth. 19, 28. Luc. 22, 30.). Quod decus jam antiquitus Deum quum V. T. oraculis piis Messiae cultoribus pollicitum esse tum Abrahamo ominatum jure quodam suo seriores Judaei crediderunt. Nihil enim Messiam peracturum esse putarunt, nisi quod vetera oracula futurum portendissent et consentaneum iis videri debebat, Abrahamum inclytum gentis conditorem, cui optima quaeque saepe Deus promisisset, ne hoc quidem Jehovam celavisse, destinatum esse et ipsi et posteris in Messiae civitate imperium. Atque Abrahamo promissum datum esse, quo *mundi dominus* constitueretur, diserte h. l. P. affirmat et similia contendunt Rabbini. Thanchuma 165, 1. Abrahamo — Deus possidendum dedit coelum et terram S. D. Gen. 14, 19. (Absurda vero argumentatio: quod Melchisedecus fausta Abrahamo precatus est a supremo Deo coeli et terrae domino [imo conditore], idcirco Deus Abrahamum coeli et terrae dominum fecisse censendus est!). Bemidbar R. 14, 202, 3. Hortus est mundus, *quem Deus tradidit Abrahamo*, cui dictum est: et eris benedictio Gen. 12, 2. (Ergo eo quod Deus Abrahamo dixit וְהְיֵה בְּרָכָה *et esto admodum fortunatus*, *mundum* Abrahamo tradidit!) Midrasch Mischle XIX. Mechilta in Ex. 14, 31. Non haereditate possedit Abrah. — mundum hunc et futurum, nisi per fidem S. D. Gen. 15, 6.. De eo disputari potest, quibus Genesis l. illud Abrahamo datum promissum contineri P. existimaverit. Quem istas Rabbinorum nugas probasse mihi non persuadeo verbisque ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ adducor, ut Ap. iis Genesis l. Abrahamo *mundi imperium*, h. e. *regalem in Messiae civitate dignitatem* portendi censuisse credam, ubi Abrahamo ejusque posteris *Palaestinam* Deus assignavit (v. Gen. 13, 15. cl. 12, 7. 15, 18.). Nam quum collocato in Palaestinâ pacatâ domicilio Hebraeis nihil vulgo videretur beatius (Ps. 25, 13. 37, 9. 11. al.), l. quae *Palaestinam* Abrahamo ejusque posteris haereditariam sedem constituerent *summae cujusque iis felicitatis* per ambages spem facere existimari poterant, quo modo Christus Matth. 5, 5. notionem: *summam regni mess. beatitatem consequi* hâc proverbiali loquutione, κληρονομεῖν τὴν γῆν, *Palaestinam sedem obtinere* enuntiavit. Eo autem facilius P., ut majorem et ampliorem fem, quam ut in Palaestinae possessionem venirent, Abrahami posteris l. l. promitti crederet motus est, si quum Gen. 13, 15. (cf. 17, 8.) v. עַד־עוֹלָם premeret neque posse Judaeos *Palaestinam in sempiternum*

Digitized by Google

incolere (Rom. 8, 19. sq. 2 Petr. 2, 12. sq.) et eos aliquando ad tempus Palaestinâ extorres in exsilium actos esse secum reputaverat. Sed ex h. l. ii l. explicandi sunt, in quibus P. *τὴν κληρονομίαν felicitatem in Messiae regno obtinendam* et *τοὺς κληρονόμους* eos vocavit, *quibus illa beatitas destinata sit.* Nam quum *mundi imperium*, quod homines pii in Messiae regno habituri essent, praecipua felicitatis ibi futurae pars esset, P. quae *ἡ κληρονομία τοῦ κόσμου* plene dicenda erat eam simpliciter *τὴν κληρονομίαν* nuncupavit intellectamque voluit, insigni rei parte pro totâ re memoratâ, *universam regni mess. beatitatem*, e multis ornamentis conflatam (Gal. 3, 18. Eph. 1, 14. 18. 5, 5. Col. 3, 24.). Item qui proprie *οἱ κληρονόμοι τοῦ κόσμου* appellandi erant, eos *τοὺς κληρονόμους* dixit *κατ' ἐξοχήν futuros in Messiae regno mundi dominos* h. e. *homines, quibus omnem regni mess. felicitatem* (non modo regalem potestatem ibi exercendam) *sperare jure liceat* (v. 14. Gal. 3, 29.), nisi quod nonnunquam acumen disputationi quaesiturus ab *heredis* significatu, quo v. *κληρονόμος* pollet, profectus est eosque homines *κληρονόμους θεοῦ* fecit, quos Deus bonorum suorum (h. e. summae, quam Messiae regnum afferret, felicitatis) heredes instituerit (Rom. 8, 17. Gal. 4, 7.). Permulti interpretes (*Orig.*, *Chrys.*, *Theophyl.*, *Grot.*, *Cornel. a Lap.*, *Heum.* al.) P. eorum l. sententiam, in quibus *omnes in terrarum orbe nationes per Abrah. fortunatum iri* Deus Abrahamo auguratur (Gen. 12, 3. 18, 18. 22, 18. cl. 26, 4.), hîc reddidisse opinantur. At vix intelligas, quî *mundi imperium* Abrahamo divinitus concessum ex illis l. duci potuerit. Jejune enim disputant, qui Abrah. mundi dominum eo evasisse contendunt, quod ex omnibus nationibus magnam hominum fidem habentium progeniem nactus esset. Esto tamen; quî tandem hoc pacto *Abrahami posteri*, ad quos et ipsos div. promissum spectet (v. 16.), *mundi domini* sint? Falsa est igitur ista opinio propterea, quod *τὴν κληρονομίαν τοῦ κόσμου* praeclarum quoddam non Abrahami tantummodo sed etiam posterorum ornamentum esse contexta oratio ostendit. Iisdem argumentis *Mori*, *Jasp.* al. ratio convellitur, qui P., quum Abrah. mundi dominum diceret, l. Genes. 17, 4. sq. contuitum hoc sibi voluisse putant, esse eum multarum gentium parentem et conditorem. Alia magis etiam sinistra consilia de industriâ reticeo. *ἀλλὰ σὺ δικ. πίστ.*] At prius promissio Abrahamo data est (Gen. 12, 7. 13, 15.), quam Deo fidem praebuisset (Gen. 15, 6.). Hanc difficultatem P. nec sensisse nec curasse *de Ammoni* facile largior. Neque enim allegoretae in eo potissimum

laborant, ut suae disputationes cum rerum actarum memoriâ accuratissime conspirent. Alioqui P., quum e fide natam integritatem Abrahamo div. promissum comparavisse affirmaret, sic sensisse dicerem, Deum Abrahamo neque fausta promissurum fuisse (Gen. 12, 2. sq. 13, 15.), nisi viri fidem Gen. 15, 6. (ut hominum more de Deo loquar) *praevidisset*, neque datum promissum postea repetiturum, ac confirmaturum fuisse (Gen. 17, 3. sq.), nisi Abrah. fidem habuisset (Gen. 15, 6.). V. 14. et 15. Multi explicatores (v. c. *Grot.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Mor.* al.) legem mos. Abrahamo div. promissum paravisse idcirco P. recte negasse (v. 13.) observant, quod illa lex quattuor fere post Abrahami obitum seculis exactis lata sit. Hoc verum quidem est (Gal. 3, 17.), sed non in rem suam h. l. convertit Ap., qui apagogicam argumentationem ingressus Abrahamum *e fide natae integritati* Dei promissionem acceptam referre (v. 13.) eo demonstret, quod altera sententia absurda sit, *legem mos.* Abrahamo promissum attulisse (v. 14.). Nempe quod P. v. 13. dixit hâc nititur, quam pro concessâ sumtam tacuit, sententiâ: promissum Abrah. assequutus est *aut* per legem mos., *aut* per integritatem e fide ortam. Quare ad disjunctivum syllogismum P. disputatio redit: promissum Abr. ass. est *aut* per legem mos., *aut* p. integritatem e fide ortam. Atqui absurdum est prius (v. 14. 15.); verum igitur posterius est (v. 16.), quod propugnavi (v. 13.). V. οἱ ἐκ νόμου sc. ὄντες vi suâ neque eos qui legem mos. vere observent (*Heum.*, *Kopp.* al.) denotant, neque eos qui lege mos. nitantur, i. e. τοὺς ἐργαζομένους v. 4. (*Beza* al.), sed eos declarant qui legi mos. subjecti vivant i. e. Mosis discipulos. Atque hunc sensum vel orationis perpetuitas flagitat. Nam si *lex mos.* Abrahamo ejusque posteris div. promissum conciliaverit (v. 13.), fieri nequit, quin *qui in legis mos. disciplinâ sint* Judaei bonis promissis potiantur. Temere et pro arbitrio multos interpretes (v. c. *Bezam* et *Rueck.*) post κληρονόμοι (sc. εἰσί) μόνον mente adjicere facile intelligat, qui P. hoc vs. sententiam: διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ ἐγένετο. ut absurdam tollere meminerit (cf. supra). κεκένωται ἡ πίστις] *Theodoret.*, *Phot.* ap. *Oecum.*, *Grot.*, *Cram.*, *Boehm.* al. supplent τοῦ Ἀβραάμ h. s.: *vana est Abrahami fides, nihil Abrahamo sua fides profuit*; quod quum libris s. repugnet Gen. 15, 6. absonum est. Ita nimirum P. scripsisset: εἰ γὰρ διὰ νόμου κληρονόμος ἐστὶ κεκένωται ἡ πίστις αὐτοῦ. Qui quum τοῦ σπέρματος Ἀβρ. v. 13. ratione habitâ εἰ γ. οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι dixerit, τὴν πίστιν *fidem* esse in universum apparet, h. m.:

nam si homines legem mos. amplexi mundi domini (i. e. ii qui regni mess. felicitate potiantur) *sunt* [qui *si lex mos.* Abrahamo ejusque posteris Dei promissum paraverit v. 13. certissime sunt] *inanis reddita est* [ergo inanis est, κενή ἐστιν v. *Win.* gr. p. 222.] *fides et abolita est Dei promissio.* Prior sententia (κεκένωται ἡ πίστις) perspicua est (nam si quod A. efficere crediderit id vere efficiat B., nihili esse A. vel homo tardus assequitur; v. Gal. 3, 18.); unde nullo eam argumento P. munit; posterior (κ. κατήργηται ἡ ἐπ.) non item plana est (plures enim fingi causae possunt, ob quas hoc pacto Dei promissum ad irritum ceciderit); quare eam Ap. v. v. 15. ὁ γ. ὀ. κατεργάζεται ratione fulcit. Debet autem homini christ. sententia absurda videri, quâ probatâ tum fidem, summi pretii rem, ut vanam et inanem spernere tum sic existimare cogatur, promissum Abrahamo ejusque posteris a Deo datum eventu destitui. *Καί* quod E. Vulg. Clar. Germ. Ambrosiast. Pelag. probante *Millio* Prol. §. 451. om., excidit ob eq. κατήργηται. καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία] *Heum., Cram., Kopp., Mor.* al. hanc Paulo rationem subministrant: *quia hoc pacto regni mess. beatitatem suâ quisque virtute* (h. e. obsequio legi mos. praestito) *sperare parat, non eam Dei ultrò pollicitantis liberalitati debet* (v. 4.). Aliam ei *Calv., Beza, Rueck.* al. suggerunt, nempe hanc: irrita est Dei promissio] *nam quum ea sit hominum imbecillitas, ut legi mos. satisfacere nequeant, nemo hoc pacto Abrahamo ejusque posteris promissa felicitate potiatur* (quod absurdum; neque enim Dei promissa irrita esse possunt). Quodsi alterutrum amplexus verba κ. κατήργηται ἡ ἐπ. nullo P. argumento firmasse putaris, ut sobrie egos, v. v. 15. ὁ γὰρ ν. ὀ. κατεργ. ad v. 13., cujus sententiam directo quodam post indirectum (s. apagogicum) quod v. 14. inest argumento corroborent, referre debueris (v. *Kopp., Boehm.* al.). Quae quidem ratio simplicitatis commendationem non habet. Hinc *P. ipsum* vocc. κ. κατήργηται ἡ ἐπ. aliquo argumento munivisse credo verbis v. 15. ὁ γὰρ ν. ὀ. κατεργάζεται. In his praecipuum pondus habet v. ὀργήν, cui tacite opponatur σὺ χάριν (attende ad v. ἵνα κατὰ χάριν v. 16.). Nimirum hanc sententiam: *si lex mos. felicitatem messianam hominibus conciliet, irritum est Abrahamo ejusque posteris datum Dei promissum* eo P. probat, quod legis mos. div. iram irritantis poenasque procreantis vis promissi et a Dei liberalitate profecti et optima quaeque omnantis naturae repugnet, ut vigente lege mos. liberalis ac benigni Dei promisso locus esse possit nullus: hoc pacto promissum antiquatum est; nam lex mos. Dei iram (ergo

Digitized by Google

etiam poenas) parit (non, ut div. promissum, liberalitates et beneficia). Sententiam: ὁ γὰρ ν. ὀ. κατεργάζεται. veram esse Ap. docet verbis: οὗ δὲ οὐκ ἔστι νόμος οὐδὲ παράβασις. ου γάρ] οὗ δέ A. C. 10. 31. Mt. q. Copt. Syr. p. in m. Theodor. Theoph. Ambr. Ruf., quod *Grotio* et *Griesb.* probatum recepit *Lachm.*. Haec Cdd. varietas sententiae summam non mutat. Nam servato γάρ antecedentia confirmari particulâ in ratione reddendâ poni solitâ diserte indicatur; suscepto δέ ratio redditur voce *autem* explicationem per oppositionem ante dictis annectente (v. *Herm.* ad Vig. p. 845.). Praetuli δέ et ut altero aptius (attende ad oppositionem: ὁ γὰρ νόμος ὀ. κατεργ. — οὗ δὲ οὐκ ἔστι νόμος —) et quoniam proximos vs. (13.—15.) in quibus ter legitur γάρ, ut scribae ad γάρ deerrarent fecisse suspicor. Sed idoneum argumentum, quo sententia: ὁ γ. ν. ὀ. κατεργάζεται: probetur, verbis οὗ δὲ — οὐδὲ παράβασις inesse confitebitur qui tria rite perpenderit; unum, v. νόμος non esse ein Gesetz, sed das Gesetz (legem mos.); alterum, v. παράβασις multum ab ἁμαρτίας voc. distare (nam παραβαίνει qui legem promulgatam violat, qui ex propositâ formulâ non vivit aut ad normam extrinsecus datam vitam non dirigit: v. Lex. s. v. παραβαίνω, παράβασις et παραβάτης: ἁμαρτάνει qui facit quae Deus fieri nolit; quare ante legis mos. promulgationem *peccari* poterat, cf. 5, 13. *violari lex mos.* non poterat, ante quam lata esset); tertium, legis mos. violationem (τὴν παράβασιν) P. h. l. pro re commemorare, quam Deum ad iram et vindictam provocare nemo ignoret (Exod. 20, 5. Deut. 27, 26.). Quocirca P. sic argumentatur: lex mos. iram poenasque parit; ubi autem non est Mosis lex, ibi ne *violatio* quidem ejus legis est *irae poenarumque procellas excitans*. Ex his rationem concludere non arduum est: *ergo* legis mos. violatio iras coelestes poenasque pariens ibi est tantummodo, ubi lex mos. sit h. e. igitur *lex mos. iram poenasque gignit*. V. 16.—21. Postquam P. hanc sententiam: οὐ διὰ νόμου ἡ ἐπ. τῷ Ἀβρ. ἢ τῷ σπ. α. (v. 13.) quia absurda sit, probari non posse docuit (v. 14. 15.), veram esse alteram (διὰ δικαιοσύνης πίστεως ἡ ἐπ. τῷ Ἀβρ. καὶ τῷ σπ. α. v. 13.), quandoquidem dubitari nequeat, quin *alteutri* locus sit (v. not. ad v. 14.), verbis διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως colligit. Quod qui consideraverit, v. διὰ τοῦτο ad v. 14. 15., qui quam absona sit altera sententia ostendunt, referenda esse et post vocc. ἐκ πίστεως e vs. 13. mente addendum esse ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραάμ ἐστι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ haud difficulter intelligat; *quare* (i. e. quoniam Dei promissum temere a *lege mos.* repeteretur

Digitized by Google

v. 14. 15.) *fidei Abrah. ejusque posteros Dei promissionem acceptam referre existimandum est.* Non accurate *Mor., Rueck.* al.: *διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως*] scil. *ἡ κληρονομία ἐγένετο:* male *Luther. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως*] sc. *ἡ δικαιοσύνη* (unde haec?) *ἐστίν.* (Derhalben muß die Gerechtigkeit durch den Glauben kommen). *ἵνα κατὰ χάριν*] *ἦ*, quod post *ἵνα* in nonnullis subsidiis (A. 45. 80. Arm. Theoph.) *e gloss.* legitur, *cogitando* adjiciendum est. Recte enim verba omittuntur, quae omissa esse e loci nexu et structurâ lector facile cognoscat. Soph. El. v. 361. *μηδὲν πρὸς ὀργήν* (scil. *λέγε*), *πρὸς θεῶν.* 2 Cor. 8, 13. *Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις ὑμῖν δὲ θλῖψις* (sc. *ᾖ*), *ἀλλ' ἐξ ἰσότητος ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα* (sc. *γενέσθω*), *ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα, ὅπως γένηται ἰσότης.* Gal. 2, 9. 5, 13. Cic. D. N. D. 2, 4, 11. Augures rem ad senatum (sc. rettulerunt). De Off. 1, 11, 33. — ut et ipse ne quid tale posthac (sc. faciat s. committat) —. H. l. P. consulto *ᾖ* reticuisse videtur, tum ut v. *ἵνα κατὰ χάριν* abruptae voci *διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως* melius responderent, tum ob proxima v. *εἰς τὸ εἶναι βεβ. τὴν ἐπαγγελίαν κ. τ. λ.* Sensus: hinc *fidei* Abrahamum ejusque posteros promissum debere statuendum est, ut pro *benevolentiâ* eveniat. Nempe promissi *notionem* exigere, ut e *liberalitatis* fonte fluat (v. ad v. 14. 15.) reique notionem tolli, si quis promissionem a lege mos. *coelestes iras* pariente, non beneficiis homines afficiente, repetere sustineat Ap. v. 15. monuit. Vocem *εἰς*, quam plerique de eventu sumunt (ita ut), melius *finem* indicare existimes, ita quidem, ut eam a v. *ἵνα κατὰ χάριν* suspendas. Pulchre enim hoc modo P. *fidei* promissum tribuendum esse dicit, ut scopuli evitentur, ad quos allisi naufragium faciant; qui *legi mos.* promissum tribuant (v. 14. 15.): quare *ob fidem* Abrah. ejusque familiam Dei promissum habere credi par est, ne [quod promissi notio et natura poscit; cf. supra] non sit benevolentiae documentum, ut [*sic* h. e. quum sit benignitatis documentum] *certum firmumque* sit promissum toti familiae [non *irritum* sit; quod nihili sane esset, si *lex mos. iram poenasque spirans* promissum Abrahamo attulisset; cf. v. 14. *κ. κατήργηται ἡ ἐπαγγελία.*]. *βεβαίαν*] Thomas Mag.: *βέβαιος ἐπὶ θηλικοῦ κρεῖττον, ἢ βεβαία.* Constanter hanc formam *ἐπὶ θηλικοῦ* N. T. scriptores ponunt (v. Lex.), quae ne Demostheni quidem aut Isocrati displicuit; v. Thomae interpretes et *Wetst.* ad h. l.. Vulgatus al. (v. *Sabatier.*) vertunt: ideo ex fide, *ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini* —. Nimirum quum

Digitized by Google

ex eorum Cdd. ἵνα ὁδ sq. κατά excidisset, v. κατὰ χάριν cum vocc. sq. εἰς τὸ εἶναι κ. τ. λ. arcte colligarunt. Nunc P. παντὶ τῷ σπέρματι explicat verbis οὐ τῷ — Ἀβραάμ. Vocabulis οὐ τῷ ἐκ τ. ν. μόνον scil. σπέρματι non omnes sane Judaei, sed fidem habentes tantummodo comprehenduntur. Causa haec est, quod homines *fidem praebentes* τὸ σπέρμα Ἀβραάμ efficiunt (cf. v. 11. 12.), unde Syr. p. παντὶ τῷ σπέρματι recte explanat παντὶ τῷ πιστεύοντι. Interpolarunt hunc l. v. μόνον et καί deletis (F. G. al. *omnibus posteris, non Judaeis, sed Abrahami fide imbutis,*) qui neque hanc rem percepissent neque quo jure *fidem habentes gentiles* τὸ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ σπέρμα (ita enim v. copularunt) vocentur, quippe quod homen non minus bene in *credentes Judaeos* convenire videretur intellexissent. Genitivus Ἀβραάμ neque e v. παντὶ τῷ σπέρματι aptus est (haec enim junctura perplexa est; v. Oec., Kopp. al.), neque e v. πίστεως (Luther., Vatabl. al.), sed a v. σπέρματι pendet, quod ante Ἀβραάμ, non post Ἀβραάμ, cogitatione *supplendum* esse in promtu est (cf. — Ἀβραάμ, ὅς ἐστι κ. τ. λ.): — *omnibus* posteris, non iis tantum qui legi mos. olim addicti jam *posteri sint* (ergo qui nunc fidem habeant Judaei), verum etiam iis qui quum fidem praebeant (tametsi in Mosis leges nunquam juraverint; dicuntur credentes gentiles) *posteri sint ejus Abrahami, qui* —. Non addidisset P. Genitivum Ἀβραάμ, nisi justas summi viri laudes multis et gravibus v. celebrare constituisset. Nempe usque ad finem v. 21. una volvitur periodus (— Ἀβραάμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν —, v. 18. ὃς — ἐπίστευσεν — v. 19. καὶ — οὐ κατενόησε κ. τ. λ.). Quod neminem praeterisset, si P. v. 19. καὶ ὃς — οὐ κατενόησε κ. τ. λ. (— ejus viri, *qui* —, *qui* — *et qui* —.) scripsisset. Sed variavit v. 19. modo saepe obvio structuram (— ejus Abrahami, *qui* —, *qui* — *neque* — *est intuitus* —. v. Act. 11, 5. Eph. 1, 20. not. meam ad Marc. p. 70. et *Schaef.* ad Plutarch. IV, p. 323. et 342.). Nunc hujus l. ratione parum intellectâ post v. 17. plene vulgo interpungunt, quo tamen consilio structurae variatio v. 19. non tollitur. ὅς ἐστι πατὴρ π. ἡ.] quem *nos omnes*, quotquot fidem praebemus (tum Judaei tum gentiles), *parentem* habemus, quo posito summae felicitatis promissum ad nos pertinere sequitur (v. 13.). V. 17. Sententiam verbis v. 16. ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν subjectam librorum s. testimonio Ap. firmat, afferens Genes. 17, 5. LXX.. Ubi quod Abrah. πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν ut multarum nationum *progenitor* (Genes. c. 25.) dicitur P. in hanc partem explicat, multarum nationum

homines *Abrahami fidem aemulatos* summi viri posteros (h. e. similes) exstituros esse (v. 11. 12.). *τέθεικά σε*] posui h. e. feci, constitui te. Cf. Hebr. 1, 2. Pind. Pyth. 9, 92. *ἔνθα νιν ἀρχέπολιν θήσειε.* V. *καθὼς — τέθεικά σε* male vulgo uncis includuntur, quum eorum ratio habeatur in vocc. proximis *κατέναντι — θεοῦ. ἐπίστευσε*] *ἐπίστευσας* (coram Deo, cui *tu, Abrahame*, fidem habuisti) F. G. (Cdd. foede interpolati) Syr. Erp., Cdd. lat., Ambrosiast. Vigil. Pel., quam scripturam reddidit *Luther*. At ex eorum correctione manavit, qui vocc. *κατέναντι — θεοῦ*, difficiles explicatus habere visa si *ἐπίστευσε* legeretur, Dei dicto *ὅτι π. π. ἐ. τέθεικά σε* contribuenda putavissent. Valet *κατέναντί τινος aliquo judice* i. q. alias *ἐναντίον τινός* Luc. 24, 19. Judith. 1, 11.; cf. Jos. 6, 26. לִפְנֵי יְהוָה. *κατ. οὗ ἐπ. θεοῦ*] i. e. *κατέναντι τοῦ θεοῦ ᾧ ἐπίστευσε.* Attractio quae verba Dativum regentia contingat rara est illa quidem, sed usitata tamen. Plat. Protag. p. 361. fin. Steph. — *ἐπεὶ καὶ περὶ σοῦ πρὸς πολλοὺς δὴ εἴρηκα, ὅτι ὧν* (i. e. *τούτων οἷς*) *ἐντυγχάνω πολὺ μάλιστα ἄγαμαί σε* —. Rep. VII. p. 531. e. — *Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλίγοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα.* Jam v. *κατέναντι οὗ ἐπ. θεοῦ* ita ad vocc. v. 16. *ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν* pertinent, ut *κατέναντι τοῦ θεοῦ, Deo judice*, ad v. *ὅτι π. π. ἐ. τέθεικά σε*, quae Genes. 17, 5. *Deus* pronuntiaverit, respiciat. Ceterum non temere P. Abrahami *fidem* (*ἐπίστευσε*) commemorat, sed ut pietatis specimen, quod Abrah. Deo dederit. Unde Ap. praeclare haec enuntiat: — ejus Abrahami, *qui nostrûm omnium parens est* quum haec *Deus Abrahamo* in libris s. *dicat*: multarum te nationum parentem constitui, *Deo judice, in quem Abrah. pius fuit fide quam haberet.* Mirum est, multos interpretes hanc simplicem aptamque enarrationem non assequutos portentosas interpretationes iniisse. Chrys., Theophyl., schol. Matth., Erasm. al. *κατέναντι τοῦ θεοῦ* i. q. *ὁμοίως τῷ θεῷ* esse fingunt: *qui* (Abrah.) *omnium nostrûm parens est — ad exemplum Dei* — h. e. *sicut Deus omnium parens est et nutritor.* Qui rem sic animo concepisse videntur: welcher Vater von uns Allen ist — Gotte gegenüber —. cl. diversi generis l. v. c. Sap. 7, 9. *οὐδὲ ὡμοίωσα αὐτῇ* [*τῇ σοφίᾳ*] *λίθον ἀτίμητον, ὅτι — ὡς πηλὸς λογισθήσεται ἄργυρος ἐναντίον αὐτῆς* (argentum, si e regione sapientiae ponatur h. e. si cum sapientiâ conferatur). At praeterquam quod nemo unquam sic loquutus est: *πατήρ εἰμι κατέναντί τινος sum pater sicut alius pater est*, absurda, ne dicam impia, sententia est, quâ Abrah. omnium fidem habentium hominum pater voca-

Digitized by Google

tur, quemadmodum Deus parens sit omnium. Facit Theodoret. cum Chrys. nisi quod *κατέναντι οὗ κ. τ. λ.* cum v. *ὅτι πατέρα π. ἐ. τ. σ.* copulasse videtur, quod absonum est, nisi *ἐπίστευσας* susceperis. *Schleusn.* in Lex. I, 1237., *Reichard* al. explanant: qui nostrûm omnium parens est — *propterea quod* fidem habuit Deo. Si *κατέναντι οὗ* idem valeret quod *ἀνθ' οὗ* (id vero nego et pernego), hoc pacto *θεῷ*, non *θεοῦ*, scribendum fuisse apparet (nam *οὗ* foret Neutrum). *Grotius* interpungit: *Κατέναντι οὗ ἐπίστευσε; θεοῦ τοῦ κ. τ. λ. Quo teste Abrah. credidit? teste Deo, qui*, etc.. Hoc sic enuntiandum fuerat: *κατέναντι τίνος δὲ ἐπίστευσε; κατέναντι θεοῦ τοῦ κ. τ. λ.*. Sed talia referre, non modo refutare piget. Unum addo, male *Lachm.*, deceptum ut videtur lectione *ἐπίστευσαν* (ita D*. Aeth.) quae non afferat nisi *ἐπίστευσας* depravatum, verbis v. 16. *οὐ τῷ — τέθεικά σε* v. 17. in parenthesin conjectis, *κατέναντι οὗ κ. τ. λ.* cum v. v. 16. *εἰς τὸ εἶναι βεβ. τ. ἐπ. παντὶ τῷ σπέρματι* conjunxisse: ut promissum firmum sit omnibus posteris — apud Deum, cui fidem *praebuissent* (imo *praebeant*, *πιστεύει* sic merito exspectes: v. v. 24.). Non hoc fecisset V. D., si P. v. 16. — 21. quum Abrahami decora referre tum *viri fidem* et concitato animo et amplis verbis extollere vidisset (— *Ἀβραάμ, ὅς ἐστι* —, *ὃς ἐπίστευσε — καὶ οὐ κατενόησε* —. v. ad v. 16.). Verbis *τοῦ ζωοπ. — ὡς ὄντα* summam Dei potentiam describi in promtu est; neque illud obscurum, earum rerum mentione hanc Dei virtutem celebrari, quibus lux affundatur iis, quae de Abrahamo hominum fidem praebentium patre modo dicta sunt. Ratio enim postulat, ut rem descripturus eas quovis l. notas apponas, quas maxime commemorari praesens causa exigat, et mirum sit, si Ap. non modo hanc legem violarit, alias relligiose servatam (v. v. 4. et 24.), sed etiam, quum Deum omnia posse simpliciter his v. eloqui potuisset: *τοῦ πάντα δυναμένου*. hâc verborum magnificentiâ delectatus sit: *τοῦ ζωοπ. — ὡς ὄντα*. Sed errarunt interpretes, quum v. *τοῦ ζωοπ. — ὡς ὄντα* ad Abrahami fidem, nonnisi *obiter* memoratam (*κατ. οὗ ἐπίστευσε θεοῦ*) respici putarent, ut ex iis, fuisse quod Abrah. Deo confideret, appareret. *τοῦ ζωοπ. τ. νεκρούς*] *Theophyl.*, *Grot.*, *Chr. Fr. Schmid.* al. *qui hominibus mortuis* (*decrepitis*, qualis fuit Abrah.) *vitam* (vim liberos procreandi) *reddit* (verum enimvero *νεκρός* non est i. q. *νενεκρωμένος decrepitus* v. 19.): *Oecum.*, *Rueck.* al.: *qui homines mortuos in vitam restituit* (ut eum multo facilius Abrahamo, decrepito seni, viri robur reddere potuisse intelligas). Imo v. *τοῦ ζωοπ. — ὡς ὄντα* illustrant prima-

Digitized by Google

riam sententiam: esse Abrah. hominum quotquot fidem habeant, divinitus constitutum parentem (ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν — κατέναντι — θεοῦ). Quod si ita est, solis v. καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα Abrahamo ejusve suboli alluditur, vocc. autem τοῦ ζωοπ. τ. ν. (quae quum P. scriberet, *Christus* ei ab inferis excitatus obversatus esse videtur cf. v. 24.) eo fine praemissa sunt, ut quum homines mortuos *nondum natis* opposuisset *utrisque* Deum pro suâ omnipotentiâ vitam largiri Ap. affirmaret. (Nam τὰ μὴ ὄντα, quum τοῖς νεκροῖς qui *olim* vixerint ex adverso ponantur, homines sunt *nondum* in lucem editi, i. q. κ. καλ. τοὺς μὴ ὄντας ὡς ὄντας. Neutrum de personis tum collocari, quum aliquis de iis generatim loqui constituerit, constat; cf. 1 Cor. 1, 27. 28. et *Schaef.* ad Plut. VI, p. 480. ad v. τὰ ἔχθιστα καὶ πολεμιώτατα h. e. τοὺς ἐχθίστους καὶ πολεμιωτάτους.). Quare probari nequit nisi interpretatio, quae tum τὰ μὴ ὄντα ad homines nondum natos et ὄντα ad homines natos referat, tum verbo καλεῖν notionem subjiciat, quâ verbo ζωοποιεῖν belle respondeat. Male *Jasp.*, *Schott.* al.: et qui *omnia*, *quae* nondum sunt, pariter quam *ea quae* adsunt oriri jubet. Sane Deus res nondum procreatas vocat (καλεῖ, קָרָא Jes. 41, 4. Sap. 11, 25.) i. e. *arcessit* hoc effectu, ut *se sistant* h. e. esse incipiant. Sed quae jam adsunt ea Deus non arcessit, sed *arcessivit* i. e. oriri jussit. Quare his v. opus erat: καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, καθὼς ἐκάλεσε τὰ ὄντα. Item *Beneckii* enarrationem improbo, qui cl. Ps. 139, 16. Jer. 1, 5. explicat: qui homines nondum natos ut natos *tanquam suis nominibus vocat* (i. e. *accuratissime novit*) i. q. qui naturarum, priusquam ratione praeditae vivant, potentissimus dominus est. Neque enim simplex καλοῦντος nisi v. τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν (LXX Jes. 45, 4.) adjectis illam vim habet, et si haberet hanc potestatem amplexus pulchram oppositionem everteres, quam P. inter ζωοποιεῖν τοὺς νεκροὺς et καλεῖν τὰ μὴ ὄντα ὡ. ὅ. intercedere voluisset (v. supra). Hinc ea quoque mihi nunc displicet quae aliquando satis placuit interpretatio: *et qui* (ut herus servos s. imperator milites cf. Jes. 40, 26.) *vocat* (i. e. arcessit) *quae non sint sicut res quae sint* h. e. qui rebus nondum procreatis potenter imperat, sicut imperat procreatis. Sententiam quae requiritur *Chr. Fr. Schmidii*, *Cram.*, *Kopp.*, *Naebii* al. explanatio praestat, qui v. καλεῖν significatum *dogmaticum* in N. T. saepe obvium tribuunt, ut sit *ad regni div. felicitatem invitare* (1 Thess. 2, 12. Rom. 8, 30. al.). Quae vocatio quum simul sit *ad vitam aeternam* invitatio (1 Tim. 6, 12.), bella sane exit sententia: —

Digitized by Google

ejus Abrahami, qui nostrûm omnium quotquot fidem praebemus parens est — Deo, cui fidem pie Abrah. habuit, judice, *qui mortuos in vitam revocat* et *homines nondum in lucem editos* tanquam editos *ad vitam aeternam* invitat i. e. ejus Abrahami, quem nostrûm omnium fidem habentium (ut promisso Abrahamo dato potiremur v. 13. 16.) patrem *Deus* ab illo pie cultus declaravit, *qui* quum mortuos (ut Christum v. 24.) in vitam restituat et nondum natos tanquam natos ad vitam aeternam invitet (ut *nos* invitavit Abrahamo Gen. 17, 5. multarum nationum parente constituto), vel *non viventium* fortunam moderatur h. e. *omnipotens* est. (Specie magis quam re iste usus v. *καλεῖν* in N. T. concordat cum קָרָא Jes. 42, 6. 48, 12. et sim. l.. Nam v. *καλεῖν invitandi* notio subest; contra "פ קָרָא de Jehovah, tanquam *rege*, illic dictum notat alicujus nomen enuntiare h. e. decus in aliquem conferre. Scilicet eorum, quos honoribus praefectos volunt, nomina et sciunt reges et usurpant, humilis vulgi homines, quorum rationem haberi nolunt, nec sciunt quî vocentur nec curant: Jes. 49, 1.). Quodsi in istâ explicatione nude positum *καλοῦντος* cuipiam displiceat, quum plenam dictionem *καὶ εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν καλοῦντος* 1 Tim. 6, 12. exspectarit, ei hoc unum restat, ut *Lutheri*, *Elsneri*, *Heum.*, *Carpzovii* al. enarrationem: et qui quae *non sunt* (i. e. vitâ carent) vocat *ut sint* (h. e. vivant: v. Matth. 2, 18. Eur. Iphig. T. 565. *ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί*;) idoneis argumentis stabilitam defendat. Ac frustra sane, ut *ὡς ὄντα* i. q. *εἰς τὸ εἶναι* pollere ostenderent aut loquutiones plane legitimas *παράγω* (Philopatris c. 13.), *ἀναφαίνω* (Philo de Mose l. III. ed. Mang. II, 176.) *τι ἐκ τῶν μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι, τὰ μὴ ὄντα καλεῖν εἰς τὸ εἶναι* (Philo de Justitiâ ed. Mang. II, 367.) antestati sunt, aut, ut *Elsn.*, l. attulerunt, in quibus *ὡς* Participiis vel formâ suâ vel usu temporis futuri adjungitur, ut rem futuram Futuro enuntiatam efficiendi consilium mente aliquem cepisse indicet (v. *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 1120. sq.) Xenoph. Cyr. 1, 3. 11. *ἐπειδὴ δὲ ἡ Μανδάνη παρεσκευάζετο ὡς ἀπιοῦσα* (quum — se componeret *ut abitura* i. e. captum abeundi consilium ipso apparatu declarans) *πάλιν πρὸς τὸν ἄνδρα, ἐδεῖτο αὐτῆς ὁ Ἀστυάγης καταλιπεῖν τὸν Κῦρον.* Aristides sacr. serm. V. p. 622. Cant. *ἀνίσταμαι καὶ συσκευάζεσθαι τοῖς οἰκέταις εἰπὼν ὡς αὐτίκα ἐξιόντας* (ut continuo iter facturos i. e. ut quos extemplo se itineri committere vellem), *ἐξήλαυνον* —. Neque felicius *Vater.*, ut *Lutheri* explicationem firmaret, P. structuram hebr. שׂוּם פ" (נָתַן) imitatum esse contendit. Quae quum huc re-

redeat: *facere rem ut alia res comparata est* Gen. 32, 13. 1 Reg. 19, 2. Jes. 41, 2., *τιθέντος s. ποιοῦντος* pro *καλοῦντος* hoc pacto requiri apertum est. Hinc alicui in mentem veniat, voculae *ὡς*, cujus l. *Mangey* ad Phil. II, 367. *εἰς* conjecit quod est in Cd. 37., praepositionis vim (*Herm.* ad Soph. Trach. 365.) vindicare h. s.: et qui nondum viventes *ad tales qui vivant vocat* (i. e. viventibus adjungit). Sed hoc valde contortum. Superest igitur, ut *ὄντα* Accusativum effectus (*Herm.* ad Vig. p. 897. sq. *Schaef.* ad Greg. p. 533. Phil. 3, 21. 1 Thess. 3, 13.) arbitratus *ὡς ut tanquam*, ut rem describat (Eur. Iph. T. 670.) interpreteris: et qui nondum viventes vocat, ita ut vocando evadant *ut viventes* i. e. *tales qui vivant* (i. q. *κ. καλ. τὰ μὴ ὄντα ὥστε εἶναι αὐτά*). Sententia optime comparata est: Abrahamum nostrum omnium fidem praebentium parentem (ut ejus familiae insertis promissa felicitas obtingeret v. 13. 16.) *Deus* ab eo pie cultus pronuntiavit, qui quum mortuos (ut Christum v. 24.) in vitam revocet et nondum viventes hoc effectu vocet (arcessat), ut vivant (sicut nobis, de quibus nondum natis bene ominatus est Genes. 17, 5., vitam etiam largitus est), et mortuis imperat et nondum natis (h. e. qui *omnipotens* est.) Sed haec quoque explicatio mihi aspera et coacta videtur; unde v. *καλεῖν* significatum *dogmaticum* h. l. subesse credo (cf. supra.) V. 18. Qui *παρ' ἐλπίδα* h. l. *praeter expectationem* (Dionys. Hal. A. R. 6, 25. *τὸ παρ' ἐλπίδα τῆς ἐφόδου* necopinata incussio) explicaret venustum oxymoron everteret, quod P. pietatis vim, quâ Abrahamus Deo prorsus confideret, celebraturus de industriâ consectatus est: *qui praeter spem* (i. e. quum nulla ei spes esset per naturae leges propter et suam et uxoris summam senectutem v. 19.; ergo *sine spe*) *cum spe* (bei Hoffnung 1 Cor. 9, 10. i. e. spem alens) *fidem habuit*. Schol. Matth. *παρ' ἐλπίδα*] *τὴν κατὰ φύσιν λέγει. ἐπ' ἐλπίδι δὲ τῆς τοῦ θεοῦ ὑποσχέσεως.* Ita etiam Chrys., Theodor., Theoph. al.. Quâ ratione probatâ aut sic enarrare debeas: qui sine spe (humanâ) *propter* (Diod. Sic. 13, 21. *οἱ γὰρ — ἐπ' ἐλπίδι σωτηρίας τοῦτο πράττουσιν.*) spem (div. promissi) fidem praebuit, aut in hunc m. explicare: qui sine spe (humanâ) *spe* (*div. promissi*) *confisus est* (cf. *πιστεύω ἐπί τινι* Rom. 9, 33.). At illi *pro arbitrio ἐπ' ἐλπίδι* ad spem, quam *div. promissum* Abrahamo fecisset, rettulerunt. Permulti (v. c. Syrus, Theophil., Beza, Wolf., nuper Rueck.) v. *εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν* (imo *αὐτὸν*) *π. π. ἐ.* rem, ad quam Abrahami fides spectarit, inesse opinati exponunt: *qui — credidit fore se multarum nationum parentem*. Erraret qui *γενήσεσθαι* hoc pacto scribendum fuisse

Digitized by Google

contenderet (v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 751.: nempe qui *ἐλπίζω νικῆσαι* dicit rei quam speret rationem habet tantummodo: spero *victoriam*; qui *ἐλπίζω νικήσειν* scribit se *nondum habere* quod speret secum cogitat: spero me superiorem *discessurum*.) Sed duo isti consilio officiunt: unum, quod structura: *πιστεύω εἰς τὸ εἶναί με τι* improba seu nulla potius est: alterum, quod si P. *Abrahamum praecisâ spe sperantem credidisse se multarum nationum parentem exstiturum esse* affirmare voluisset, ejusmodi l. V. T. proferendus fuerat, qui *hanc* sententiam confirmaret h. e. qui adjunctam div. promisso *fidem* attestaretur. At l. citavit, quo non nisi v. *εἰς τὸ γεν. — ἐθνῶν* illustrarentur. Quare v. *ὃς παρ' ἐλπίδα — πολλῶν ἐθνῶν duae* sententiae subjectae sunt. Male sane *εἰς* de fine explices cum *Heum.* al.: qui — credidit, *ut esset* —. Neque enim lucri spe motus, sed numinis reverentiâ et pietate adductus v. 20. 21. Deo Abrah. credidit. Imo *εἰς eventum* declarat (*Kopp.*, *Boehm.*, *Flatt.* al.), quo admisso sententia optime habet, si *εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν π. π. ἐ.* ita ab *ἐπίστευσεν* suspenderis, ut ad Abrahami *animum* referas: qui spe abscissâ spem cogitans credidit, *ita ut* (quum crederet) multarum nationum parens esset (i. q. ita ut *se* multarum nationum parentem *existimaret*) secundum Dei vocem: tam numerosa erit tua proles. Scilicet eo ipso, quod Abrahamus Deo numerosam prolem pollicito credidit, multorum se hominum patrem esse sibi persuasit Gen. 15, 5. 6. Nihil igitur *Rueck.* objectio valet, *εἰς* de eventu male sumi propterea, quia *sic tertium* diceretur, *evasisse* Abrah. multorum hominum parentem fide quam habuisset v. 11. 16.: Perperam Chrys., Rosenm., Boehm. al. exponunt: qui — credidit, ita ut (*ne inhonorata esset viri fides*) multarum nationum parens esset. Neque enim, ut Abrahami fidem honoraret verax Deus suo promisso satisfecit, sed persolvit Deus Abrahamo fidei praemium *τὴν δικαιοσύνην* v. 22. V. *κατὰ τὸ εἰρ. — σπέρμα σου* temere vulgo in parenthesin abduntur, quum arcte cohaereant cum voce. *εἰς τὸ γενέσθαι* etc. — ita ut se multarum nationum parentem censeret Dei vocem sequutus: tantus erit tuorum posterorum numerus. *οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου*] cf. Genes. 15, 5. LXX. *Ita* erit tua proles sc. ut stellae sunt, quarum numerus iniri nequit. Hoc quod e l. l. nexu cogitatione addendum est, interpolatores in F. G. P. v. allevérunt: *οὕτως ἔσετ. τ. σπ. σ., ὡς αἱ* [sic! *οἱ*] *ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὸ ἄμμον* [sic. *ἡ ἄμμος*] *τῆς θαλάσσης.* V. 19. *οὐ κατενόησε*] *οὐ*, quod ab A. C. 67. xx. Syr. Erp. Chrys. in Mt. 3. Damasc. Julian. abest, *Millio* Prol. §. 933. 934. et *Griesb.* adulterinum visum ex-

Digitized by Google

punxit *Lachm.* At *correctores* sustulerunt vocem, aut quod eam supervacaneam putavissent verbis ita dispositis: *καὶ κατενόησε μὴ ἀσθένησας τῇ πίστει τὸ ἑ. σῶμα* etc.: *et non ut tenuis* (sed ut firmae) *fidei homo suum emortuum corpus consideravit* (quod si *ἀσθενήσας τῇ πίστει* considerasset, div. promissum addubitasset), aut quod quum v. *κατανοεῖν* parum recte explanassent negationem ferri non posse sibi persuasissent. Reputasse enim Abrahamum, quam esset corpore effeto senectutis bene memorem Gen. 17, 17.. Posterius ut potius credam facit lectio Syri, Theodor. 32. *ὡς* (Arm. Aeth. *licet*) *κατενόησε* (et — *quum respexisset* suum jam effetum corpus — non *vero* — haesitavit, sed —.); nisi forte alia alium ad corrigendum causa impulit. Ac genuinum esse *οὐ*, vocula *δέ* oppositionem inferens v. 20. docet, quod ne librarios quidem praeterisset, si P. simplici oppositione contentus scripsisset: *καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει οὐ κατενόησε — Σάῤῥας, ἐνεδυναμώθη δὲ τῇ πίστει, δοὺς* etc.. Sed quo magis firma Abrahami fides exaggeraretur, novam v. 20. oppositionem illi (v. 19.) annectere maluit: *εἰς δὲ τ. ἐ. τ. θ. οὐ διεκρίθη τ. δ., ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τ. π.*. Haec jam monui in l.: Sendschr. an den D. Tholuck p. 76.. *μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει*] Litotes: quia *haud imbecillus* (imo potius *admodum firmus*) esset fide. Litotetis exempla *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 98. sq. collegit. Dativus *τῇ πίστει* rem exprimit, ad quam Abrahami firmitas pertinuerit *quod attinet ad fidem* (1 Cor. 14, 20. Eur. Iph. T. v. 885. *Herm.*). *τῇ πίστει*]. *ἐν τῇ πίστει* D*. E. F. G. Clar. Julian. Beda, *e glossem.* (*Ἀσθενεῖν ἐν τινι* Rom. 14, 21. i. q. *ἀσθενῆ εἶναι ἔν τινι*). *οὐ κατενόησε*] V. *κατανοεῖν* neque *animum advertere ad* —, neque *considerare* h. l. significat. Meminit enim Abrah., quanta et sua esset et uxoris senectus Gen. 17, 17.. Praeterea levem nobis P. et male credulum Abrahamum narrasset, cui div. promissum temere amplexo sua et Sarae senecta ad procreandos liberos minime idonea ne succurrisset quidem, ut quanto se et uxorem praeter naturae ordinem legemque beneficio ornaturus esset Deus non rite perpenderet. Quin *κατανοεῖν oculos mentemque in re defigere*, die Aufmerksamkeit auf etwas heften, h. l. valet Luc. 12, 24. Hebr. 3, 1.. Unde P. Abrahamum ad suam et Sarae senectutem animum advertisse minime negavit; illud negavit, ita eum ad suum et uxoris decrepitum corpus animum advertisse, ut nihil mente agitaret aliud; quod si fecisset, incredibilis ei visa esset Dei promissio. Haec est igitur P. sententia: Abrahamum pro fidei suae firmitate in suo et Sarae decrepito corpore mentem *non defixisse* h. e.

Digitized by Google

expendisse eum quidem suam et uxoris senectutem quae div. promisso obstare videretur, sed dubitationem sic ob-, ortam ex animo ejecisse, quum Deum omnia posse cogitaret (v. 21.). Cf. *Calv.* et *Grot.*. τ. ἑ. σ. ἤδη νενεκρ.] suum *jam* decrepitum corpus. Vocula ἤδη, quum in nonnullis subsidiis (F. G. 47. Barb. 1. Syr. Erp. Chrys. al.) desit, in Vulg. ed. ante ἐκατονταέτης collocetur (cum *jam* fere centum esset annorum) valde suspecta est, ut quam glossatores adjecisse videantur: v. *Mill.* Prol. §. 791. et *Lachm.*. Adde quod ἤδη quod languet obliterato et fortior est P. oratio (non mentem defixit in suo corpore *praemortuo*) et τὸ τοῦ Ἀβρ. σῶμα νενεκρωμένον ad τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας concinnius refertur. Ergo ἤδη delevi. νενεκρωμένον] Multi interpretes, Abrahami corpus jam tum effetum vocari, quum ei e Sarâ suscipiendus filius portenderetur Gen. 17, 15. sq., mirati sunt propterea, quod post Sarae obitum liberos procreasset ex Keturâ Gen. 25, 1. 2.. Quem scrupulum ut sibi eximerent, *Augustin.* de civ. D. 16, 28., *Luther.* ad Gen. l. l., *Erasm. Heum.* al. dici Abrahamum decrepitum, non quod ipse jam esset senex decrepitus, sed quod ex Sarâ, sterili anu, nullos liberos procreare potuisset, autumarunt. Quorum inventum P. verbis ἑκατονταέτης που ὑπάρχων repugnat, quibus vocc. τὸ ἑ. σ. νενεκρωμένον ratio redditur: *effetum*, inquam, corpus, *quum centum fere annos natus esset. Calv.*, *Calov.*, *Beng.* al. fuisse quidem Abrah. tum effeto corpore contendunt, sed Deum ejus senectutem, quum Isaacum gigneret, adeo renovasse, ut divinitus suppeditata vis etiam ad liberos ex Keturâ procreandos postea suffecerit. Fuit in hâc sententiâ fortasse Genesis scriptor, qui suscepisse Abrahamum in extremâ senectute liberos ex Keturâ obiter ut rem minime miram referat Gen. 25, 1. 2., quamquam fieri potest, ut de Abrasami rebus non philosophatus simpliciter narraret quaecumque de Abrah. famâ accepisset. P. certe in tempus quo Isaacus Abrahamo portenderetur Gen. 17, 15. sq. unice intentus de filiis postea ex Keturâ procreatis Gen. 25, 2. ne cogitavit quidem: v. not. ad v. 13.. ἑκατ. που ὑπ.] centum *fere* (erat enim nonaginta novem cf. Gen. 17, 1. 24. cl. 17.) annos natus. Ἡ νέκρωσις, quod v. active *interfectionem* notat, passive tum i. q. τὸ νεκροῦσθαι, das Absterben, *languorem augescentem* declarat (ita, ut videtur, in Astrampsychi senario legitur, quem post Νεκρῶ λέγουσα affert Suidas: νεκροὺς ὁρῶν νέκρωσιν ἕξεις πραγματων), tum i. q. τὸ νενεκρῶσθαι, das Abgestorbensein, valet, quod ubi proprie dicitur *mortem quam obieris* significat (2 Cor. 4, 10. 11.), ubi figurate, *torporem consummatum*,

Digitized by Google

quo nullis sis viribus, ut h. l., ubi *intermortuo* Abrahami corpori *praemortuus* Sarae uterus opponitur. Quum P. haud dubie l. Gen. 17, 17. obversatus fuerit, causam cur Sarae uterus amissis viribus torpuerit non in feminae sterilitate Gen. 16, 1. 2., cujus nullam h. l. rationem habuit, sed in summâ senectute posuit. Fuit enim tum Sara anus, nonagenaria Gen. 17, 17.. Recte שָׂרָה graece exprimitur Σάῤῥα, quum שָׂרָה dictum sit pro שָׂרָה *femina princeps*: v. *Gesenii* Lexic. man. hebr. et chald. Lips. 1833. p. 969.. V. 20. 21. *Εἰς quod attinet ad* — denotat (Eur. Iph. T. 836. *γένει μὲν εὐτυχοῦμεν, εἰς δὲ συμφορὰς — ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.* Act. 25, 20.): *quod vero ad Dei promissum* (Gen. 17, 16.) *attinet non fluctuatus est animo propter diffidentiam* (Rom. 11, 20. i. e. quod fidei inops esset), seu mavis *fidei inopiâ adductus* (v. *Win.* gr. p. 176.). *Τῇ ἀπιστίᾳ* unus om. Aeth., ut ad sententiam non necessarium. Perit tamen v. *τῇ ἀπιστίᾳ* deletis *τῆς ἀπιστίας* et *τῆς πίστεως* antithesis, P. haud dubie quaesita. Unde Aeth. lectionem temere admiratur *Mill.* Prol. §. 1214.. *Ἐνδυναμόω τινά aliquem firmum reddo, vires alicui largior*, ich mache jemanden stark (Cdd. Jud. 6, 34. Phil. 4, 13. 1 Tim. 1, 12. al.) significat, Passivum *ἐνδυναμοῦμαι firmus reddor, invalesco, vires accipio*, ich erstarke, d. h. ich werde stark (2 Tim. 2, 1. Act. 9, 22. al.) et tempora praeterita, v. c. Aoristus *ἐνεδυναμώθην firmus sum redditus*, ich bin stark geworden i. q. firmus exstiti et sum firmus, v. c. h. l. et Hebr. 11, 34. *ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας firmi evaserunt a gravi valetudine*; sensu malo *ἐνεδυναμώθην* legitur LXX. Ps. 51, 9. *ferox* sum viribus. (V. simplex *δυναμόω*, quod *Win.* gr. p. 82. nusquam inveniri perhibuit, in ipso N. T. Col. 1, 11. repperitur: v. Lexx. N. T. et *Lobeck.* ad Phryn. p. 605.). Haec propter eos monui, qui (v. c. *Grot.* et *Bretschn.* in Lex.) *ἐνδυναμοῦμαι Medium* (me confirmo) opinionis errore finxerunt. Ceterum parum apte P. h. l. dixisset: *robur sibi addidit Abrah. per fidem*, ubi hoc affirmandum esset, Abrah. fidei robur *habuisse*. Animum adverte ad membrum oppositum: quod ad Dei promissum attinet *non haesitavit diffidendo* (*non fuit incredulus*) sed *firmus fuit fide* (*sed fide abundavit*). Dativus *τῇ πίστει* non est instrumentalis (firmus exstitit per fidem i. q. fides eum firmum reddidit), sed is, de quo ad v. 19. *μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει* diximus. Nam oppositionis leges flagitant, ut P. Abrahamum fidei inopiâ laborasse neget, *fide*, qui *corpore* infirmus esset v. 19., firmum fuisse affirmet (*ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει* i. q. *δυνατὸς τῇ πίστει ἐγένετο* cf. v. 19. *μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει.*). Formula *διδόναι δόξαν τῷ θεῷ*, כָּבוֹד לַיהוָה

Digitized by Google

(Jer. 13, 16. נתן תּוֹדה nunquam non *Deo honorem* (Apoc. 19, 7. *τὴν δόξαν* honorem *debitum*) *tribuere* declarat. *Quam ob rem* Deo honor habeatur et *quid fiat* in Dei honorem non ex ipsâ loquutione discas sed e cujusque l. nexu cognoscas. Deum honorare] *vero dicendo, quum vera dici sanctissimum numen jussisse reputaris* (Jos. 7, 19. Joh. 9, 24.): *Diis fictitiis valedicendo, quod non esse Deum praeter Jehovam intellexeris* (Jer. 13, 16.): *gratias pro beneficio agendo, quum id officii rationes flagitare consideraveris* (Luc. 17, 18.): *Dei nomen et honorem deprecando, quum utrumque temere sibi hominem arrogare senseris* (Act. 12, 23.) et sic porro. H. l. valet: Deo honorem habere *ejus promisso parum credibili fidem tribuendo, quod Deum pro suâ omnipotentiâ nihil non ad effectum adducere posse expenderis.* V. *δοὺς δόξαν τ. θ.* interpretatio ab eo pendet, ut utrum *καί* ante *πληροφορηθείς* genuinum sit, an adulterinum (om. D*. E. F. G. Vulg, It. Julian. Sedul. Ambrosiast. Pelag. probante *Mill.* Prol. §. 1458.) constituatur. Quo exterminato v. *δοὺς δόξαν τ. θ.* arcte, ut unam sententiam efficiant, cum v. *ἀλλ' ἐνεδ. τ. π.* cohaerent et Participio *πληροφορηθείς* causa redditur praecedentis Participii *δοὺς* h. m.: sed firmus fuit fide *honore Deo tributo* (i. q. et [firmam fidem habendo] honorem Deo tribuit), *quia* ei persuasissimum fuit etc. Contra retento *καί* Participiis structura continuatur (cf. 2, 4.: *δοὺς δ. τ. θ. κ. πληροφορηθεὶς* — i. q. *καὶ ἔδωκε δόξαν τ. θ. καὶ ἐπληροφορήθη* —.): sed validus fuit fide honoremque Deo praestitit (np. fide quam praeberet) et fuit ei plane persuasum, posse Deum quae promisisset etiam facere (np. ut omnipotentem Jes. 59, 1. Luc. 1, 37.). Ita v. *δοὺς δόξαν τ. θ. κ. τ. λ.* hanc vim habent, ut firmam Abrahami fidem (*ἀλλ' ἐνεδυν. τ. π.*) accuratius describant. Male *Chr. Fr. Schmid., Rueck.* al. exponunt: sed fide valuit, *quia* Deo honorem tribuit sibique prorsus persuaserat etc.. Neque enim Abrahami fides *firma* erat propterea, quod Deo honorem tribueret fidem habendo, quâ derogatâ nulla ejus, non modo non firma, fides fuisset, sed *honoravit Deum eo, quod* summâ Dei potentiâ nixus sine ullâ dubitatione Dei promisso *confideret* (v. supra). Praeterea P. v. 18.—21. hoc agit, ut Abrahamum celebraturus firmam ac plane singularem viri fidem amplis v. *describat.* Nulla ratio fuit, cur *καί* a P. profectum a librariis deleretur; contra ab Ap. non scriptum desiderare poterant scribae, quibus l. parum percepto duo Participia sine copula juncta offensioni fuissent: v. not. ad Matth. p. 99. et *Win.* gr. p. 288.. Quare *καί* inducendum esse existimes. Est tamen res dubitationi obnoxia, quia *καί* ante *ποιῆσαι*, demit 3. et v. 22. *καί* post *διό* om. B. D*

Digitized by Google

F. G. Erp. Boern. *Millio* Prol. §. 451. et *Griesb.* probantibus. Ex his *alterutrum καί* (h. e. aut *καί* ante *πληροφορηθείς* aut *καί* post *διό*) spurium esse recte colligas. Nam dubitationem, quam alterutrum *καί* haberet, librarios facili confusione in alterum *καί*, quod in viciniâ esset, contulisse in promtu est. Quamquam autem mihi *καί* ante *πληροφορηθείς* magis suspectum est altero, tamen utrumque uncis circumdedi, ut in re ancipiti suum quisque judicium sequeretur. — Abrahamum v. 18.—21. non eum describi, quem neque ita promtum ad fidem (Gen. 17, 17.) fuisse et sibi parum constitisse (v. Gen. 15, 6. cl. 17, 17.) Genesis doceat, sed qualem P. ipse animo complexus sit, perfectum hominem et tanquam pietatis exemplum, ad v. 19. observavit *Rueck.*. V. 22. *Hinc* [*nimirum*, *καί*· cf. supra p. 69. et not. ad v. 21.] *in rationes ei relata est integritatis loco* np. res modo (v. 18.—21.) exposita h. e. firma quam Deo habuit fides, i. q. quia Abrahami fides sicut dixi v. 18. —21. enituit, idcirco ejus praemium tulit *τὴν δικαιοσύνην*. Cf. Genesis 15, 6. v. supra v. 3. allata, ad quae P. revertitur. Haec interpretatio: *Διὸ* (sc. *γέγραπται* v. v. 23. cl. v. 3.)· *καὶ ἐλογ. αὐτῷ εἰς δικ.* unde *in Genesi haec v. perscripta sunt*: *καὶ ἐλ. α. ε. δ.*. ut contorta, nemini, opinor, placebit. V. 23—25. *ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ*] E Vulg. al. addunt *εἰς δικαιοσύνην*, Theodoret. *ἡ πίστις* (Syr. *αὐτοῦ*) *εἰς δικαιοσύνην* e gloss.. Posterius sane supplendum est. Non autem, inquit, propter ipsum tantummodo Abrahamum (scil. ut gloriam apud posteros haberet) in libris s. consignatum legitur (v. v. 3.), fidem ei imputatum esse, ut integer censeretur. *ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς*] verum etiam propter *nos*, Deum Abrahami fidem amplissimo integritatis beneficio remuneratum esse, memoriae proditum est, np. quo melius, Abrahamum contuiti, quantum fidei sit praemium propositum, intelligeremus. Nam quae in V. T. leguntur, ea nos Deus sic in usus convertere voluit, ut iis erudiremur, confirmaremur, admoneremur 1 Cor. 9, 10. 10, 6. sq. 2 Tim. 3, 16.. *οἷς μέλλει λογίζεσθαι*] sc. *ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην*. Recte P. *μέλλει* (non *ἔμελλε*, v. *Boehm.*) posuit. Nam tum demum *τὴν δικαιοσύνην* ipsam habebimus, quum judex insontes declaratos *τῆς δικαιοσύνης* fructum percipere jubebit sempiternam felicitatem (v. not. ad 3, 30. 1, 17.). *Rueckerto*, qui ut *μέλλει* bene comparatum esset, enarravit: quibus fides *imputabitur sub eâ conditione, ut Deo* fidamus, sicut Abrahamus, vel Articulus *τοῖς πιστεύουσιν* obstat. Sed quae v. ad sententiam *primariam* accomodanda fuerant (— *ἀλλὰ καὶ δι' ἡμας — τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ* etc. sed etiam *propter nos*, qui-

Digitized by Google

bus integritas ob fidem dabitur, *homines christ. qui* fidem habemus etc.) P. sententiae *secundariae* per attractionem aptavit (— *οἷς μ. λ., τοῖς πιστ.* etc. *quibus* fides imputabitur, *iis*, inquam, *qui* fidem praebemus etc.)· V. Philem. 10. 11. *παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα — Ὀνήσιμον, τὸν κ. τ. λ.* Act. 11, 5. et not. ad Mr. p. 329.. Descripsit autem Ap. homines christ. tales, qui *Deo*, non qui Christo, fidem adjungerent, quo rectius cum Abrahamo, qui *Deo* fidem habuisset v. 3. 20., componerentur, ceterum satis bene. Nam Deum] hominum, quorum vicem doleret, amore adductum eorum saluti succurrisse fatetur (5, 8. 1 Petr. 1, 21.), qui Christo fidem praebeat h. e. qui Christum divinitus constitutum expiatorem pie agnoscat (3, 25. v. supra p. 46.). Apte P., ut Dei Optimi Maximi, cui homo christ. optimo jure fidem adjungat, notionem exprimeret, hâc circumloquutione usus est, ut eum *τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν* vocaret. Quum enim Christianorum fidem nihil tam fulciat, quam Christi reditus ex inferis (v. supra p. 12.), rectissime se in ejus Dei clientelam conferant, qui Christo in vitam restituto tum quantum posset manifestaverit, tum hoc indicaverit, esse Jesum benigne ab se missum Messiam. Sensus —: iis, inquam, qui ei [Deo] fidem habemus, qui Jesu ab inferis excitato suam tum vim tum voluntatem declaravit. *Ἰησοῦν*] om. Mt. d. Aeth. | *Ἰησοῦν Χριστὸν* 46. Mt. a in m. Syr. Erp. Vulg. al.. Si *Ἰησοῦν* plures praetermitterent, recte in suspicionem vocaretur. Paulo, quum *ὃς παρεδ. δ. π. παρ. ἡμῶν* scriberet, l. Jes. 53, 6. LXX obversatum esse non credo (v. *Rueck.*), quum Ap. v. ne umbram quidem loci c. referant. Memor fuisse P. potest l. Jes. 53, 12. LXX. — *καὶ διὰ τὰς ἀνομίας* (al. *ἁμαρτίας*) *αὐτῶν παρεδόθη*, quem l. librarios cum nostro contulisse ostendit lectio 21. *τὰς ἁμαρτίας* pro *τὰ παραπτώματα*. Sed ne hoc quidem fidenter affirmem. Interest inter v. *ἡ δικαίωσις* et *ἡ δικαιοσύνη*. Illud enim *integritatis attributionem* (i. q. *τὸ δικαιοῦν*) notat, hoc *integritatem attributam* s. *conditionem ejus, qui sit integer declaratus* (i. q. *τὸ δικαιωθῆναι*) significat. E. 17. 73. al. *τὴν δικαιοσύνην* continent pro *τὴν δικαίωσιν* aut e glossem. parum accurato, aut e correct., quum P. verbis offensi hanc sententiam requirerent: *propter nostram integritatem*. *Διά* prius *causam*, posterius *finem* indicare non dixerim cum *Rueck.*. Utrumque enim *propter* valet. *Indefinite* enim, ut in re planâ atque apertâ, P. loquitur: Christus morti est traditus *propter* nostra delicta (quae nimirum expianda erant, ergo: ut expiarentur) et in vitam revocatus est *propter* nostram inte-

Digitized by Google

grationem (quâ nempe opus erat, ergo: ut integraremur, ut in integrum restitueremur). Christi in vitam reditum *ipsum* nobis τὴν δικαιοσύνην paravisse, e v. καὶ ἠγέρθη δ. τ. δ. ἡ. cl. 2 Cor. 5, 15. male colligas (v. *Tholuce.*). Nam Christi *supplicio* hominum peccata expiata esse constans est nostrorum scriptorum sententia (3, 25. 5, 6. sq. Eph. 1, 7. 1 Joh. 1, 7. al.), quemadmodum totam antiquitatem haec opinio tenuit: hostias hominum delicta eo expiare, *quod immolentur*. Quin *adjuvant* expiationem Christi supplicio effectam ejus in vitam reditus (Act. 13, 37. 38. 1 Petr. 1, 3. sq. al.) et abitus in coelum (Act. 5, 31. 1 Petr. 1, 21.) eatenus, quatenus *argumento* nobis sunt, Christum scelerum nostrorum piaculum caesum esse. Quem si Deus neque ex inferis excitasset neque coelo recepisset, eum Messiam fuisse ut genus humanum expiaret a Deo missum *ignoraremus* eorumque qui Jesum Messiam pie venerarentur fides fundamento destitueretur (v. 1 Cor. 15, 17. et supra p. 12. sq.). Perspexerunt hanc rem *Wetst.*, *Heum.*, *Flatt.*, *Rueck.* ad h. l., *Knapp.* Scripta v. arg. p. 323. sq. et innumerabiles alii. Proinde P. binis concinnis membris, quibus praecedentem disputationem apte absolvit, has non magis acutas quam veras sententias inclusit: Christus neci est datus, *ut peccata nostra expiaret*, et in vitam restitutus, *ut nos ejus supplicio expiatos et in integrum restitutos esse sciremus*. Vide l. similem supra 3, 30.

CAP. V.

ARGUMENTUM.

Quum igitur *fide* nos Dei favorem consequutos esse longe certissimum sit (v. c. 3, 21.—4, 25.), agite, pacem cum Deo Christi operâ compositam, ne adversus tantum servatoris beneficium ingrati esse videamur, Christo opitulante servemus et gloriemur de spe beatae, quam Deus nobis olim daturus est, vitae (v. 1. 2.). Quin etiam de calamitatibus quibus affligimur, triumphemus, quum eas et ipsas denique vitae aeternae spem afferre non ignoremus (v. 3. 4.). Ea vero nos non fallit propterea, quod summum Dei erga nos amorem nobis spondet div. spiritus, qui in animis nostris tanquam sacrario suo sedem collocavit (v. 5.). Hujus sententiae veritas facile perspici potest. Nam quod Christus pro nobis *imbecillibus* adhuc et *impiis* hominibus mortem adiit, certe documentum est div. erga nos amoris (v. 6—8.). Quanto igitur magis nunc caeso Christo *insontes* redditi a sempiternis poenis ejus beneficio vindicabimur, aut quanto minus fallax est nostrae vitae beatae spes, summi, quo Deus nos *homines christ.* et qui fide *integritatem* adepti simus amplectitur, amoris sensu, quem div. spiritus in animis nostris excitavit, superstructa (v. v. 9. cl. 5.—8.)? *Per Christum*, inquam, a sempiternis poenis vindicati beabimur

Digitized by Google

(v. 9.). Nam si quum essemus Deo invisi Christus moriens, quod erat effectu difficilius, numen nobis placavit, multo facilius postquam Deo reconciliati sumus ut sempiternum a Deo beemur vivens Christus aetatemque apud Deum agens perficiet (v. 10.). Quamquam non solum aliquando consequemur aeternam felicitatem, verum etiam velut ab amantissimo patre lubenter datam laeto animo olim consequemur Christi beneficio, cui nunc impetratam Dei pacem, aeternae felicitatis pignus, debemus (v. 11.). Quare detrimentum per primum Adamum generi humano allatum Christum, postremum Adamum, reconcinnasse omniaque Deum consilia eo revocasse, ut hoc fieret laetitiâ perfusi fateamur v. 12—21.! Ille enim, quem recte peccatorum parentem voces, quia primus improbum facinus commisit, quum scelus morte luisset ipsi divinitus denuntiatâ, fecit ut eandem poenam ab omnibus improbis hominibus Deus deinceps caperet *amnesque homines morerentur*, *quia omnes peccassent* v. 12. (*Omnes autem peccasse* concedet, qui *priusquam Mosis lex promulgaretur* maleficia admissa esse reputaverit v. 13.; *omnes autem Deus quotquot improbe vixissent*, ne iis quidem exceptis, qui non disertam quandam legem, ut Adamus, neglexissent, missâ hominum regulâ, quâ nisi facinora scriptâ lege vetita non coercentur, *morte* idcirco *affecit*, ut Adamus primus ipsi similem, et respondentem Adamum, h. e. Christum, per ambages ostenderet, qui et ipse aliquam vim in omnes homines exerceret (v. 13. 14.). Sed distant tamen inter se Adami facinus per Dei severitatem generi humani exitiosum et div. beneficium in peccatorum veniâ positum, quod Christus de coelo ad homines pertulit. Est enim illo per Adamum importato exitio hoc Dei beneficium multò certius, tum quia Deus pro suâ benignitate lubentius nos munere beat quam dolores nobis commovet, tum quoniam div. muneris procurator Christus constitutus est hominibus benevolus v. 15. Deinde exitio nobis fuit *unus homo qui peccaverat* (Adamus); contra Dei beneficium, quo indignorum facinorum venia nobis offertur, *per multa impie facta* perennis vitae fontem nobis patefaciet (v. 16.) Nam quum unius Adami scelus mortis acerbitatem in nos derivaverit, nonne summa Dei benignitas spem nobis facit, fore ut in quos optimi numinis abundantia favoris dataeque integritatis conferatur per unum Christum, Dei legatum, sempiternam vitam obtineamus (v. 17.)? Brevi praecidam: unius (Adami) improbe factum damnationem ad mortem omnibus hominibus conflavit; unius (Christi) probe factum (ultro enim Christus divinitus imperatam legationem ad homines suscepit) omnibus hominibus absolutionem vitalem attulit (v. 18.); unius hominis (Adami) contumacia multos homines fontes constituit, quum eorum mors, quae ut perpetua peccatorum poena esset ille fecisset, eos peccavisse arguerét: unius (Christi) obedientia multos homines insontes constituet, ubi quibus a Christo, hominum judice, perennis vita data fuerit, integritatis fructus, iis integritatem quoque concessam esse intelligetur (v. 19.) Noli quaerere, quid lex mos. egerit. Quae ad facinora quae morte punirentur hâc mente adjecta est divinitus, ut peccata multiplicarentur. Quibus multiplicatis eximia exstitit dementiae redundantia, ut quemadmodum imperium (latissime patens) habuisset Peccatum per mortem (culpâ Adami), ita etiam div. Clementia (amplissimum) imperium haberet per integritatem, sempiternae vitae piocreatricem, Christi beneficio (v. 20. 21.).

Vs. 1. *Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρ-*

Digitized by Google

στοῦ; 2. δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν ἐν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· 3. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, 4. ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, 5. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. 6. Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε*). 7. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. 8. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεός, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. 9. Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. 10. Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ· 11. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. 12. Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ Ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς Ἁμαρτίας ὁ Θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ Θάνατος διῆλθεν, ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον, (13. ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου· 14. ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ Θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.) —. 15. Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. 16. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα· τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα.

*) v. 6. Paulus fortasse scripsit: ἢ τί γὰρ Χριστός, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν ἔτι κατὰ καιρόν, ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε;

Digitized by Google

17. *Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ Θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ.* 18. *Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς.* 19. *Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί.* 20. *Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα· οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις,* 21. *ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ Ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ Χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.*

In v. 1.—8. doctam commentationem edidit *Winzer.* Lips. 1832, 4. — V. 1.—5. Hujus l. sententia ex hoc pendet, ut utrum ἔχομεν an ἔχωμεν v. 1. Ap. scripserit cognitum habeamus. Nam ἔχομεν retento P. postquam fide Christo tributâ Dei favorem comparari satis ostendit 3, 21.—4, 25., eorum emolumenta, qui Deo propter fidem Christo adjunctam probati sint, strictim refert 5, 1.—5.; contra ἔχωμεν suscepto Ap. lectores hortatur, ut, quum Dei favorem fide adepti sint 3, 21.—4, 25., quemadmodum par sit tanto beneficio affectis, et agant et sentiant 5, 1.—5.. De lectione vulgatâ dicere exordiar. *Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστ.*] *quum igitur* (v. 3, 21.—4, 25.) *nos fide Dei favorem consequuti simus* np. quotquot vel Deo vel Christo fidem habuimus (v. 4, 24. 25.). Temere tum *Lockius*, *Clericus* et *Wolf.* exposuerunt: *nos* i. e. qui olim pagani Christo fidem tribuimus, tum *Semler.* enarravit: *nos* h. e. ego, Paulus. *Εἰρήνην ἔχειν πρός τινα pacem habere quod ad aliquem attinet* i. valet q. pacem habere cum aliquo. Cf. Diod. Sic. 21, 12. — *Ἀγαθοκλῆς — πολὺν χρόνον — εἰρηνεύων πρὸς Καρχηδονίους —.* Plat. de Rep. V. 445. ed. *Bekk.* III, 1. p. 245. *πανταχῇ δὲ ἐκ τῶν νόμων εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἄξουσιν;* et Herodian. 8, 7. 8. *ὅσον μὲν ὑμᾶς ὤνησε μεταγνόντας — πείρᾳ μεμαθήκατε ἀντὶ πολέμου μὲν εἰρήνην ἔχοντες πρὸς θεούς, οὓς ὀμωμόκατε, καὶ νῦν φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον —.* (sed hic l. corruptus videtur; v. *Irmisch.*; legam *πρὸς θεῶν*) *εἰρήνην ἔχομεν π. τ. θ.*] *in pace sumus cum Deo.* Male an-

Digitized by Google

gustis terminis circumscribunt quod Ap. generatim dixit, qui aut cum *Calv.* exponunt: in pace sumus cum Deo, *quippe animi tranquillitatem nacti et conscientiae angore liberati*, aut cum *Moro*, *Flatto* al. explicant: in p. s. c. Deo scil. *metu Dei ademto*, neque considerarunt, Dei pace impetratâ totam hominis expiati felicitatem comprehendi, quâ et nunc se beatum sentiat et a Deo sibi placato optima quaeque speret in posterum. — Sicut enim iis qui Deum iratum habent omnia infesta sunt (quoniam enim se ut ἀδίκους Deo displicere sciunt, et miseri sunt malefactorum suorum conscientiâ stimulati et miseros se futuros esse intelligunt, quum scelerum poenae Deo dependendae sint in geennâ), ita qui Dei pacem invenerunt beatissimi sunt, ut δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, non quod incommodis, quibus illi premuntur, non afficiantur tantummodo, ut *Rueck.* p. 197. opinatur, sed etiam quod Deo placato sibi placent, beneficiis, velut spiritus div. dotibus, a numine sibi propitio ornantur metuque amoto sempiternam felicitatem sperant. Ἔχω τι διά τινος *habeo aliquid per aliquem* i. e. fecit aliquis, ut rem haberem. Cf. Latinorum loquutionem *rem ab aliquo habere* i. e. rem possidere ab aliquo acceptam Cic. D. N. D. 3, 36, 86. ad Fam. 7, 29, 1.. τὴν προσαγωγήν] Non licuit regem adire, nisi cui principem conveniendi copiam fecisset interpres (προσαγωγεύς, *admissionalis*, v. Lamprid. in Alex. Sev. c. 4.). Cf. Xenoph. Cyr. 1, 3, 7.. Quâ re N. T. scriptores sic usi sunt, ut Deum mentibus informarent regem, ad quem hominibus non aditus esset, nisi eum Christus tanquam interpres eo patefecisset, *quod mortem occumberet hominum peccata expiaturus* v. 1 Petr. 3, 18. cl. Eph. 2, 18. 3, 12.. Quocirca aditus ad Deum per Christum nobis datus non fructus est peccatorum nostrorum expiationis a Christo effectae, ut *Tholucc.* sibi persuasit, τὴν προσαγωγήν in eo cerni opinatus, quod Deum tanquam benevolum parentem precibus adire nobis liceat Gal. 4, 6., sed ipsa scelerum expiatio, quae nobis contigit, neque nisi dictione metaphoricâ ab eâ differt. Nam *praeclusum ad Deum* (peccatis nostris offensum), *velut regem, aditum nobis aperuit Christus eo interpres factus, quod scelera nostra supplicio suo expiavit* (2 Petr. 3, 18.) detractâ similitudine i. e. quod *Deum a nobis aversum nostrisque peccatis violatum Christus morte suâ, quâ scelera nostra expiavit et placavit et propitium nobis reddidit* (Rom. 3. 23. —25.). Quâ re in hunc l. translatâ *L. Bos.*, *Wetst.*, *Michaelis* al. v. εἰς τὴν χάριν ταύτην a vocc. τῇ πίστει suspenderunt h. s.: per quem etiam aditum ad Deum habuimus *fide*, *quam huic favoris div. documento, in quo perstamus* (i. e. evangelio) *tribuimus*. Quo-

Digitized by Google

rum consilio non nude positum τῆς προσαγωγῆς voc. officit (v. *Rueck.* et *Winz.* p. 6.: nullo enim negotio v. πρὸς τὸν θεόν e v. 1. cogitando repeteres; v. Eph. 2, 18.); sed illud nocet, quod *Dei pax* ab *aditu ad Deum* verbis, non re (utraque enim formula beatam hominis expiati conditionem enuntiat; v. supra) differt. Inanes igitur sonos P. funderet, si haec diceret: Christo acceptam referimus *rem*, per quem *praeter hanc rem hanc ipsam quoque rem* habuimus! Deinde ut ἡ πίστις εἴς τι (v. πιστεύω εἴς τι 1 Joh. 5, 10.) recte dici fatear, tamen πιστεύω εἰς τὴν χάριν et ἡ πίστις εἰς τὴν χάριν nemo hoc s. usurparit, ut sit fidem *evangelio* habere, fides *evangelio* tributa. Quare v. τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν εἰς τ. χ. τ., ἐν ᾗ ἐστ. connectenda sunt. ἐσχήκαμεν] Aut negligenter vertunt *habemus* (v. *Luther.*), aut ἔχειν passim *consequi* valere male opinati (v. supra p. 37.) enarrant *nacti sumus ita ut jam habeamus* (*Rueck.*, *Winz.* p. 5.) cl. *Win.* gr. p. 223. At ἔχειν *habere* notat et ἔσχηκα *habui* (2 Cor. 7, 5.) risumque non minus moveat qui explicet *habui*, *ergo habeo*, quam is concitet, qui *bibi*, *ergo bibo* argumentetur. Nam Praeterita rem fieri coeptam etiamnum perdurare nonnisi in verbis inchoativis (ἤλπικα, δέδοικα spem, metum alere coepi i. q. spero, metuo) et iis v. significant, quorum Praeterita rem inferunt, quâ peractâ aliam rem etiamnum fieri necesse sit (v. c. οἶδα *intellexi*, ergo *scio*, ἕστηκα ἐν τόπῳ *adstiti* in loco, ergo *sto*, ἔῤῥωμαι *validus sum redditus*, ergo *valeo*). Ne quis ἐσχήκαμεν seeus intelligeret (*habuimus* τὴν προσαγωγὴν εἰς τὴν χάριν ταύτην, *non habemus*) P. adjectis v. ἐν ᾗ ἑστήκ. cavit, quae ob id ipsum cum vocc. εἰς τὴν χάριν ταύτην, non cum τῇ πίστει (v. *Grot.* et *Cram.*), copulanda sunt. τῇ πίστει] om. B. D. F. G. Aeth. It. Aug. Hilar. et expunxit *Lachm.* | ἐν τῇ πίστει habent A. Mt. q. Chrys. Theoph. probante *Grotio*. V. τῇ πίστει de glossemate suspecta fuerunt *Millio* Prol. §. 448., *Semlero*, *Griesb.* al.. Quos falli haec l. docent: Eph. 1, 7. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ —. 2, 13. Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰ. ὑμεῖς — ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. 3, 12. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν — διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ. 1 Thess. 3, 7. — παρεκλήθημεν — ἐφ' ὑμῖν — διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως. Ex his l. hoc quoque cognoscas, P. ἐν (quod post ἐσχήκαμεν facile intercidit) τῇ πίστει scripsisse. Itaque *Ap. ipse* δι' οὗ explicuit: *per quem — fidem nimirum habendo.* Omiserunt v. ἐν τῇ πίστει librarii aut per negligentiam ut supervacanea, aut de industriâ, ne quis ἐν τῇ πίστει τ. χ. τ. strueret. Ἡ προσαγωγὴ εἰς τι aditus *in* rem i. e. *aditus*

Digitized by Google

ad rem et *introitus in* rem. Herodian. 1, 5, 1. — ἔδοξε τοῖς φίλοις προσαγαγεῖν τὸ μειράκιον εἰς τὸ στρατόπεδον —. Quam P. δεικτικῶς dicit τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν neque *Dei benevolentia* est, *quâ fruimur* (cf. *Beza*), neque *beata hominum conditio, in quos ob fidem habitam plurima Deus beneficia confert* (*Chrys.*, *Theophyl.*, *Flatt.*, *Rueck.*, *Winz.* p. 6. al.), der Gnadenstand des gläubigen Christen. Utrique enim rationi v. ἐν ᾗ ἑστήκαμεν [dicendum erat ἐν ᾗ ἐσμεν.] adversantur posteriori etiam hoc, quod fortunata ista hominum christ. conditio et Dei pax v. 1. memorata nihil inter se distant. Scilicet male *de Wettius*, *Rueck.*, *Winz.* l. l. ἐν ᾗ ἑστήκαμεν verterunt: *in quâ sumus*, quandoquidem ἑστηκέναι ἔν τινι pro εἶναι ἔν τινι Germani, non Graeci dicere consueverunt, qui verbis quae *stare* significant firmitatis et perseverantiae notionem inhaerere recte judicaverunt. Nam qui stat neque vacillat neque cadit neque fugit. Unde converte: in quâ stamus i. e. perseveramus v. 1 Cor. 15, 1. 2 Cor. 1, 24. Joh. 8, 44. Eph. 6, 13. 1 Petr. 5, 12.. Licet sane τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκ. ad *Dei pacem* v. 1. referre (*Kopp. Mor.* al.). Quod qui recte fieri negant (*Rueck.* et *Winz.* p. 6.), quia tum καὶ post δι' οὗ tum sententiarum ordo τῇ προσαγωγῇ εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστ. a Dei pace sejunctum eâque splendidius ornamentum indicari arguat, ab *ipsâ re aditum ad rem* jure distingui non reputarunt: — *pacem* habemus cum Deo per Christum, per quem *etiam aditum* habuimus (tum quum nos in Christi disciplinam dedimus) fide quam praebuimus *ad hoc Dei pacis beneficium*, in quo perseveramus s. quod tenemus. Sed friget tamen sententia. Sponte enim intelligitur, rei quam alicujus beneficio possideas copiam eum tibi fecisse, cui rem debeas. Alioqui ne deberes quidem ei rem. Unde qui ἔχομεν tenere decreverit et ut magis idoneam sententiam consequatur et propter l. 1 Cor. 15, 2. 2 Cor. 1, 24. 1 Petr. 5, 12. non quidem τὴν προσαγωγήν, sed εἰς τὴν χάριν τ., ἐν ᾗ ἑστ. voce sonoque erigere et haec v. ad doctrinam div. referre debeat h. s.: quam igitur integritatem fide adepti simus, in pace sumus cum Deo Christi beneficio, per quem etiam aditum habuimus fidem praebendo *ad hoc div. favoris documentum*, *quod tuemur* (i. e. ad evangelium). Sed vel sic sententia vs. 2. comprehensa languet. Nam nobis, qui δικαιωθέντες ἐκ πίστεως Christi beneficio pace fruamur cum Deo, etiam *aditum ad evangelium* Christum aperuisse, quum res quemvis doceret (quî enim Deo fide probati simus doctrinâ div. neque cognitâ neque susceptâ?) non erat quod P. tanquam insignem rem v. 2. commemoraret. ἐν ᾗ ἑστ. καὶ καυχώμε-

Digitized by Google

ϑα] „Haec jungenda sunt, ut ἐν ᾗ aeque referatur ad καυχώμεθα et ad ἐστήκαμεν [np. h. s.: *in quo* evangelio perstamus et gloriamur de —. i. e. *in quo* ev. perstamus *idque amplexi* triumphamus de —.]" *Wetst.*. At v. καὶ καυχώμεθα etc. sui juris esse, vocc. v. 3. οὐ μόνον δέ ostendunt, quibus non nisi sententiae illis v. conclusae ratio habetur. Ἡ δόξα τ. ϑ. (splendor, quem Deus tribuet) beatitas in Messiae regno obtinenda dicitur, quâ nihil fingi potest splendidius aut illustrius (8, 18. 1 Thess. 2, 12. 2 Tim. 2, 10. sq., 1 Petr. 5, 10.). Vulg., Pelag., Sedul., Vigilius Taps., Ambrosiast, quum verterent: et gloriamur in spe gloriae *filiorum* Dei, male addiderunt τῶν τέκνων ex Rom. 8, 21. (cf. *Mill.*). *Wetst.*, *Kopp.*, *Winzer*, p. 7. al. verbis καὶ καυχώμεθα ἐ. ἐ. τ. δ. τ. ϑ. ad Judaeos *de rebus fortuitis et vanis* gloriari solitos (2, 17. 23. 3, 27.) respici putarunt. Quos P. satis jejune eo l. vellicaret, quo aut Christianorum felicitatem concitato animo extolleret, aut eos ut ingenium christ. hominibus dignum sibi induerent graviter cohortaretur. οὐ μόνον δέ] sc. non τοῦτο (hoc enim, opinor, P. diserte adjecisset: cf. Lucian. Hermot. c. 8. Sirac. Prol.), sed καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τ. ϑ. (cf. v. 2.). Non solum autem, inquit, de spe splendidae, quam Deus nobis assignabit, fortis gloriamur, verum etiam, quod majus est, triumphamus calamitatibus. Haec enim non corroborare, sed frangere et debilitare hominum animos solent. Sed v. καυχώμεθα ἐν ταῖς ϑλίψεσιν explicanda esse: gloriamur *de* calamitatibus (v. 2, 23. Gal. 6, 14.), *antithesis* v. 2. καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τ. δ. τ. ϑ. docet, ad quam eorum ratio non bene respondet, qui explanant: gloriamur *in* calamitatibus h. e. gloriamur *quum calamitatibus affligimur*. *Morus*, qui καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ϑλίψεσιν exposuit: *agnoscere in miseriis aliquid salubre et ita eas in bonam partem interpretari* non solum a v. καυχᾶσθαι vi recessit, verum etiam sui animi frigus Apostolo impertivit. At eâ tum fuerunt homines christ. animi firmitudine, ut de calamitatibus propter rem christ. perlatis *triumpharent*, quum quo graviora essent perpessi tanto majora praemia sibi Deum aliquando persoluturum esse crederent (v. Act. 5, 41. 1 Petr. 4, 12. 13. cl. Matth. 5, 10. 12.). Absurde *Tholuck.* P. homines christ. *de ipsis sibi calamitatibus* gratulari v. 3. *idcirco* addidisse perhibuit, quia veritus esset, ne homines a Christianorum fide alieni quae antea (v. 2.) de vitâ beatâ a Christianis speratâ dixisset ludibrio haberent, quod a gentilibus factum esse (v. Minut. Felix Octav. c. 12. ed. Lugd. Bat. 1645. 16. p. 11. sq.). Neque enim P. opinor, aut hanc epistolam ad homines gentiles dedit, aut veritus est, ne a pa-

Digitized by Google

paganis, qui Christianorum decreta cavillarentur, legeretur. Accedit, quod summae temeritatis crimen a *Tholuckio* in P. confertur. Qui si metuit, ne gentiles vitae beatissimae spem a Christianis conceptam deriderent, multo magis metuere debuit, ne iis homines christ. de *aerumnis propterea* gloriantes, *quod beatissimae illius vitae spem confirmarent*, risui essent. Totius l., si v. 1. ἔχομεν retinueris, ratio haec est: „insontes igitur fide redditi *in pace sumus* cum Deo Christi beneficio, per quem *etiam aditum* habuimus, et quidem per fidem, *ad hunc Dei favorem, in quo perstamus*, et gloriamur de spe amplae ac splendidae, quam Deus dabit, fortunae. Non solum autem de hâc gloriamur, verum etiam de aerumnis triumphamus, quum eae et ipsae illam spem corroborent." Quâ lectione probatâ v. v. 2. δι' οὗ — ἐστήκαμεν frigent, quomodocunque v. τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν acceperis (v. supra). Unde P. v. l. ἔχωμεν scripsisse autumo, quod ab A. C. D. 17. 37. 46. 80. Mt. a. h. k. g. n. q. Syr. It. Vulg. Chrys. Theodoret. Theophyl. al. suppeditatum nuper probavit *Klee*, recepit *Lachm.*. Levibus sane argumentis haec lectio impugnata est. Nam P. si τοὺς δικαιωθέντας ἐκ πίστεως deterrere voluisset a peccando, ne pacis acceptae jacturam facerent, aptius dicturum fuisse τηρῶμεν, quam ἔχωμεν *Winz.* p. 5. post *Erasmum* asseveravit. Quasi vero εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν θεόν non satis apte dicat, qui *ne* pax composita *turbetur* admoneat: pacem *habeamus* cum Deo i. e. ne pacem cum Deo coagmentatam rumpamus. Quae ab eo rumpitur qui improbe vel sentiat vel agat (v. 8, 7. Col. I, 21.). Deinde non hortari hîc Paulum τοὺς δικαιωθέντας, sed eorum felicitati gratulari e v. sq. intelligi, in quibus et ipsis Indicativi forma legatur *Rueck.* et *Winz.* l. c. incautius contenderunt. Apparet enim, si v. 1. ἔχωμεν reposueris, καυχώμεθα v. 2. 3. esse *Conjunctivum*, non Indicativum. De singulis v. sic existimo. Quamquam P. 5, 1. ultimis 4, 25. verbis more suo annexuit, tamen vocc. 5, 1. δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως ad totam, quae antecedit, disputationem 3, 21. — 4, 25. spectant. Arguunt adjecta v. ἐκ πίστεως. Alioquin Ap. scripsisset: δικαιωθέντες ῥῦν εἰρήνην ἔχωμεν κ. τ. λ. Vocc. διὰ τοῦ κ. ἡ. Ἰ. Χ. valent Jesu Christo *opitulante*. Nam non Deo tantummodo, verum etiam Christo ad Deum recepto haec vis est, ut ad optima quaeque hominum animos flectat (1 Tim. 1, 12.). V. 2. ἡ χάρις αὕτη, ἐν ᾗ ἐστ. a τῇ εἰρήνῃ τῇ πρὸς τὸν θεόν v. l. *sensu* non differt. Notat enim beatam hominum, quos Deus amore complectitur, conditionem, in quâ constituti pacem habent cum Deo ideoque si non re, certe spe fortu-

natissimi sunt, sicut omnia iis infesta sunt qui cum Deo belligerent eumque iratum habeant (1, 18.). Quare *paci*, in quâ fide integritatem nacti cum Deo simus (v. 1.), *aditus ad felicitatem illâ pace comprehensam* (v. 2.) opponitur. Vocc. v. 2. δι' οὗ — ἐσχήκ. eo fine addita sunt, ut pacem cum Deo confectam servemus *beneficii memores*, quo Christus aditum nobis per fidem ad illam pacem patefecerit. Neque enim *Chrysostomo* assentior, qui Ap. verbis v. 2. δι' οὗ — ἐσχήκ. hoc dixisse putavit: *facile* Christum, ut in pace cum Deo coagmentatâ maneamus effecturum (v. 1.), qui ratum fecerit *difficilius*, ut nobis *aditu* ad Dei pacem dato Deum propitium et placatum redderet (v. 2.). Quippe eidem in hunc l. invexit sententiam, quandoquidem nemo tum dubitaverit, quin Christus hominum christ. animos ita roborare facile posset, ut factam cum Deo pacem servarent. Totum hunc l. ἔχωμεν v. 1. recepto paullo liberius ita convertere licet: „integritatem igitur fide consequuti pacem *tueamur* cum Deo, domino nostro, J. Chr. adjutore, per quem (unde gratos nos esse erga eum oportere patet) *etiam aditum* habuimus fidem habendo ad hunc (qui Dei pace continetur) [Dei] favorem, in quo perstamus, et *gloriemur* de spe splendidae, quam Deus olim dabit, fortunae. Non solum autem de illâ spe *gloriemur*, verum etiam *triumphemus* de calamitatibus etc." Obiter igitur P. lectores ad constantiam animique firmitatem cohortatur (v. 1.—3.), quo facto ab admonitione ad disputationem ejus animus abducitur (v. 3. sq.). Cf. v. c. Gal. 6, 9. sq.: V. 3. εἰδότες] triumphemus — *quum sciamus* i. e. *quum certum nobis explóratumque sit* (v. 1 Cor. 15, 58. 2 Cor. 1, 7. 4, 14.). Verbis v. 3. ὅτι ἡ θλῖψις — οὐ καταισχύνει v. 4. inest κλῖμαξ (v. 8, 29. sq. 10, 14. sq. 2 Petr. 1, 5. sq. et *Schoettgen.* ad n. l., qui affert Schir haschirim rabba 3, 2. *alacritas nos perducit ad innocentiam, innocentia ad — — — — — pietatem, pietas ad sp. s., sp. s. ad resurrectionem mortuorum, resurrectio mortuorum ad Eliam prophetam*). Hujus vim ii parum assequuti sunt, qui, ut *Winz.* p. 8., hoc ei inesse putarunt, scire homines christ. miserias *varii generis virtutes* efficere. Imo lectores non solum de spe beatae vitae, sed etiam de calamitatibus P. triumphare jubet propterea, quod eas et ipsas *beatae vitae spem*, minime illam fallacem, postremo afferre probe sciant (v. v. 2.). Ὑπομονή h. l. non *patientiam*, sed *constantiam* (Hebr. 10, 36. 2 Tim. 2, 12.) declarat. Neque enim illa tanti est, quanti haec jure existimatur. Sunt enim, quorum animi malorum assuetudine ita obduruerint, ut in summo suo infortunio ne ingemant quidem. Sed quorum animi

Digitized by Google

calamitatibus accuntur, ut propositum teneant et in fide Christo datâ maneant, eorum firmitas tanquam igne perspecta merito celebratur. Deinde non patientia, sed constantia *indolem spectatam* necessario gignit. Ceterum non omnes homines mala ad constantiam stimulant, sed non nisi fortes et in quibus fides satis altas radices egerit (v. supra p. 46.), de quibus P. h. l. exponit. Ignavi enim fideque imbecilles calamitatibus consternantur, franguntur, a Christo avertuntur. V. 4. Recte plerique explicatores δοκιμήν cum *Chrys. indolem spectatam* (Phil. 2, 22. 2 Cor. 2, 9. 9, 13.) enarrant, quae e constantiâ nata fortunatae vitae spem accendit (2 Tim. 4, 7. 8.). *Grot.* ab *explorationis* (2 Cor. 8, 2.) significatu profectus δοκιμήν *explorationem sui ipsius* interpretatur. Nam patiendo discere hominem vires suas iisque, opinor, cognitis crescere spem. At multum vereor, ut *Grot.* totam rem satis clare animo conceperit. Nam si δοκιμή h. l. (*sui ipsius*) *explorationem* notaret (v. 1 Cor. 11, 28.), nihil aliud v. ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν κατεργάζεται efferrent, nisi hoc: *constantia* (s. patientia) *efficit, ut te examines.* Atqui hoc non constantia tantummodo, aut patientia, aut nescio quod aliud decus efficit, verum etiam summa scelera eo saepe valent, ut homines facinorosi in se descendant. Subjecit *Grot.*, quamquam hujus sibi rei parum fortasse conscius, voci δοκιμή *sui* (i. e. virium suarum) *notitiae* potestatem, quam illa non habet. Idem, quod *Grot.*, nonnulli ex iis sensisse, neque nisi *verbo* ab illo dissentire videntur, qui δοκιμήν *experientiam* explicuerunt (*Luther.*, *Wolf.* al.); quamquam etiam fuerunt, qui commentitio *experientiae* significatu verba δοκιμή tributo δοκιμήν exponerent *experientiam benevolentiae Dei, quâ afflictis suis opituletur*, ut *Galv.*. Magis etiam hallucinatus est *Carpzov.*. Spem (ἐλπίδα) P. dicit τὴν ἐλπίδα τῆς δόξης τοῦ θεοῦ v. 2., ad quam h. l. revolvitur (v. supra). V. 5. Ἡ ἐλπὶς *haec spes* (i. q. αὕτη ἡ ἐλπίς) declarat, *Carpzovio*, *Heumanno* et *Tholuccio* fidejussoribus. Qui ita, opinor, philosophati sunt, quum multi saepe homines *fallaci* spe teneantur, *eam* spem nemini decipere, de quâ P. h. l. loquatur. Recte quidem, sed temere, ut hunc sensum indipiscerentur, certissimam grammatices legem abrogarunt. Est enim ἡ δὲ ἐλπὶς *spes autem quam dixi* (v. v. 4. ἡ δὲ ὑπομονὴ — ἡ δὲ δοκιμὴ al. 3, 30.). οὐ καταισχύνει] *non pudori est* i. e. *non fallit* (cf. בוש Ps. 119, 116. et Sirac. 2, 10.). Rubor enim ei suffunditur quem spes fefellit. Firmat P. sententiam, quae verbis ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει continetur, *beatae vitae spem nos non destituere*, vocabulis ὅτι ἡ ἀγάπη — τοῦ δο-

δόντος ἡμῖν hoc argumento: *effusissime nos Deum diligere, ut quos amore amplexus fuerit (tanquam homines fide in Christo collocatâ conspicuos*: attende ad v. διὰ πνεύματος ἁγίου τ. δ. ἡ cl. Act. 19, 6.), *eos non sit pessum daturus.* V. ἡ ἀγάπη τ. θ. *amorem, quo nos Deus prosequitur* (v. 8, 39.), non *nostrum erga Deum amorem* (v. infra) valent; id quod tum sententiae bonitas, quam ad Ap. dogmata optime compositam sic consequimur, docet (v. infra), tum v. 8. evincit. Quod *Rueck.* id ipsum ex eo intelligi ait, quod ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, non εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν P. scripserit, permirum mihi videtur. Recte enim Ap. spiritum s. *amorem quo Deum amplecteremur in animis nostris* tanquam torrentem effudisse (Gal. 5, 22.) dixisset. ἡ ἀγ. τ. θ. ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμ.] Attractio, quam *Wahl.* et *Winz.* p. 10. hic quaesiverunt, quum illa v. hanc vim habere dicerent: ἡ ἀγάπη τ. θ. ἐκκέχυται εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν καὶ ἔστι (s. ἐνοικεῖ) ἐν αὐταῖς *Dei amor effusus est in pectora nostra eaque implet* nulla est. Vinum enim, ut hoc utar, non tantummodo *in vasculum*, sed etiam in *vasculo*, novo vini receptaculo, effundi potest; et amputatum caput *in loco* abjicitur, non in locum tantummodo (Suet. Galba c. 20.). Sed *largitatis* notio verbo ἐκχέω sane inest (v. *Theophyl.* cl. Job. 4, 17. Sirac. 1, 9. Act. 10, 45. et Tit. 3, 6., ubi πλουσίως insuper additur), ut hebraico שָׁפַךְ Ex. 16, 36., latino *effundere*, nostro ausschütten. Dei erga nos amor, inquit, non roravit aut stillavit, sed rivis effusus est in animis nostris. Leviter sane *Mill.* Prol. §. 451. v. τοῦ δοθέντος ἡμῖν, quia *in ora* Cod. D. leguntur teste *Simonio*, adulterina pronuntiavit, ea fortasse ex 1 Joh. 3, 24. [v. Act. 15, 8.] a librariis petita opinatus. Male *Noesselt.* Opusc. Fasc. II, p. 90. sq. et *Rosenm.* πνεῦμα ἅγιον *doctrinam christ.*, *Morus*, *Schottus* al. *doctrinae christ. scientiam* explicuerunt. Nam quod illis placuit πνεῦμα ἅγιον nunquam significat. Hi autem, quum spiritum div. tanquam accuratioris doctrinae div. cognitionis auctorem (1 Cor. 12, 8.) commemorari putarent, nimis angustos ei fines constituerunt, quod ii quoque fecerunt, qui div. spiritum extraordinariarum, quae jure miraculo sint, virium largitorem (Act. 10, 46. 1 Cor. 12, 10.) spectari opinati sunt. Imo significant v. πνεῦμα ἅγιον *spiritum s.*, qui quum alia aliis (1 Cor. 12, 4. sq.) ornamenta impertiat, iis tamen omnibus divinitus datur, qui fidem animis conceperint (Act. 11, 15. sq. 19, 6. 1 Cor. 3, 16. 6, 19.): ut summi, in quo jam Deo sint, amoris magnum aliquod *pignus* habeant (Rom. 8, 15. sq. Gal. 4, 6. 2 Cor. 1, 22. Eph. 1, 14.). Jam verborum: *Dei amor effusus est in animis nostris per spiritum s. nobis*

Digitized by Google

concessum sententia haec est: eo quod spiritus s. nobis datus est, amor, quo Deus nos prosequitur, rivis effusus est in animis nostris i. e. impense nos a Deo amari animi nostri ex eo sentiunt, quod in iis sedem collocavit div. spiritus, testis illius amoris gravissimus. Quare sententiae sic cohaerent: beatae vitae spes nos, spectatos Christianos, non fallit, quod vehementer nos a Deo amari sentimus, testante Dei in nos voluntatem div. spiritu nobis concesso. Inepta est *Tholuccii*, ante v. ὅτι ἡ ἀγάπη κ.τ.λ. hanc sententiam a P. *suppressam* esse: *quia in summo sumus Deo amore* rati opinio: *spes autem non fallit, quia nos Deus vehementissime amat; nempe amoris div. sensum dat nobis spiritus div.*. Temere enim v. ὅτι ἡ ἀγάπη κ.τ.λ. ita ab εἰδότες v. 3. suspendas quemadmodum ex eo apta sunt v. ὅτι ἡ θλῖψις — οὐ καταισχύνει: *quum sciamus, calamitates efficere — — spem minime fallacem et Dei amorem effusum esse* etc.. Hoc enim pacto καὶ ἡ ἀγάπη pro ὅτι ἡ ἀγάπη scribendum fuerat. V. librum m.: Ueber die Verdienste des D. Tholuck p. 28.. Male etiam *Calv.* v. ὅτι ἡ ἀγάπη κ.τ.λ. vocabulorum ὅτι ἡ θλῖψις — οὐ καταισχύνει imperio subjecta voluit h. s.: quum sciamus, calamitates nos postremo ad spem non fallacem perducere, quia utcunque premamur non tamen desinimus div. erga nos benevolentiam sentire. Nam praeterquam quod v. ὅτι ἡ ἀγάπη κ.τ.λ. sic a vocc. εἰδότες, ὅτι ἡ θλῖψις — οὐ καταισχύνει pendent et haec struendi ratio admodum contorta est (exspectaras, P., ut in longiore periodo ambiguitas evitaretur, hoc pacto dixisse: εἰδότες, τὴν θλῖψιν κατεργάζεσθαι ὑπομονὴν ..... τὴν δὲ ἐλπίδα οὐ καταισχύνειν, ὅτι ἡ ἀγάπη κ.τ.λ.: nam in brevi apertâque sententiâ duplex γάρ diverso significatu ferri posse non nego, Joh. 14, 28.), *Calvini* interpretatio evertitur et quam nos iniimus stabilitur eo, quod *P. v.* 4. *ad* τὴν ἐλπίδα τῆς δόξης τ. θ. *v.* 2. *revertitur*, quam non fallacem esse monet. Unde consentaneum est, eum verbis ὅτι ἡ ἀγάπη κ.τ.λ. in id operam contulisse, ut *non fallere eam spem* gravi argumento ostenderet, h. e. ut v. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει idoneâ ratione muniret. Postremo *Theodoret.*, *Augustin.* de spir. et lit. c. 32., *Klee* al. v. ἡ ἀγάπη τ. θ. *nostrum erga Deum amorem* interpretantur h. r.: — quum sciamus, calamitates constantiam, constantiam spectatam indolem, spectatam indolem spem neutiquam fallacem idcirco efficere, quod spiritus s. nobis datus impenso animos nostros erga Deum amore perfudit (scil. qui constantiam gignat, quae ad spem minime inanem denique adducat (cf. Gal. 5, 22.). Bene *Calv.*: „*Pia quidem sententia, sed nihil ad P.*

Digitized by Google

mentem." (cf. ante dicta et v. 8.). Praeterea idem, quod in *Calvini* explicatione reprehendimus, vitium hanc interpretationem urget. Suspenduntur enim v. ὅτι ἡ ἀγάπη κ. τ. λ. a vocc. v. 3. ὅτι ἡ θλίψις κ. τ. λ. Accedit, quod sententiam: *magno spiritus s. animos nostros erga Deum amore implevit* nemo ita enuntiet: *noster erga Deum amor effusus est in animis nostris per spiritum s. nobis concessum*, nisi qui cothurnis quam pedibus incedere maluerit. V. 6. — 9. Male *Clarius* versu 6. v. v. 5. ὅτι ἡ ἀγάπη — τοῦ δοθέντος ἡμῖν firmari putavit h. m.: *fidem facit spiritus s. singularis, quo nos Deus amplectitur, amoris* (v. 5.) *eo, quod Christus, quum adhuc imbecilles essemus pro impiis mortuus est* (v. 6.). Neque enim *hâc re* spiritus s. *nobis Christianis* Dei erga nos amorem testatur, sed eo, quod in animis nostris, tanquam sacrario suo, consedit (1 Cor. 3, 16. v. supra). Unde P. hoc pacto sic disputare debuerat: testis est nobis spiritus s. div. erga nos amoris. Ita enim a Deo comparatum est, ut in quos paternum animum gereret, iis ut filiis suis spiritum s. impertiret (v. 8, 16.). Minus etiam *Reichio**) assentior, P. v. 6. *qui divini erga nos amoris sensus animos nostros impleat* docere opinato, aut *Boehmio*, qui v. 6. *Dei erga Christianos amorem pluribus v. probari et exaggerari* censuit. Uterque enim sola v. v. 5. ὅτι ἡ ἀγάπη τ. θ. ἐκκ. ἐ. τ. κ. ἡ. v. 6. fulciri falso existimavit, quum illa v. cum vocc. διὰ πνεύματος ἁγ. τ. δ. ἡ. copulata *unam* sententiam efficere pateat, ut haec ab illis perperam divellantur. Deinde P. v. 9. ad sententiam v. 5. verbis ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι — τ. δ. ἡμῖν conceptam reverti non expenderunt. Temere *Flattus* v. 6. sq. *secundo* argumento v. v. 5. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει corroborari perhibuit (h. r.: beatae vitae spes nos non destituit, quoniam I. Deus nos teste spiritu s. amat v. 5. et II. Christus pro nobis mortem oppetiit, v. 6. sq.), tum quod sic ἔτι δὲ (Hebr. 11, 36.) Χριστὸς κ. τ. λ., aut ἀπέθανε δὲ καὶ Χριστὸς κ. τ. λ. aut similiter scribendum fuerat, tum quod P. mortem, quam Christus pro impiis occubuit, summae, quâ *Deus* homines prosequutus sit, caritatis documentum esse voluit (v. 8.), *ex quâ* quam certa sit illa fortunatae vitae spes *recte colligeretur* (v. 9.). Imo Ap. totam, quae v. 5. continetur, sententiam v. 6. — 9. argumentatione, quâ a re majore ad minorem descendit, stabilit h. r.: beatae vitae spes nos non fallit, quia summi, quo nos Deus amat, amoris sen-

*) Ven. *Reichii* liber: Verſuch einer ausf. Erklärung des Briefes Pauli an die Römer. Erſter Theil. Göttingen 1833. 8. nunc demum, quum quae prius scripseram typothetae tradidissem, ad me perlatus est.

Digitized by Google

num nobis attulit spiritus s., christ. hominibus datus (v. 5.). Nam quod Christus pro nobis, *imbecillibus adhuc et impiis hominibus*, mortem adiit, documentum est div. erga nos amoris (v. 6.—8.). Multo igitur magis nunc *caeso Christo insontes redditi* a sempiternis poenis ejus beneficio vindicabimur (v. 9.) i. e. quam igitur non fallax est nostra vitae beatae spes, summi, quo Deus nos *homines christ. et qui fide integritatem adepti simus* amplectitur, amoris sensu, quem div. spiritus in animis nostris excitavit, superstructa (v. 5.). Ἔτι γάρ] B. εἴγε γάρ habere dicitur. Apparet librarium εἴγε Χριστός κ.τ.λ. omisso γάρ, ne sententia perderetur, scribere oportuisse, quo excluso v. 6. aptum sensum funderet. Muniret enim quo ante dixi modo sententiam v. 5.: non fallax nostra est beatae vitae spes ob singularem Dei erga nos amorem (v. 5.), *quandoquidem* Christus, quum adhuc essemus infirmi pro impiis mortuus est (v. 6.). Quae res quum Deum *nos peccatores* vehementer amasse demonstret (v. 7. 8.), multo magis sperare licet, fore, ut Christi morte *expiati* per Christum a sempiternis miseriis vindicemur (v. 9.) i. e. fore, ut Deus nos, homines expiatos, pro suo erga nos amore speratâ felicitate potiri jubeat (v. 5.). Tum F. G. Iren. adv. Haer. 3, 16, 8. It. Vulg. Ambrosiast. Pelag. Faustin. Sedul. pro ἔτι γὰρ κ.τ.λ. praebent εἰς τί γὰρ Χριστὸς — ἀπέθανε; Quâ lectione receptâ argumentatio non aliter procedit, quam si εἴγε Χριστὸς — ἀπέθανε scribatur: *cur enim* (np. ut fallacem esse magno Dei erga nos amore nixam beatae vitae spem jure crederes, v. v. 5.) Christus, quum adhuc essemus imbecilles, pro impiis mortem adiit? (v. 6.). Quae quum Deum nos *peccatores* impense amasse doceat (v. 7. 8.), multo magis optima quaeque sperare licet Christi morte *integritatem adeptis* (v. v. 9. cl. v. 5.). Syrus pro ἔτι γάρ continet εἰ δὲ Χριστὸς — ἀπέθανε; i. e. *Si vero* (h. e. quid vero, si) Christus .... mortuus est? Quid tum? quid postea? (cf. Act. 23, 9. et Conjectanea m. I, p. 30.). Haec interrogatio h. l. inepta est. Postremo (nam εἰ δὴ Χριστὸς κ. τ. λ. neque Syrus neque alii habent: cf. *Vater.* et *Rueck.*) Isid. Pelus. ep. II, 117. et Augustin. bis (v. *Sabatier.*) afferunt εἰ γὰρ Χριστὸς κ.τ.λ., quod duplici modo explicari potest, aut sic: εἰ γὰρ Χριστὸς — ἀπέθανε; (*nam si Christus — mortem obiit? quid tum?* at haec percontatio non magis apta est, quam quum εἰ δὲ Χριστὸς — ἀπέθανε; susceperis), aut ut *Usterio* placuit. Is enim l. l. p. 119. sq. v. 7. et 8. in parenthesin conjectis versum 6. Εἰ γὰρ Χριστὸς — ἀπέθανε protasin efficere putavit, quam v. 9. apodosis excipiat, cui propter longiorem parenthesin

Digitized by Google

per anacoluthon innexum sit οὖν (v. *Heindorf.* ad Plat. Gorg. p. 10.) h. r.: *vitae beatae spes ob insignem Dei erga nos amorem nos non fallit* (v. 5.). *Nam si Christus quum adhuc infirmi essemus — mortem pro impiis occubuit* (sequitur parenthesis v. 7.—v. 8. fin.), *multo igitur magis integri nunc Christi morte redditi per eum sempiternis poenis eripiemur.* Verum enimvero scriptura εἰ γάρ nullius auctoritatis est, quippe quam paucissimi e v. 10. petierint. Deinde *Usterii* explicatio contorta est. Postremo hujus viri sententiae nocet v. 10., qui non eo consilio adjectus est, ut paullo latius dicta v. 6.—9. in breve cogerentur, ut sibi *Usterius* persuasit, sed ut sententia v. 9. stabiliretur: *per Christum* (δι' αὐτοῦ sc. τοῦ Χριστοῦ) nos sempiternis poenis ereptum iri. Jam ea subsidia, quae pro ἔτι γάρ alias voces habere vidimus (B. F. G. Syr. It. Vulg. al.) et nonnulla alia (ut A. C. D*. 31.) ἔτι continent post ἀσθενῶν. Inconsiderate hoc ἔτι *Griesb.*, *Kopp.*, *Lachm.* al. ita receperunt, ut ἔτι γάρ retinerent. Duae enim res ab hoc consilio eos deterrere debuerant: una, quod pleraque subsidia, quae ἔτι posterius tenent, prius non agnoscunt: altera, quod ἔτι in *eodem* sententiâ repetitum ferri nequit. Temere *Oeder.* ap. *Wolf.* ἔτι γάρ exposuit *insuper, porro* (i. e. ἔτι δέ Hebr. 11, 36. Xen. Oec. 2, 6. Diod. Sic. 19, 35.) et *Kopp. adeo enim Christus* [*Quin etiam Christus* —] *— mortuus est* (i. e. ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς — ἀπέθανε). Ridicule autem *Tholucc.* P. per oblivionem ante dictorum ἔτι post ἀσθενῶν iterasse perhibuit, qui Ap. adeo nullâ memoriâ fuisse finxerit, ut quinque vocc. exaratis primorum oblivisceretur, quibus sententiam exorsus esset. Multo sapientius *Knapp.* ἔτι γάρ retinuit ἔτι post ἀσθενῶν repudiato. Speciose enim ita disputes, multos librarios ἔτι γάρ diversis modis mutasse hyperbato offensos, quum voc. ad ἀσθενῶν pertinens sententiam ducere aegre tulissent, atque vocem post ἀσθενῶν collocasse. Quod autem etiam alii Cdc., quam in quibus ἔτι γάρ corruptum sit, καί post ἀσθενῶν jactent, in causâ esse lectionem ecclesiasticam, quae a Χριστός inciperet. Quare fieri non potuisse, quin in libris ecclesiasticis, unde illi librarii pependissent, ἔτι, vox ad sententiam necessaria, post ἀσθενῶν poneretur. Hoc igitur Ap. dicere: nam quum *adhuc infirmi* essemus Christus — pro impiis mortuus est. Ac sane ἔτι a voc., ad quod pertinet, per hyperbaton haud raro sejungitur: v. Eur. Or. v. 416. ἔχτον τόδ' ἦμαρ· ἔτι πυρὰ θερμὴ τάφου. et ad v. 499. *Porson.*, Achill. Tat. 5, 18. ἐγὼ δὲ ἔτι σοι ταῦτα γράφω παρθένος. Non mihi tamen ista disputatio ab omni parte probatur, tum propterea, quod non gregarii

Digitized by Google

Cdc., quos e Lectionariis depravatos esse facile crederes, sed antiquissima subsidia (ut A. B. C. D* Syr. It.) ἔτι post ἀσθενῶν ita exhibent, ut major eorum pars pro ἔτι γάρ alias voces substituant, tum ideirco, quia si cum *Knappio* feceris Χριστός inepto l. collocatum est. Neque enim sententiae vis in eo est, quod *Christus* quum adhuc essemus infirmi pro impiis mortem occubuerit, sed in hoc, quod *quum adhuc essemus imbecilles* Christus *pro impiis* mortem adierit (v. v. 8.). Hunc igitur v. ordinem jure exspectaras: ἔτι γὰρ ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν Χριστὸς κ. κ. ὑ. ἀ. ἀπέθανε. Quare haud scio, an hic l. *conjecturâ* sanandus sit. Certe si leni ac paene nullâ unius v. mutatione ἔτι (ETI) in ἢ τί (H TI) distraxeris, ut P. scripserit: ἢ τί γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν ἔτι κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε; et sententiam erexeris *tum* voce Χριστός suo l. positâ tum verbis κατὰ καιρόν nulli offensioni futuris, quae languent, nisi ἔτι κατὰ καιρόν reposueris et arcto vinculo colligaris (fortunatae vitae spes nos non destituit ob summum Dei erga nos amorem, cujus pignus est spiritus [v. 5.] *aut* [scil. si illam spem fallacem fingere lubet v. 5.] *cur enim* [i. e. ut sententiam v. 5. probem] *Christus quum essemus adhuc tum infirmi pro impiis mortem oppetiit?*) et variantium lectionum fontem aperueris. Nam εἰς τί γὰρ —; genuinae lectionis ἢ τί γάρ —; est interpretamentum, eandem cum illâ argumentationem afferens (v. supra). Sed quum ἢ τί γὰρ —; in ἔτι γὰρ corruptum esset, librarii, quum ἔτι utroque l. tolerari non posse vidissent, aut induxerunt ἔτι post ἀσθενῶν, aut ἔτι γάρ mutarunt in εἴγε et εἰ γάρ (v. 10.). Nam εἰ δέ ex εἰ γάρ fortuitu natum videtur, quum γάρ et δέ scribae confundere soleant. Sed si quis tamen cum *Knappio* sentire maluerit, eum eum vi praepositio v. Χριστός hoc pondus addere oportet: nam *Christus* (generis humani sospitator peramanter a Deo propter homines ad supplicium datus v. 8. 8, 32.) quum adhuc imbecilles essemus — pro impiis mortuus est. ἀσθενῶν] ἀσθενής nunquam non *imbecillem*, *infirmum* notat. Sed potes ἀσθενής esse τὸ σῶμα (i. e. aut viribus parum valens, aut aegrotus), τῷ νόῳ (tardus), τοῖς χρήμασιν (*inops* v. Demosth. adv. Mid. p. 555. ed. *Reisk.*), τῇ πίστει (Rom. 14, 1.) et multis aliis rebus. Quarum quae quoque l. dicatur, vel ex adjectâ voce, vel e cohaerentiâ cognoscitur. H. l. infirmitas *robori* opponitur, quod animis nostris *spiritus s.* addidit (v. 5.), qui fortis ipse fortes facit homines christ. (2 Tim. 1, 7. Act. 1, 8. Rom. 15, 13. 19.). Sic igitur Ap. (e *Knappii* lectione) disputat: non fallit nos vitae beatae spes ob singularem Dei erga nos amorem, *cujus*

pignus Christiani habemus spiritum s. (v. 5.). Nam Christus, *quum quia spiritus s. robur nobis deesset adhuc essemus infirmi* (quum adhuc σαρκικοί, nondum πνευματικοί essemus, 7, 5. 8, 3. 4. 13.) — pro impiis mortem adiit. Commemorat hoc P., ut quantam aeternae beatitatis fiduciam alere deceat div. spiritu confirmatos, quum Deus praepotente adjutore destitutis tantum summi amoris pignus dederit, doceat. Fallatur qui hunc l. ab Eph. 2, 1. sq. et 2 Cor. 8, 9. non nisi *tralatione* differre opinetur. Nam *vitâ* a Deo per Christum *nobis* redditâ et *divitiis* a Christo nobis partis *tota Christianorum felicitas* (ἡ σωτηρία Eph. 2, 5.) continetur. Hîc autem hoc tantummodo affirmatur, habere nunc homines christ. spiritus div. robur, quod priusquam habuerint mortuum esse Christum. Mirum est, vocem ἀσθενής h. l. interpretibus multum negotii exhibuisse. Quorum *P. Junius* ἀθέων conjecit, alii autem, (ut *Kopp.* et *Wahl.*) ἀσθενῆ significare putarunt, quod nunquam notat, *miserum* cl. LXX. Prov. 22, 22. 31, 5. 9., ubi ἀσθενής est *pauper*, *inops*. Sed plerique, quum v. ἀσθενής ab ἀσεβής et ἁμαρτωλός vi non discrepare ex v. sq. et v. 8. collegissent, alii aliter hanc potestatem ex illa voce elicere conati sunt, *Chr. Fr. Schmid.*, *Jasp.*, *Winz.* p. 11. al., quum exponerent *miseri ob peccata*, *Calv.*, *Grot.* al. eo quod explicarent: *quum imbecilles essemus pietate ac virtute*, quae exigua aut nulla potius in nobis erat. Neque defuerunt, qui (*Michael. Bretschneid.* in Lex., *Reichius* al.) v. ἀσθενής vi suâ *eum qui titubet* i. e. *peccet*, *peccatorem* (cf. v. πταίω) declarare propterea sibi persuaderent, quod LXX. כָּשַׁל et נִכְשַׁל *talipedare*, *titubare*, quod facit qui proxime abest a lapsu, verbo ἀσθενεῖν convertere consueverunt (Ps. 9, 4. Dan. 11, 19. Prov. 24, 16. Hos. 14, 10.). At non accurate LXX. v. כָּשַׁל reddiderunt verbo ἀσθενεῖν, quod iis esset: *viribus destitui* et sensu activo: *languidum aliquem facere* Mal. 2, 8.. Quare ἀσθενῆ *titubantem*, *offendentem* i. e. *peccantem* valere ex LXX. minime consequitur. κατὰ καιρόν] Haec v. frigent, sive ea ad ἀπέθανε rettuleris, sive cum ἀσθενῶν consociaveris. Illud quibus placuerit, κατὰ καιρόν enarrare debeant *tempore* (v. LXX. Num. 23, 23. Jes. 60, 22. Luc. Hermot. c. 10. et *d'Orville* ad Charit. p. 360. Contrarium est παρὰ καιρόν *alieno tempore*). Sed potest formula κατὰ καιρόν hoc pacto tum *ad Deum* spectare: *tempore*, *quod Deo opportunum esset*, *tempore a Deo constituto* (v. *Theophyl.* et *Beza*), tum *ad ejus temporis*, *quo Ap. epistolam scriberet*, *aequales*: *tempore nobis qui nunc vivimus commodo* (alterutro modo v. sumsit *Syrus* vertens *hoc tempore*). Utrumque sane in

Digitized by Google

N. T. passim perscriptum est, et *tempore a Deo destinato* Christum ad homines legatum venisse (Gal. 4, 4. Eph. 1, 4. sq.), quod non mirum est, quum Deus *V. T. oraculis* Christum hominibus portendi jusserit (Luc. 24, 46. sq. Act. 3, 18. sq.), et beatos esse praedicandos Christi aequales, quod quum ipsi viverent Deus Messiam nasci voluisset; qui si vel priusquam illi essent vel post eorum obitum venisset conditione eos futuros fuisse multo deteriori (Hebr. 11, 40. 1 Petr. 1, 11. sq.). Sed hic nihil nisi hoc dici ad rem attinet: *priusquam spiritus div. animos nostros confirmasset Christum pro impiis mortuum esse*; hoc adjici, *tempore aut a Deo praefinito* aut *lectoribus maxime opportuno* Christum mortem adiisse ab institutâ disputatione prorsus abhorret, cujus nervi alienâ additâ re frangantur. Neque melius huic l. ii consuluerunt, qui (*Erasm.*, *Luther.*, *Calv.*, *Castalio*, *Beneckius* al.) κατὰ καιρόν cum ἀσθενῶν copularunt h. s. *quum adhuc essemus secundum rationem temporis* (i. e. ut temporis ratio tulit) *infirmi* (v. Hebr. 5, 12. διὰ τὸν χρόνον). Alienissima est enim ab h. l. imbecillitatis excusatio inde depromta, quod ante Christum non potuerimus non imbecilles esse. Praeterea P. κατὰ καιρόν sic rectius collocasset ante ἀσθενῶν. Restat igitur, ut v. ἔτι κατὰ καιρόν arcte conjungantur: *adhuc eo tempore, adhuc tum* i. q. ἔτι τέως, ἔτι τότε (cf. Lucian. Catapl. c. 22. τὸ πρότερον τέως.) Charito 4, 1. παρῆσαν δὲ καὶ δύο σατράπαι κατὰ καιρὸν (eo tempore) ἐπιδημοῦντες —. Sed aspera est haec interpretatio, si *Knappii* lectione probatâ vocabula magno spatio discreta consocies, quae sine salebrâ est, si ἔτι post ἀσθενῶν in ordinem receperis: quâ re mea conjectura haud parum firmatur. ὑπὲρ ἀσεβῶν] *pro impiis*, i. e. *in impiorum commodum*. Male *Flatt.*, *Rueck.*, *Winz.* p. 12. al. enarrant *impiorum loco* (ὑπέρ i. q. ἀντί Philem. v. 13.) propter v. 7.. At ibi ὑπὲρ δικαίου praeter necessitatem explices: *ne probus pereat*, quum hoc dici satis sit: *in probi emolumentum*; *ut mala ab eo avertantur*. In finitimis l. contextam orationem passim postulare, ut ὑπέρ i. q. ἀντί valere censeamus (Gal. 3, 13. 2 Cor. 5, 14. 1 Petr. 3, 18.; *insons* enim Christus mortem occubuit, ne homines *sontes secundam* mortem ab irato numine adire cogerentur h. e. ut eos a sempiternis miseriis vindicaret v. Apoc. 20, 6. cl. 1 Petr. 3, 18. 1 Tim. 2, 6. 1 Thess. 5, 9. sq.), minime infitior, dissentiens cum *Win.* gr. p. 326., qui in formulâ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε nimirum non satis perspicue ab Apostolis informatâ ὑπὲρ ἡμῶν ambiguis v. *pro nobis* converti jubet. Totus l., si *Knappii* lectionem tuearis, sic comparatus est: *beatae vitae spes nos non decipit*,

Digitized by Google

quia vehementis Dei in nos amoris testem habemus spiritum s. nobis datum (v. 5.). *Nam Christus* (hominum sospitator) *quum essemus adhuc tum eo quod spiritus div. largitur robore destituti, pro impiis mortem oppetiit* (v. 6.); sin meam conjecturam admiseris, ita habet: *fortunatae vitae spes nos non fallit, quia impense nos a Deo amari testatur spiritus div. nobis concessus* (v. 5.). *Aut* (scil. si illam spem fallere putaris v. 5.) *cur enim Christus, quum spiritus s. robore adhuc tum careremus, pro impiis mortuus est* (v. 6.)? i. e. non destituit nos illa spes ob singularem Dei erga nos amorem (v. 5.). Nam non idcirco, opinor, Deus Christum *pro impiis* necari passus est, ut amare videretur quos odisset (v. 6.). — V. 7. 8. Nexus: Christo *pro impiis* ad supplicium dato Deus suum erga nos amorem manifestat, quum *pro improbis* fieri voluerit, quod *vix pro probo* aliquis fecerit. — Praetermittunt hunc vs. Iren. adv. Haer. 3, 16, 8. et Origenes ad Canticum l. 2. p. 53. ed. *de la Rue*, ut ad P. disputationem, quam summatim afferunt, non prorsus necessarium. Sed c. Celsum 4, 8. Origenes vs. 7. et 8. ordinem invertit. Quod idem si in uno alterove Cd. fieret, mirum non esset. Nam quum ob ἀποθανεῖν in fine v. 7. et ἀπέθανε, quo verbo v. 8. terminatur, hi vs. facile confundi potuissent, (ob hanc ipsam rem v. 8. in Cd. 71. excidit) tum v. 8. ante v. 7. collocato P. disputatio minime perturbata esset. Omni igitur fundamento destituta est *Semleri* propterea vs. 7. adulterinum esse arbitrati sententia, qui praeterea Syri lectionem ἀδίκου pro δικαίου praebentis (v. infra) et Rom. 9, 3., quem l. nostro repugnare putavit, male antestatus est. Neque enim reputavit, P. h. l. de hominum vulgo, quod vix pro viro bono mortem oppetere sustineat, loqui, infra 9, 3. quam excelso ipse esset et alto animo, quum pro Judaeis a Christo aversis extremum malorum non nollet perpeti, haud mediocriter commotum expromere. Item *Tan. Fabri* ep. II, 14. conjecturam, qui v. v. 7. ὑπὲρ γὰρ τ. ἀ. τ. τ. κ. τ. ἀποθανεῖν ut scholion e margine in ordinem temere illatum deleri voluit, eo quod ista v. deliberato consilio ab Ap. adjecta esse ostenderis, plane everteris. — Suspensa est v. 7. sententia ab explicatione v. δικαίου et τοῦ ἀγαθοῦ. Syrus δικαίου ineptum sensum fundere opinatus, credo, quod Paulo sic disputandum esse putavisset: Deus Christum *pro impiis* mortem suscipere jussit, quam *pro hujus generis homine* vix quisquam adeat, more suo (v. Diss. m. in 2. ep. ad Corinth. II, p. 1. sq.) δικαίου in ἀδίκου ex ingenio mutavit. Quod quanquam pro arbitrio fecit, tamen, quod *Wolf.*, *Kopp.* al. male negarunt, ejus conjectu-

Digitized by Google

nam optimam sententiam afferre cum *Beza*, *Grot.*, *Limb.* al. confitendum est: — Christus *pro impiis* mortem occubuit (v. 6.). Nempe *vix quispiam pro improbo* mortem oppetet: nam *pro probo* aliquis fortasse mori sustinaret (v. 7.). Probat autem Deus suum erga nos amorem eo, quod Christus pro nobis *adhuc improbis* mortuus est (v. 8.). Monstra loquuti sunt *Schleusn.* Lex. I, 641. et *Findeisenus* Comment. theol. ed. a *Velthus.* T. IV, p. 356., quum *δίκαιον* i. q. *ἀδίκου* h. l. valere contenderent. Nimirum quia *δίκαιός εἰμι* sq. Infinitivo declarat *dignus sum, qui* — (v. Eur. Jon. v. 1594. ed. *Herm.* et *Matthiae* auct. gr. Gr. II, 894.), idcirco nude positum v. *δικαίου* per ellipsin omisso Inf. *ἀποθανεῖν* eorum significare posse sibi persuaserunt. Quasi vero ita non *μόλις γὰρ εἴ τις ἀποθάνοι δίκαιός ἐστιν ὑπὲρ τούτου τις ἀποθανεῖται* aut simili modo Paulo dicendum fuisset. Verissime *Chrys.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Oecum.*, *Calv.*, *Beza*, *Castalio*, *Limborch.* al. voc. *δικαίου* a voce *τοῦ ἀγαθοῦ* significatu h. l. non discrepare, quum utrumque *virum honestum* denotet, affirmarunt (v. Matth. 5, 45. Luc. 23, 50. Jac. 5, 6. 1 Petr. 3, 18. Sirac. 12, 7.). De singulis v. haec accipe. Prius *γάρ* valet *nempe* (v. *Jacobs.* ad Achill. Tat. p. 979.). Explicat enim P. sententiam v. 6. *Χριστὸς — ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε*, vix quemquam mortalium pro viro probo mortem aditurum observando v. 7., ut in Christi morte pro hominibus improbis susceptâ div. amoris argumentum agnoscamus (v. 8.). Posterius *γάρ* est *enim*, praecedentem sententiam *μόλις — ἀποθανεῖται* confirmans; in qua non v. *μόλις* praecipuam vim habet, ut *Castalio* putavit (*vix*, inquam; nam *fortasse* aliquis hoc facere sustinet: sic enim hoc opus erat v. ordine: *τάχα γάρ τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ*), sed voc. *ὑπὲρ δικαίου*, unde P. posteriorem sententiam a v. *ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ* recte exorsus est. Articulus voci *ἀγαθοῦ* praepositus neminem jure offendat. Est enim *ὑπὲρ δικαίου*, für einen Rechtschaffenen, *ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ* für den Rechtschaffenen pro viro honesto, quem dixi (v. 3, 30. 5, 4.). Ut *τοῦ δικαίου* pro *τοῦ ἀγαθοῦ* P. scriberet nihil erat necesse. Haec enim cuivis scriptori venia datur, ut ubi eandem notionem denuo enuntiet aut idem voc. repetat aut ejusdem potestatis aliud ponat, ut libuerit (v. Dissert. m. in 2. ep. ad Cor. II, p. 3. et Joh. 16, 21. *ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ λύπην ἔχει — ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον οὐκέτι μνημονεύει τῆς θλίψεως —*; ubi D. male *τῆς λύπης* praebet.). *Καί* multi (ut *Beza* et *Winz.* p. 13.) cum *ἀποθανεῖν* male consociant, quum vertunt: *etiam* (*vel*) *mori*, quod graece dicendum fuerat: — *τολμᾷ καὶ ἀποθανεῖν*. Quin *καί* cum *τολμᾷ* cohaerere, vv. ordo docet.

Digitized by Google

Possit igitur explicari: *vel sustinet* (Matth. 10, 30.). Sed parum apte pro viro honesto fortasse quempiam non solum mori, verum etiam *forti animo* mori eo l. diceretur, quo argumentationis subtilitas ac vis ex hâc sententiâ pendet: vix quemquam *ab se impetraturum*, ut *pro viro honesto*, pro quo mortem adire tamen aliquis fortasse sustineat, moriatur. Restat igitur, ut *καὶ etiam* declarans dubitationem v. τάχα comprehensam augeat, ut sit vernaculum noch (1 Cor. 7, 11.): denn für den braven Mann unternimmt es noch jemand vielleicht zu sterben. Quare totius vs. sententia hûc redit: *vix* enim *pro viro honesto* mortem aliquis oppetet: nam *pro viro honesto* fortasse aliquis *mori* denique (*καί*) sustinet. Non inutilis est sententia verbis ὑπὲρ γὰρ — ἀποθανεῖν concepta. Nam eâ P. sententiam praecedentem firmat et dilucidat, quum *pro quo vix* quemquam mortem suscepturum dixerat *pro eo fieri fortasse posse*, ut aliquis mori sustineat adjungit. Non *prorsus necessarium* fuisse, ut ὑπὲρ γὰρ — ἀποθανεῖν adderentur facile largior. Sed non omnia idcirco male adjecta sunt, quia omitti potuerant. Male *Knachtb.*, *Hammond.*, *Clericus*, *Heum.*, *Carpzov.*, *Kopp.*, *Morus*, *Boehm.*, *Win.* gr. p. 97., *Beneck.*, *Reichius* al. δίκαιον *virum probum*, τὸν ἀγαθόν *virum quem quis habeat beneficum*, *bene de se meritum* (seinen Wohlthäter) explicuerunt. Significat sane Hebraeorum טוב (Jer. 33, 11. Ps. 34, 9.), Graecorum ἀγαθός (v. Xen. Cyr. 3, 3, 4. Charito 8, 8. Εὐανθήμησεν ὁ δῆμος τῷ ἀγαθῷ ἀνδρὶ, Πολυχάρμῳ, φίλῳ· πιστῷ ὁ δῆμός σοι χάριν ἐπίσταται· τὴν πατρίδα εὐηργέτηκας. Lucian. Caucasus c. 18. καίτοι θεούς γε ὄντας ἀγαθοὺς χρὴ εἶναι καὶ σωτῆρας ἑαῶν καὶ ἔξω φθόνου παντὸς ἑστάναι. Matth. 20, 15. 1 Petr. 2, 18. ἀγαθός Philem. 14. τὸ ἀγαθόν τινος *alicujus beneficium* cl. *Sturz.* Lex. Xenoph. I, 6.), Romanorum *bonus* (Cic. D. N. D. 2, 25, 64. — a majoribus autem nostris [Jupiter dicitur] *optimus maximus*; et quidem ante *optimus*, id est *beneficentissimus* —.) et Germanorum gut *benignum*, *beneficum*, quod frustra negavit *Bueck.*. Causa haec est, quod virum honestum ex benevolentiâ, benignitate et humanitate cognosci nationes recte vulgo judicarunt. Sed his ego argumentis istorum interpretum sententiam impugnabo: I. Credibile est, P., si illud enuntiare statuisset, ὑπὲρ γὰρ τοῦ χρηστοῦ pro ὑ. γ. τοῦ ἀγαθοῦ dicturum fuisse non tam propterea, quod et P. (Eph. 4, 32. Rom. 2, 4.) et ceteri scriptores tum V. tum N. T. notiones *benigni* et *benignitatis* verbis χρηστός et ἡ χρηστότης concipere solent, quam idcireo, ne ambigua esset oratio. Metuendum enim ei fuisset, ne ὁ ἀγαθός, quum δίκαιος prae-

cessisset, de homine *honesto* acciperetur, secus quam voluisset. II. *Hominis, quem quis in se benignum aut bene de se meritum habeat* (seines Wohlthäters) cogitatio majore, quam quae in Articulo (*τοῦ ἀγαθοῦ s. χρηστοῦ*) sita est, perspicuitate exprimenda fuerat potueratque P. illam vocabulo satis obvio (Sap. 19, 14. 2 Macc. 4, 2. Luc. 22, 25.) *τοῦ εὐεργέτου* includere. III. Interposita sententia: *pro homine, a quo beneficiis sis ornatus, fieri fortasse posse, ut mortem suscipias* aliená re argumentationi admistâ Apostoli disputationem obtundit, cujus acumen in eo est, ut Paulus haec monuisse satis habuerit: quum vix pro *honesto* homine quisquam mortem occubiturus sit, Christi mortem pro *improbis* susceptam div. erga homines amoris documentum esse apparere. Sed P. illam sententiam praeter ullam necessitatem adjecisse fingamus. Tum nimirum, ut idoneam rationem haberet, v. 8. ad eam respicere debuerat h. r.: — *ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν καὶ ἐχθρῶν* —; quod non fecit. Nam qui Ap. v. 8. sic rationem concludere perhibuerunt: manifestare Deum suum erga homines amorem, quod Christum pro nobis impiis *neque de se promeritis* (Rom. 11, 35.) mortem oppetere voluerit, sua cogitata Paulo obtruserunt. *Bengel.* al. *δίκαιον justum*, qui et faciat quae judex vi adhibitâ extorqueat et omittat, quae facere leges eum prohibeant טוֹב, *τὸν ἀγαθόν bonum*, qui div. mandatorum verecundiâ ad honesti regulam vitam dirigat, *virum omnibus pietatis numeris absolutum* חָסִיד Ps. 31, 24. h. l. valere censuerunt. Quorum opinioni duo obstant. Neque enim voce. *δίκαιος* et *ἀγαθός* ita in libris s. distinguuntur, ut illud non nisi leges accurate observantem, hoc virum honestum et pium denotet (v. *Reichium.*) Deinde, ne alia commemorem, haec quoque sententia: *pro perfectae honestatis ac pietatis homine fortasse quispiam denique sustinet mori* a P. disputatione alienissima est, cui hoc unum docere propositum sit: ex eo quod Christus *pro improbis* mortem occubuerit Dei erga homines amorem intelligi, quum vix *pro probis* quisquam mortalium moriatur. Infelicissima est eorum opinio, qui aut tum *ὑπὲρ δικαίου* tum *ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ*, aut alterutrum generis neutrius esse sibi persuaserunt. Illud v. c. *Ludhero* et *Melanthoni* visum est, qui *ὑπὲρ δικαίου pro justo* i. e. *ut juri satisfiat* et *ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ pro bono* i. e. *pro commodo atque emolumento* enarrarunt. Sed praeterquam quod sic *ὑπὲρ τοῦ δικαίου* (Luc. 12, 57.) exarandum fuerat, hâc explicatione P. argumentatio frangitur, quae eo nititur, ut hominibus *improbis*, pro quibus Christus mortem susceperit, *probi* opponantur, pro quibus vix quisquam mortem oppetat. Hoc nuper pla-

Digitized by Google

cuit *Rueckerto*, qui ὑπὲρ δικαίου pro *homine probo*, sed, ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ, quia huic voci Articulus adjectus sit (at v. supra) *pro commodo* aut *emolumento* (Rom. 13, 4. Xenoph. Cyr. 5, 3, 11.) exposuit. Verum enim vero sententia, quâ mala hominum commoda sua quaerentium cupiditas obiter carperetur (nam ut *emolumentum* habeat fortasse aliquis mori denique sustinet), non solum nihil ad P. disputationem conferret, verum etiam eam dilueret. Pertineret illa sententia ad hunc l., si P. Christi mortem Deo non solum non profuisse sed etiam obfuisse v. 8. insuper addidisset, quod ipsum vereor, ne jejunum fuisset. V. 8. Efficit nunc P. te, sententiâ v. 7., documento esse quantopere nos Deus diligat Christum *pro impiis* neci datum. Perperam igitur *Lachm.* vs. 7. in parenthesin obscondidit. Praecipuum pondus habet συνίστησι i. e. *demonstrat*, *probat* (v. supra ad 3, 5. p. 159.), non *commendat* (cf. *Pelag.*, *Luther.*, *Bengel.*), quod v. ob hanc ipsam rem periodum ducit. Sensus: *demonstrat autem* (unde rem argumento firmatam male addubites, sed sempiternae beatitatis spem jure concipias: attende ad v. 9.) suum nobis Deus amorem eo, quod quum adhuc impii essemus Christus pro nobis mortuus est. Mire *Rueckert.*, male de h. l. disputans, si rem accurate expenderis, v. 8. *Deum* opponi *hominibus* v. 7. observavit. Nam si haec P. mens fuisset, et hunc verbis ordinem assignavisset: ὁ δὲ θεὸς τ. ἑ. ἀ. ε. ἡ. συνίστησιν ὅτι — et ut oppositio satis exstaret v. 7: ἀνθρώπος scripsisset ὑπὲρ τίς. Magis etiam mirum est, quod *Rueck.* addidit, P. quo videmus loco v. collocasse propterea, quod in ejus animo *div. amoris* cogitatio ut eximia insedisset. Hoc enim pacto Ap. τὴν δὲ ἀγάπην ἑαυτοῦ συνίστησιν εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι —. exarasset. Voce. ὁ θεός, quoniam a B. absunt et in D. F. G. 76. Mt. q. 8. V ulg. al. ante εἰς ponuntur, suspecta visa sunt *Reichio*. At quum h. l. neque cogitando adjici possit ὁ θεός v. 6. et 7. non memoratus, neque e sequenti membro Χριστός, ut sit Subjectum, suppleri (hoc enim P. agit, ut quum *Deum nobis impiis* insigne magni amoris documentum dedisse docuerit v. 7. 8., *eum* pro suo erga nos amore sempiternam beatitatem *nobis expiatis* concessurum esse concludat; v. 9. cf. v. 5.) ὁ θεὸΣ primum facili errore post εἰΣ ἡμᾶΣ excidisse, deinde ab aliis e fugâ retractum alienum locum occupasse existimo. Certissimum esse summi, quo Deus in genus humanum propendeat, amoris pignus, quod Christum, filium suum, pro hominibus hostiam caedi voluerit constat Joh. 3, 16. Rom. 8, 32.. Sed h. l. div. amoris vim ac magnitudinem ex institutâ comparatione Ap. cognosci voluit,

quod

quod mortem, quam vix quisquam pro probis adeat, pro improbis subeundam Christo imperaverit. Alias *Christus* eo, quod mortem pro genere humano obiisset, suum hominibus amorem declarasse dicitur Gal. 2, 20. Eph. 5, 2. 25. Quippe non coactus, sed ultro tum div. mandatorum reverentiâ tum quod homines amaret ad Dei se voluntatem conformavit Phil. 2, 8. ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν] His v. non hoc P. indicat, nunc nos nihil delinquere (v. supra, p. 47.), sed quum delicta etiamnum committamus, tamen nos, Christi supplicio expiatos, *integros a Deo judicari*, (δικαιωθῆναι), ut e v. 9. elucet. ὅτι ἔτι] Syr. Chrys. ὅτι εἰ. Male Syrus ὅτι retento εἰ sumsit pro ὅτι (؟) v. *Matthiae* ausf. gr. Gr. p. 1251. sq. Nam si idonei libri ὅτι omitterent, εἰ primum in ἔτι depravatum et ex hoc postea ὅτι natum esse speciose aliquis disputaret. Sed quum F. G. Vulg. ms. Cypr. Hilar. al. et ὅτι εἰ ἔτι h. l. offerant et v. 9. οὖν omittant, manifestum est, quum εἰ pro ἔτι male a nonnullis scriptum esset, alios v. 10. intuitos εἰ ita cum ἔτι suscepisse, ut v. 9., quem ad ὅτι v. 8. rettulissent, orationem continuari putarent. Quam lectionem *Zegero* probatam si amplexus sis, Ap. disputatio sic decurrit: beatae vitae spes ob summum Dei erga nos amorem non fallit (v. 5.), cujus illustre documentum Deus eo dedit, quod Christum *pro impiis* mori passus est (v. 6.). Vix enim *pro probo homine* quisquam morietur (v. 7.). *Probat* (probavit) *autem suum amorem nobis Deus eo, quod quum dum adhuc improbi essemus Christum mortem pro nobis adire voluerit, multo magis nunc Christi sanguine expiati Christi beneficio a sempiternis poenis vindicabimur* (i. q. — eo quod — multo magis nunc Christi sanguine expiatis *sperare licet, fore* ut Christi beneficio ab aeternis poenis *vindicemur* ideoque vitâ beatâ potiamur) v. 8. 9. In quâ periodo et συνίστησι Praesens offendit (exspectaras Futurum συστήσει) et inanis verborum strepitus contortumque structurae genus justam mirationem facit. Potuerat enim P. istam sententiam et simpliciter et plane his v. exprimere: Πολλῷ οὖν μᾶλλον σώσει ἡμᾶς ὁ θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Εἰ γὰρ κ.τ.ἑ. (v. 8. — 10.). Quare scripturam vulgatam genuinam esse censeo et male *Mill.* Prol. §. 882. omissionem voc. οὖν v. 9. probasse existimo, quum eam cum corruptâ lectione v. 8. cohaerere apertum sit. V. 9. *Calv.*: „Id — nunc contendit Ap., minime timendum esse, ne Christus in medio stadio gratiae suae cursum abrumpat." Non hoc contendit Ap., sed ut argumentationem, quâ sententiam vs. 5. confirmare statuerat, absolvat

rei majori (v. 6.—8.) adjungit minorem dicitque *Deum*, qui majus beneficium in nos contulerit, ut Christi supplicio homines improbos amore adductus expiari juberet, facilius etiam ac promtius additurum minus, ut quibus jam propitius sit eos *per Christum* (1 Thess. 1, 10.) et a sempiternis suppliciis vindicari et vitâ aeternâ ornari patiatur (v. *Pelag.* et *Theophyl.*). Nam tum facilius esse beneficiis afficere, quocum in gratiam redieris, quam inimicitias, quae tibi cum aliquo interceserint, deponere, tum credibile videri, qui *moriens* plurimum alicui profuerit multo magis minoris moliminis rem, quae ei prosit, effecturum esse *vivum*, ut P. ipse v. 10. sententiam v. 9. explicat. Quum P. ἐν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ dicere potuisset (v. v. 10. 1 Cor. 15, 3. 1 Thess. 5, 9.), ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ *sanguine quem profudit* scribere maluit, ut Christi supplicium *tanquam hostiae caedem*, ad Judaeorum piacula *alludens*, lectorum sensibus commendaret eorumque oculis subjiceret: v. Eph. 1, 7. 2, 13. Col. 1, 20. 1 Joh. 1, 7. Act. 20, 28. Apoc. 1, 5. al. Nam vis lustralis in caesarum hostiarum *sanguine* erat, qui arae aut sacrae arcae adspergeretur Levit. 16, 14. 17, 11. Nihilominus argutantur, qui Christi *sanguine*, *non morte* hominum scelera expiata esse Paulum illis in l. docere opinantur. Quae quidem opinio l. Hebr. 9, 13. sq. 22. sq. 13, 11. sq. minime firmatur, quum ibi Christi sanguis commemoretur, ut Jesu supplicium per contentionem ad ritus mos. exigatur. Quin loca, in quibus Christi *sanguini* lustralis vis tribuitur, hoc tantummodo, quod ibi commotiore animo rituum jud. ratio habetur, quae lectorum animos aeque afficiat, ab iis differunt, ubi Christi *mors* hominibus saluti fuisse simpliciter affirmatur. Male nonnulli vertunt *ejus morte*. Neque enim αἵματος voc. *mortem* simpliciter significat, quoniam qui diem supremum obeunt plerumque sine sanguinis profusione moriuntur. Melius illi *ejus caede* s. *nece* convertissent. Quoniam enim caedes cum sanguinis profusione conjuncta esse solet (Suet. Calig. c. 29.), factum est, ut דָּם (Gen. 37, 26.) αἷμα (Aesch. Eum. v. 732. ἀνὴρ ὃδ' ἐκπέφευγεν αἵματος [caedis] δίκην. ib. v. 204. Suppl. v. 6. Demosth. adv. Mid. p. 548. ed. *Reisk.* — ἐφ' αἵματι φεύγειν. Matth. 27, 6. 8.) et *sanguis* (Liv. 5, 21. 6, 20.) ibi ponerentur, ubi minus sanguinem effusum, quam *factam caedem* scriptores animis informassent. Contra Ovidius, quia sanguinis profusio cum nece conjuncta cogitatur, necem memoravit pro sanguine, de arte amandi II, v. 714. „Illis te tangi manibus, Brisei, sinebas, | imbutae Phrygiâ quae *nece* semper erant?" Τὴν ὀργήν P. iram vocat, quam Deus expromet

Digitized by Google

sempiternas poenas per Messiam irrogando (2, 8. Matth. 3, 7. Act. 17, 31. 1 Thess. 1, 10.). Quibus liberato aeterna beatitas conceditur. Nam de scriptorum s. sententiâ *aut* probus sis et aeternae beatitatis compos necesse est, *aut* improbus et geennae, quem nemo inde redimat, incola (Matth. 25, 34. Marc. 9, 43. Rom. 2, 7. sq.). Unde Ap. hoc vs. ad v. 5. v. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει reverti in promptu est (v. supra). V. 10. Munitur sententia v. 9. proposita, ita quidem, ut praecipua vis v. 9. in v. δι' αὐτοῦ reponatur: „postquam nunc *Christi nece* in integrum restituti sumus, multo magis a Dei irâ, quae aeternas poenas infligit, *per Christum* vindicati beabimur (v. 9.). *Nam* si, quum essemus Deo invisi, ei reconciliati sumus *per mortem filii ejus*, multo magis postquam reconciliati sumus aeternam beatitatem consequemur *per ejus vitam* (v. 10.)." Hîc *duo* pro certis et quae male addubites ponuntur: *unum*, difficilius esse placare iratum, quam placatum movere, ut ei prospiciat, in quem placatus fuerit; *alterum*, plus posse viventem quam morientem. Ita P. Christum *viventem* rem minus arduam, ut Deus in gratiam receptos aeternae felicitatis compotes reddat, utique effecturum esse ex eo colligit, quod rem multo difficiliorem, ut nobiscum in gratiam Deus rediret, *moriens* impetraverit. Ut Ap. acutum antitheton h. l. consectatus sit (v. 4, 25.), recte tamen quaeritur, qui *viventem* Christum non ita magno negotio aeternam beatitatem hominibus Deo reconciliatis curaturum esse existimaverit (v. *Rueck.*), nisi forte v. ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ sensu destitui, quod nimirum P. inane nullâ subjectâ sententiâ antitheton aucupatus sit, putare placet. Male *Pelag.*: „— quanto magis in ejus glorificabimur vitâ, *si eam fuerimus imitati.*" tum quod Christi vitam non eam dici, quam inter homines ante mortem egerit, sed quâ nunc apud Deum fruatur apparet, tum quod *ipsam Christi vitam* aeternam felicitatem nobis paraturam esse h. e. Christum *viventem qua ipsum opera* τὴν σωτηρίαν *a Deo impetrandam* nobis in gratiam cum Deo reductis quaesiturum esse P. h. l. affirmare ex opposito membro cognoscitur. Nam Christus Deo gratiosos nos reddidit *mortem adeundo*. Posterius argumentum iis quoque obvertam, qui explicant: — multo magis Deo reconciliatis aeterna beatitas obtinget *per Christi vitam* sc. quum Christus apud Deum vitam degens vires nobis suppeditabit, quibus, ne indigni videamur sempiternâ felicitate, Dei praecepta reverii dedecori obsistamus, officium colamus (1 Tim. 1, 12.). Hûc *Chr. Fr. Schmidii*, *Jasp. al.* sententia redit. Imo hoc dicit Ap.: — multo magis partâ Dei gratiâ beabimur *per Christi vitam* sc. quum

Christus aetatem apud Deum agens res nostras Deo commendet seque interponat nostrae causae patronum (v. 8, 34. Hebr. 7, 25. cl. Joh. 14, 13. 14.). Hic Deum P. et Christum hominum modulo metitur, non quod ἡ σωτηρία ἀπὸ τῆς ὀργῆς summâ necessitate ἐκ τῆς καταλλαγῆς consequatur, ut Deus homines Christi nece sibi reconciliatos gehennae supplicüs afficere nequeat, nisi, ut homines passim faciunt, eos nunc quoque occulte oderit, quibus publice ignoverit (v. *Reich.*; nam impuri Christiani, quamquam Deo Christi caede reconciliati, a beatâ Messiae civitate exclusi apud inferos torquebuntur, Eph. 5, 5.), sed quoniam neque Christus patrocinetur indignis et perversorum hominum patrocinium frustra apud Deum suscipiatur, qui ab hominibus Christi supplicio expiatis spectatam fidem, quae e pietate morumque honestate cognoscitur, efflagitet (v. p. 45. sq.). Unde neque probi Christiani, qui sibi ipsi consulere sciant, patrono indigent, neque improborum, qui illud nesciant, fortunam ignaviae deprecator levare poteat. Sed Paulo hominum vita et consuetudo obversabatur, qui quum plus hominibus quam rebus tribuant et pro caris amicis qui deliquerint apud viros in imperio constitutos deprecantur et injurias sibi factas deprecatori cui favent condonant. — Ut v. ἐχθρός vim *passivam* (alicui invisus, v. 11, 28.) h. l. substernamus et formulam καταλλάσσεσθαί τινι *in alicujus favorem venire, qui tibi antea succensuerit* exponamus, P. disputatio et res ipsa poscit, quandoquidem Deus Christi nece hominibus propitius factus est, a quibus ejus voluntas olim abalienata esset. Nam καταλλάσσεσθαί τινι non solum, *ut Passivo-Medium, novum sibi in eum, a quo dissederis, ingenium induere, placari ei, cui iratus fueris* (1 Cor. 7, 11.) notat, verum etiam, quamquam rarius, ut *Passivum, alium fieri ei, cui invisus fueris, ab eo in gratiam recipi, apud quem in odio fueris* significat.*) Xenoph.

*) *B. Tittmannus* De Synonymis in N. T. libro I. p. 102. (Lips. 1829. 8.) διαλλάσσειν et καταλλάσσειν significatu differre autumat. „Διαλλάσσειν plurium est, inquit, καταλλάσσειν unius. Est enim διαλλάσσειν effecere, ut quae inimicitia fuit, *mutua*, ea esse desinat. — Contra καταλλάσσειν proprie est facere, ut *alter* inimicum animum deponat." Affert sane διά nonnullis v. praepositam hanc cogitationem, aut fieri rem a pluribus (cf. διαιτᾶν *inter se osculari*; adde διαπνυθάνεσθαι et διαβάσταθαι), aut effici, ut plures aliquid committant (cf. διαγωνοθετεῖν *facere ut duo certamen ineant*), unde διαλλάσσειν *inter se dissidentes in gratiam redigere* valere posse videatur. Nihilominus *Tittmanni* opinio fundamento destituta est, tum quia *simplex* v. ἀλλάσσειν *reconciliare* non declarat, tum quod cur „facere, ut *alter* inimicum animum deponat" καταλλάσσειν Graeci dixerint nulla ratio est. Ad-

Digitized by Google

Anab. I, 6, 1. sq. *Ὀρόντης δὲ — ἐπιβουλεύει Κύρῳ, καὶ πρόσθεν πολεμήσας. Καταλλαγεὶς δὲ οὗτος Κύρῳ εἶπεν,*

---

junge, quod veteres Grammatici *διαλλάσσειν* et *καταλλάσσειν* significatu non discernunt. Pollux enim I, 153. *διηλλάγησαν*, *καταλλάγησαν* et *συνηλλάγησαν* ut v. idem valentia composuit; item Phavorinus: *καταλλάττειν καὶ διαλλάττειν τὸ εἰς φιλίαν συνάγειν τινάς*. De Thoma Mag. infra dicetur. Porro scholiastae verbum *καταλλάσσειν* explicans verbo *διαλλάσσειν* [cf. schol. Thucyd. 4, 59. et Soph. Aj. v. 745.] et vicissim *διαλλάσσειν* verbo *καταλλάσσειν* [v. schol. Philostr. Her. ad p. 214. ed. *Brisson.*]. Tum *διαλλάσσειν* et *καταλλάσσειν* a veteribus scriptoribus promiscue pronuntur. Herodot. 6, 108. *παρατυχόντες δὲ* [Corinthii] *καὶ καταλλάξαντες* [Thebanos et Plataeenses; quare e *Tittmanni* ratione *διαλλάξαντες* scribendum fuisset] *ἐπιτρεψάντων ἀμφοτέρων οὖρισαν τὴν χώρην ἐπὶ τοῖσδε*. Diod. Sic. 22, 11. *καὶ τὸν μὲν Θυρίωνα καὶ Σωσίστρατον καὶ τοὺς Συρακοσίους καταλλαξε καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἤγαγεν* —. Contra idem 11, 79. *νικήσας δὲ* [Nicomedes] *τοὺς Φωκεῖς καὶ τὰς πόλεις ἀναστησάμενος, τούς τε Δωριεῖς καὶ Φωκεῖς διήλλαξεν*. Dionys. Hal. A. R. 9, 27. Menenium Agrippam plebem romanam [nobilitati iratam] dicit *διαλλάξαι* [non *καταλλάξαι*] *πρὸς τοὺς πατρικίους*. Joseph. A. I. 16, 4, 4. *Ἡρώδην δὲ παρεκάλει* (Caesar) *πᾶσαν ὑπόνοιαν ἀφελόντα διαλλάττεσθαι τοῖς παισίν*. At pater filiis succensebat, non filii patri. Nocet etiam *Tittmanni* sententiae Thucyd. 4, 59. — *καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους — πειρώμεθα καταλλαγῆναι* (cl. Aristot. Oec. II, p. 1348. *Bekk. λαβὼν δὲ παρ' ἀμφοτέρων* [Aristoteles Rhodius] *κατήλλαξεν αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους.*), quem l. *Tittmannus* argute ad suam opinionem sic accommodavit, ut *πρὸς ἀλλήλους καταλλαγῆναι* idem esse, quod solum *διαλλαγῆναι* contenderet. At quum satis perspicue dici potuisset *πειρώμεθα καταλλαγῆναι* wir wollen uns aussöhnen versuchen, majore perspicuitate adhibitâ Thucydides scripsit *πρὸς ἀλλήλους πειρώμεθα καταλλαγῆναι* wir wollen uns mit einander aussöhnen versuchen. Praeterea *ἀδιάλλακτος* et *ἀκατάλλακτος* eodem significatu usurpari *Hemsterhusius* ad Thomam M. p. 236. ed. *Bernard.* docuit. Ceterum *Tittm.*, ut praejudicatam opinionem tueretur, nunc levius quam consideratius, nunc argutius quam subtilius disputavit; velut Matth. 5, 24. *πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου* „hoc primum age, ut *invicem in gratiam redeatis.*" explicuit, quum „fac ut qui tibi succenseat tecum in gratiam redeat" exponendum esse v. 23. ostendat, et Aristoph. Av. v. 1588. ed. *Dind. περὶ πολέμου καταλλαγῆς* (i. e. *de belli compositione*, *de bello componendo*, nihil aliud) ita recte scriptum esse perhibuit, ut *περὶ πολέμου διαλλαγῶν* (cf. v. 1532. et 1577.) ne potuisse quidem scribi diceret [At v. *Hemsterhus.* l. c.] Nam *πόλεμος* collective cogitari tanquam unam dimicantium inimicitiam affirmavit. Ita nimirum *καταλλάσσειν* ubique pro *διαλλάσσειν* poni potuisset, quia pari jure omnes inter se concertantium rixas unam inimicitiam mente conciperes, quâ depositâ inimici reconciliati (*διαλλαγέντες*) conquiescerent et discordia cessaret (v. *Tittm.*). Quae quum ita sint, praeverbia *διά* et *κατά* discrimen ejusmodi gignere censeo, quod v. *διαλλάσσειν* et *καταλλάσσειν* significatum non attingat. Utramque praepositionem verborum simplicium vim passim augere constat (cf. v. c. *διατιμάω*, *διαπερτομέω*, *κατασκήπτω*, *κατατίμησις*). Unde *διαλλάσσω τινα*

4. — Ibi Orontes *recuperatâ Cyri gratiâ* novum, quo Cyro insidiaretur, consilium confixus Cyri favore insidiis opportuno iniisse dicitur. Joseph. A. J. 5, 2, 8. — *Χαλεπῶς δὲ φέρων ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τῷ ἔρωτι ἦκε πρὸς τοὺς πενθεροὺς καὶ διαλυσάμενος τὰς μέμψεις καταλλάττεται πρὸς αὐτήν.* (Levita uxoris, quae tristis ab eo discesserat, gratiam sibi reconciliavit). LXX. 1 Sam. 29, 4. *καὶ ἐν τίνι διαλλαγήσεται οὗτος τῷ κυρίῳ αὐτοῦ;* (et quanam re Davides sui sibi domini favorem recuperabit?) Homines Deo reconciliati quum propitium numen habeant pro irato, et in *pace* (Eph. 2, 17.) cum eo sint, unde gravissimarum

---

τινι (s. πρός τινα) einen gegen einen andern vermandeln, contra καταλλάσσω τινά τινι (s. πρός τινα) einen gegen einen andern umwandeln proprie notat, sed utrumque v., si scriptorum *usum* respexeris, *aliquem alicui reconciliare* pariter significat. Nam *διαλλάσσειν fortius* esse quam *καταλλάσσειν* (v. *Reichium* ad h. l.) ostendi nequit. *Prorsus reconciliare* Paulo *ἀποκαταλλάσσω* valet Eph. 2, 16. Col. 1, 20.. Praeterea attici scriptores *διαλλάσσειν* cum vocc. derivatis magis frequentasse, recentiores verbo *καταλλάσσειν* et vocc. derivatis uti maluisse negari non potest. Male sane Thomas: *Διηλλάγη δοκιμώτερον ἢ κατηλλάγη καὶ διαλλαγαὶ πληθυντικῶς, οὐ διαλλαγή· τὸ δὲ καταλλαγὴ, εἰ καὶ εὕρηταί που, ἀλλ' οὐ δόκιμον. ὥσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ διαλλάττω καὶ καταλλάττω νόει.* Satis enim *δόκιμα* verba sunt, quibus Sophocles (Aj. v. 743. *Lob.*), Euripides (Hel. v. 1235. Iph. A. v. 1157. *Dind.*), Aristophanes l. l. et Thucydides l. l. usi sunt. [Hic neque Xenophon Anab. 1, 6, 2., neque Matreas, cujus lusum ex ambiguo refert Athenaeus I, p. 19. (ed. *Dind.* I. p. 42.) — *ἀνεγίνωσκε δημοσίᾳ διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δ' οὖ, καὶ διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μὲν, συγκωθωνίζονται δ' οὖ, καὶ τὰ τετράδραχμα καταλλάττεται μὲν, ὀργίζεται δ' οὖ.* erant commemorandi, et multo minus Josephus.] Sed non aliam ob rem Thomas verbo *καταλλάττω* damnatoriam notam adscripsit, quam quod veteres scriptores raro, seriores saepe eo uti meminisset. Nempe *καταλλάττω* apud illos raro obvium hi frequentant, ut Aelianus V. H. 2, 21., Josephus A. J. 6, 7, 4. 7, 8, 4. 14, 11, 3. al. et similes scriptores, 2 Macc. 1, 5. 5, 20. 8, 29. 7, 33. 8, 29., quique ab illis dicebatur *διαλλακτὴς* Eur. Phoen. v. 468. [Dionys. Hal. A. R. 2, 76. *διαλλακτήρ*], eum hi vocarunt *καταλλακτήν* Joseph. A. J. 3, 15, 2.. Eadem verborum *ἀδιάλλακτος* et *ἀκαταλλακτος* ratio fuisse videtur. Cf. *Hemsterhus.* l. c.. Restat v. *ἀποκαταλλάσσω*, quod *prorsus reconcilliare* notat, quum praeverbium *ἀπό* verbi compositi vim amplificare constet. Male *Passovius* in Lex. gr. explicat wieder aussöhnen reconciliare. Haec non est vis praeverbii *ἀπό* verbis praepositi. Hoc unum addo, Col. 1, 20. — *εὐδόκησας* [Deus] — *δι' αὐτοῦ* [*τοῦ Χριστοῦ*] *ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν* — structuram esse *praegnantem*, ut *εἰς αὐτόν* non a v. *ἀποκαταλλάξαι*, sed a verbo quod ei inclusum est, pendeat. Resolve: — *εὐδόκησας — δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι καὶ ἀγαγεῖν τὰ πάντα εἰς αὐτόν.* Nam *διαλλάσσω*, *καταλλάσσω*, *ἀποκαταλλάσσω* et similia v. struuntur aut cum Dativo personae aut cum praepositione *πρός* eq. Accus., cum praeverbio *εἰς* nunquam copulantur.

Digitized by Google

poenarum denuntiatione atrocissimum bellum antea ostendebatur, in promtu est Deum peccata olim ab iis commissa oblivioni dare. Quare ἡ δικαιοσύνη certissimus est τῆς καταλλαγῆς fructus. Recte igitur P., quod v. 9. dixerat δικαιωθῆναι ἐν τῷ αἵματι τ. Χρ., v. 10. causâ nominatâ pro effectu his v. enuntiavit: καταλλαγῆναι τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τ. Χρ.. Minime autem Ap. secum pugnavit, quum h. l. *Deum Christi morte in nos placatum esse* diceret, alias *Deum ipsum Christo ut esset piaculum ad caedem destinato instituisse, ut per eum in suam gratiam reciperemur* 2 Cor. 5, 18. 19.*) scriberet; quae pro-

---

*) 2 Cor. 5, 18. (cl. 19.) v. κατήλλαξεν ἡμᾶς ἑαυτῷ ὁ θεὸς διὰ Ἰ. Χρ. non hanc vim habere: *nostram sibi Deus voluntatem Christi morte reconciliavit*, sed hoc declarare: *Christi interventu Deus nos in suam gratiam recepit* e v. v. 19. μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν et e v. 21. elucet. Scilicet P. versu 19. sententiam v. 18. firmaturus, namque *Deus*, inquit, erat, qui per Christum homines in suam gratiam reduceret. (Primarium pondus habere v. θεός et sedes, quam occupat, et res docet. Stabiliuntur enim v. v. 18. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, τοῦ —. Imperfecti ἦν καταλλάσσων i. q. κατήλλασσεν haec est potestas: *reconciliabat tum, quum Christus mortem appeteret*.). Hoc tum ex eo intelligi dicit, quod Deus jam hominum delectis veniam det (μὴ λογιζόμενος α. τ. π. α. *quum* iis peccata non imputet), unde *Deum* inimicitias posuisse recte sane concluditur, tum ex hoc apparere ait, quod Deus doctrinam, quâ homines ut se Deo reconciliari paterentur invitaret, in Pauli Ap. animo (v. LXX Ps. 104, 27.) reposuerit (καὶ θέμενος ἐ. ἡ. τ. λ. τ. κ.). Ac bene hanc argumentationem procedere: *Deum* nos per Christum in suam gratiam restituisse ex eo emergit, *quod viros constituit, qui ut oblatam conditionem acciperent homines monerent*, manifestum est. Qui enim pacificatores ad inimicos ablegaverit, eum adversariis ignovisse jure existimamus. Quae quum ita sint bene habet tum Praesens λογιζόμενος tum Aoristus θέμενος, quam temporum variationem non recte explicuit *Billrothus*. V. 20. Ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν et δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ male vertas cum *Win.* gr. p. 329. Igitur *Christi loco* legatione fungor; *Christi nomine* vos obtestor. Neutrum enim ex ante dictis v. 18. 19. recte colligi poterat. Illud P. e v. 18. 19. jure repetivisset: quare *Dei nomine* legatione fungor, vos obtestor (cf. v. 18. καὶ δόντος ἡμῖν τ. δ. τ. κ. et v. 19. καὶ θέμενος ἐν ἡ. τ. λ. τ. κ. cum v. 20. ὡς τοῦ θεοῦ π. δ. ἡ.). Unde sic explana: Quare (i. e. quum Deus *per Christum* in suam nos gratiam reduxerit v. 18. 19.) *pro Christi commodo, Christi causam agens* (scil. ne *frustra* Christus mortem occubuerit) legationem administro, haud secus ac si *Deus* (cujus sim legatus v. 18. 19.), ubi mea verba perceperitis vos admoneret. Obtestor vos *Christo prospiciens* (ne is frustra suum fudisse sanguinem videatur), sinite vos Deo reconciliari. Tum quo magis div. amoris magnitudo sentiatur, P. v. 21. miseratione utitur. Ibi μή commode ad cogitationem refertur h. m.: nam qui scelus non *nosset* (vernacule: denn denjenigen, welcher doch die Sünde nicht kannte — i. e. quem talem virum mente concipimus, qui sceleris noti-

fecto non magis inter se pugnant, quam hae sententiae: Christi nece hominum peccata expiata esse (3, 25.), quae ut expiarentur Deum hominum amore adductum ad supplicium dedisse Christum (8, 32.). Nam quoniam *peccata* Deus odit et abominatur, opus erat, ut hominibus qui divina jura peccatis polluerant Dei gratia Christi tanquam victimae piacularis caede restitueretur; sed quia *hominibus* Deus bene cupit eosque vult beatos, ipse quum Christum supplicium subire jussisset fecit, ut improbi homines in suum favorem venirent (*κατήλλαξε τοὺς ἀνθρώπους ἑαυτῷ διὰ Χ.* 2 Cor. 5, 18.), deditque Apostolis, quorum in animis doctrinam div. reposuisset, quâ ut et ipsi cum Deo in gratiam rediremus moneremur (*τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς* 2 Cor. 5, 19.), reconciliationis munus (*τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς* 2 Cor. 5, 18.), i. e. hoc negotium, ut homines, ne oblatum Dei favorem respuerent, cohortarentur. Nam is demum Deo vere reconciliatus est aeternaeque felicitatis particeps futurus, qui sincerâ, quae pietate et honestate probetur, fide habitâ se Deo reconciliari patiatur (v. 2 Cor. 5, 20. *καταλλάγητε τῷ θεῷ*). *Rueckert.*, quum Christi sanguine effuso omnes promiscue homines ita Deo reconciliatos esse, ut sive honestissime sive turpissime vitam egissent Deum sibi benignum haberent, Paulum docuisse sibi persuasisset (Christl. Philos. II, p. 316.) Paulique v. *ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ θεῷ δ. τ. θ. τ. υ. α.* non nisi hoc valere posse: *nos qui inimicitias in Deum exerceremus placati Deo sumus Christi supplicio et inimicitias nostras deposuimus* falso putavisset, Apostolum, principalis sui dogmatis parum memorem, honestate, in quâ amicus hominum in Deum animus cernitur, non Christi supplicio, quo peccata expiata essent, beatae vitae spem niti h. l. declarasse more suo perhibuit. Qui hîc quoque suas mentis tenebras rectius accusavisset, quam Paulum, virum acutissimum et subtilissimum, perturbate dixisse contendit (v. supra cl. *Usterio* l. c. p. 121. sq. et *Reichio* ad h. l.). — Qui voci *ἐχθρός activâ* potestate tributâ (Jac. 4, 4.) hunc l. sic exposuerunt: nam si *quum bellum adversus Deum gereremus placati* Deo sumus Christi morte, multo magis etc. iis, ut sententia bene concluderetur recteque cum superioribus

---

tiam non habuerit; *τὸν γὰρ οὐ γνόντα ἁμαρτίαν* simplicem Christi periphrasin contineret: qui scelus non *noverat*.) eum in nostrum emolumentum sceleris piaculum Deus fecit, ut —. Non igitur *μή* h. l. fortius negat, quam *οὔ*, gar nicht (*Win.* gr. p. 400.) et multo minus 3 Joh. 10. *καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις* — i. e. et *quum* his non contentus sit —.

Digitized by Google

vindicetur, tum v. 8. et 9. mire pervertendi, tum v. 10. v. ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ contorquenda fuerunt (v. *Paulum*). At praeterquam quod Christi supplicio *Deum* hominibus, eorum sceleribus expiatis, propitium factum esse, non homines Deo placatos ii facile fateantur, quorum animi non sint praejudicatae opinioni obnoxii, P. h. l. sic disputare patet, ut quod Christus majus beneficium moriens *a Deo nobis impetraverit*, eo facilius viventem minus impetraturum esse ostendat. *Tholuck.* v. ἐχθροὶ ὄντες-κατηλλάγημεν τ. Θ. δ. τ. Χρ. ad concordiam *inter Deum et homines* restitutam refert. Ubi mutuae sane inimicitiae exercebantur. Homines enim quum div. leges violarent Deo inimicabantur (Col. 1, 21.); Deus autem hominibus morem non gerentibus atrocissimas poenas denuntiabat. Nihilominus ut voci ἐχθρός passivâ vi subjectâ Christi morte non nisi Dei, quas in homines exerceret, inimicitias sublatas h. l. dici censeamus, et res et P. disputatio postulat (v. supra). σωθησόμεθα] *sempiterno beabimur*, quae solemnis est v. σώζεσθαι in N. T. potestas (Joh. 3, 17.). Id ipsum v. 9. P. ob causam supra (ad v. 9.) manifestatam recte his v. enuntiavit σωθησόμεθα ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Quâ re non consideratâ *Rueck.* ad σωθησόμεθα v. 10. mente adjecit ἀπὸ τῆς ὀργῆς e v. 9. h. s.: *a Dei irâ poenarumque metu liberabimur* recteque id fieri οὐ μόνον δέ v. 11. docere mire dixit. — V. 11. Jam P. gradatione usus, non solum autem, inquit, beabimur, verum etiam sic beabimur, ut de Dei favore per Christum nobis parto tum gloriemur, cujus interventu nunc Deus nobis placatus est. οὐ μόνον δέ] Addunt τοῦτο D. a p. m. F. G. Clar. Boern. Ambrosiast. e glossemate. καυχώμενοι] καυχώμεθα 4. 10. 18. 37. 80. Mt. f. l. n. q. 8. Vulg. al. (καυχῶμεν (*sic*) F. G.). Hoc quoque e glossemate natum. Plerosque enim jam antiquitus haec falsa tenuit opinio, ut Participia suppresso verbo substantivo pro verbo finito ex Hebraismo in N. T. poni putarent (v. infra). Probavit καυχώμεθα post *Colinaeum Bengel.* in Gnom., ita quidem, ut verbis v. 3. εἰδότες usque ad v. v. 10. ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ temere in parenthesin abjectis parenthesi interruptum orationis filum (οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν v. 3.) vocabulis v. 11. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα repeti absurde contenderet. Plerique explicatores (v. c. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Beza*, *Grot.*, *Heum.*, *Boehm.*, *Rueck.*, *Reichius* al.) καυχώμενοι mente addito ἐσμέν pro καυχώμεθα dictum esse sibi persuaserunt *ex Hebraismo*. Quem N. T. scriptoribus ab interpretibus obtrusum esse satis ostendisse nobis videmur (v. Dissert. m. II. in 2. ep. ad Cor. p. 43. sq. cl. *Win.* gr. p. 286.). Mire igitur *Rueck.*

Digitized by Google

et *Reich.* obsoletum commentum nixi locis Act. 24, 5. 6. 2 Cor. 8, 19. ex Anacolutho tum explanandis tum a me l. l. explanatis revocare nuper aggressi sunt. Nihil etiam agat, si quis ad Graecorum usum provocet. Afferunt sane scholiastae in illam rem Hom. Il. 8, 307. *μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη* (sc. *ἐστίν* i. q. *βρίθεται*) —, sed corrupit eorum inventum *F. A. Wolfius* recte interpungendo: *μήκων — βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ* (sc. *ἐστίν*), *καρπῷ βριθομένη* —. Rectius hùc referas Soph. Oed. T. v. 157. *πρῶτά σε κεκλόμενος* (sc. *εἰμί* i. q. *κέλομαι*) — et Aesch. Eum. v. 68. 360. 783. *Dind.* Verumtamen hic usus ad prosarios scriptores minime pertinet. Quamquam ut P. *καυχώμενοι* se. *ἐσμέν* pro *καυχώμεθα* scribere potuerit, quod nego, tamen id h. l. ab eo factum esse male perhibeas. Neque enim patitur sententia. Nam quum hoc pacto *speranda* felicitas *praesentis temporis* laetitiae in gradatione opponeretur (non solum autem *beati erimus*, sed etiam *triumphamus* de Dei favore etc.), apparet, P., si hoc eloqui voluisset, tempus futurum et praesens clare distinguere oportuisse h. fere m.: *οὐ μόνον δὲ σωθησόμεθά ποτε, ἀλλὰ καὶ νῦν καυχώμενοι* (sc. *ἐσμέν*). — Praeterea *νῦν* obstat (*δι' οὗ νῦν τ. κ. ἐ.*) sic sensu omni destitutum. Ceterum *Reich.*, quum *div. favoris usum fructumque a gloriosâ* hujus beneficii *adeptione* h. l. gradatione discerni diceret, duo peccavit. Male enim ad v. *οὐ μόνον δέ* mente adjecit *καταλλάγημεν καὶ σωθησόμεθα* (v. infra). Deinde verbis subjecit sententiam, quam argumentando inde pro arbitrio collegisset. Scilicet quum homines, qui de Dei amore sibi nullâ virtute commendatis per Christum recuperato recte triumphent, *glorioso* honore a Deo et Christo affectos esse secum reputasset, continuo verbis: *verum etiam gloriamur de Dei favore Christi beneficio*: hanc sententiam subesse affirmavit: sed etiam *gloriose adepti sumus τῆς σωτηρίας* spem Dei et Christi *amore honorifice recuperato*. Eodem artificio quum alii alia, tum *Pelag.* hoc e v. exsculpsit: „non solum nobis vita dabitur sempiterna, sed etiam *quaedam similitudo per Christum promittitur divi gloriae* —." Nempe triumphare nos de Dei amore Christi beneficio, *quod illum propitium factum div. majestatem nobis concessurum esse Christus promulgaverit* P. h. l. dicere primum ex I Joh. 3, 2. temere conclusit, deinde praefracte contendit. *Er. Schmidius*, *Win.* l. c. al. repetitis ad *οὐ μόνον δέ* verbis v. 10. *καταλλαγέντες σωθησόμεθα* Participium *καυχώμενοι* a *σωθησόμεθα* suspenderunt. Sententia optime comparata est: non solum autem velut homines, qui in gratiam cum numine redierimus, sed etiam tanquam ta-

Digitized by Google

les, qui de favore div., quo tempore nobis aeterna felicitas tribuetur, Christi beneficio — exsultemus, fortunati erimus. Aliud est enim τῷ θεῷ καταλλαγέντα σώζεσθαι, aliud καυχώμενον ἐν τῷ θεῷ σώζεσθαι. Illud de omnibus valet, qui Deo reconciliati sempiternâ beatitate potiantur; hoc de iis tantummodo, quibus se a Deo amari persuasissimum sit. Nihilominus illorum interpretum sententia repudienda est *unam* ob rem. Male enim ad οὐ μόνον δέ cogitando adjecerunt καταλλαγέντες σωθησόμεθα e v. 10.. Unde solum σωθησόμεθα petendum esse recte cogitandi leges ostendunt. Nihil enim Ap. v. 10. argumentando efficere conatur, praeterquam hoc: ὅτι σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ τ. Χρ.. Cetera v. hujus sententiae *fundamentum* sunt et Participium καταλλαγέντες (i. q. ἐπεὶ κατηλλάγημεν) argumenti verbis εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κ. τ. θ. δ. τ. θ. τ. υ. α. comprehensi memoriam fortiter redintegrat. Tanto minus καταλλαγέντες σωθησόμεθα ad οὐ μόνον δέ mente adjicere licet *hoc s.*: non solum autem *velut homines, qui Deo simus reconciliati*, salvi erimus. Quae quum ita sint, tum *Ammon.*, *Rueck.* al. falluntur, qui σωθησόμεθα ἀπὸ τῆς ὀργῆς e v. 9. ad οὐ μόνον δέ suppleri volunt, tum *Reich.*, qui mancam orationem sic explet: οὐ μόνον δὲ κατηλλάγημεν καὶ σωθησόμεθα —. Neque enim Ap. v. 9. 10. nobis τὴν καταλλαγὴν obtigisse demonstravit, sed ἐκ τῆς καταλλαγῆς, quae nobis parata sit, hoc consequi, ut olim salvi simus (σωθησόμεθα) ostendit. Ne multa. P. hoc dicit: οὐ μόνον δὲ (scil. σωθησόμεθα v. 10.), ἀλλὰ καὶ (scil. σωθησόμεθα) καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ κ. τ. λ.. Distinguitur σώζεσθαι a καυχώμενον ἐν τῷ θεῷ σώζεσθαι, quorum hoc illo plus est. Nam σώζεται quicunque sempiternae felicitatis compos fit, καυχώμενος ἐν τῷ θεῷ σώζεται tantummodo is, qui hâc mente praeditus sempiternum beatur, ut Deum non invitum, ut qui hominum more in eos frigeat, quibus peccata condonaverit, sed volentem, quum homines olim invisos jam summo amore amplectatur, aeternam felicitatem sibi concessurum esse confidat.*) Parti-

*) De sententiâ confer l. non prorsus dissimilem Jud. 24.. De structurâ contende 2 Cor. 5, 12. οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ (scil. συνιστάνομεν ἡμᾶς ὑμῖν) ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν —. i. e. non enim rursus *nosmet ipsos* vobis venditamus, sed laudamus nos apud vos, *ut materiam vobis de nobis gloriandi suppeditemus.* i. q. non propter *nos* aut quod nosmet ipsi admiremur, sed propter *vos*, ne vobis de magistro gloriandi materia desit, nos ipsi laudamus (cf. v. 11.). Sic hunc l. explicandum esse quum ex voce ἑαυτούς non sine causâ verbo συνιστάνομεν praeposità, tum e verbis ἀφορμὴν διδόντες

cipium Praesentis *καυχώμενοι* quia a Futuro *σωθησόμεθα* suspensum est tempus futuro tempore praesens indicat. Thucyd. 3, 57. *οὐ γὰρ ἀφανῆ χρινεῖτε τὴν δίκην τήνδε, ἐπαινούμενοι δὲ περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν.* Quare ejus vim sic supra significavi: — verum etiam ita beabimur, ut — *tum* gloriemur. Ultimis v. (*δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν*) P. eorum memoriam renovat, quae v. 10. leguntur. Apparet igitur *τὴν καταλλαγήν* pro *sempiternae beatitatis pignore* ab eo commemorari. Item *νῦν* bene habere in promtu est. Ex adverso enim P. posuit ornamentum *nunc* per Christum in nos collatum animi robori, quod *sub vitae aeternae initia* Christi beneficio habituri simus, ut Christi de nobis merita *τοῦ αἰῶνος τούτου* terminos ita egredi reputemus, ut *ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι* aeternam felicitatem non solum consequuturi sed etiam tanquam ab amantissimo patre lubenter datam consequuturi simus. Quare totius vs. sensus hic est: Non solum autem beabimur (ingratum enim munus est nisi benevolentis), verum etiam ita beabimur, ut de Dei amore *tum* triumphemus — Jesu Christi beneficio, qui *nunc* Dei nobis gratiam reconciliavit; unde quam late Christi de nobis merita pateant facile intelligitur.

Jam P. summorum, quae modo v. 9.—11. commemoraverat, Christi beneficiorum contemplatione vehementer commotus, ut eorum vim ac magnitudinem penitus sentiamus Deique providentiam, quam homo mente non comprehendat, pie veneremur, Deum pro suâ sapientiâ rem ita instituisse exponit, ut quod Adamus moriendi necessitate allatâ generi humano damnum apportavisset *postremo* (v. v. 20. 21.) Christus sempiternae vitae copiâ hominibus factâ resarciret (v. 12.—21.). V. 12.—14. *Διὰ τοῦτο* quum ad proximos vss. 9.—11. commode referatur (*hinc* i. e. quum Christus et Deo gratiosos nos reddiderit et vitae aeternae spem nobis fecerit), non est, quod ad totam disputationem 1, 17.—5, 11. pertinere putes (v. *Reich.*). *ὥσπερ*] Oratio est *ἀνανταπόδοτος*. Quod qui negarunt vel

---

ὑμῖν statim post *ἀλλά*, ut oppositio exstaret, collocatis intelligitur. Male igitur *Billrothus* ad *Zeugma*: *οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ταῦτα λαλοῦμεν* (quae v. ex *ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν* duxit) *ἀφορμὴν διδόντες κ. τ. λ.*, *Win.* gr. p. 287. ad *Synesin* confugit: *οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες κ. τ. λ.* i. q. *οὐ γὰρ γράφομεν ταῦτα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνοντες, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες κ. τ. λ.*. Utroque consilio P. negligentiae insimulatur, quam nullam h. l. ab eo commissam esse ex iis quae supra diximus manifestum est.

Digitized by Google

gationem perverterunt, vel sententiam, vel utrumque. *Elsn.*, *Kopp.*, *Cram.* al. post *διὰ τοῦτο* e v. 11. supplent *διὰ τοῦ Χριστοῦ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν* (hinc per Christ. nunc Dei gratia nobis parta est, sicut per unum hominem Peccatum in mundum pedem intulit etc.). At I. v. v. 11. *δι' οὗ νῦν τ. κ. ἐλ.* secundariam quandam, non primariam sententiam complectuntur: II. sqq. verborum *ὥςπερ — κ. δ. τ. ἀ. ὁ θάνατος* neque ubertas neque sententia ad institutam comparationem satis responderet; quod secus esset, si P. scripsisset: *Διὰ τοῦτο διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν, ὥςπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ποτὲ ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐξεχύθη.* III. P. h. l. Adamum generis humani pestem et exitium cum Christo, salutis nostrae restitutore, accurate contendere voluisse in promtu est (v. v. 18. 19.). Quod ut factum esse lectores intelligerent, *saltem exaranda* fuerunt v. ab illis interpretibus mente adjecta, oratione quidem paullo immutatâ: *Διὰ τοῦτο νῦν δι' ἑνὸς ἀνθρώπου τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν, ὥςπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ποτὲ ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰςῆλθε κ. τ. λ.*, quamquam ne sic quidem calamitas ab Adamo nobis importata Christi beneficio congrueret (v. supra), quae tum *quodammodo* conveniret, quum pro *καὶ οὕτως — ἐφ᾽ ᾧ* scriptum esset: *ὃς* [*ὁ θάνατος*] *εἰς πάντας ἀνθρώπους διῆλθεν, ὅτι πάντες ἥμαρτον.* Eodem argumento finitima *Stolzii* al. opinio concidit, qui *ὥςπερ* ad felicitatem per Christum nobis partam (v. 9.—11.) h. m. rettulerunt: Quare *quo modo* (i. e. *res ita comparata est, ut* —. cf. ad Marc. p. 587.) per unum hominem Peccatum in mundum intravit etc.. Nam ut laeta res per Christum effecta tristissimae rei, cujus Adamus auctor fuisset, fortiter h. l. opponeretur illa non obscure significanda, sed diserte commemoranda erat. Absurde etiam explicares: quocirca *tanquam per unum hominem* Peccatum in mundum introiit etc., tum quod *διὰ τοῦτο* idoneâ ratione destitueretur, tum quia unus homo peccandi initio facto Peccatum *utique* in mundum introduxit. Temere *Erasm.*, *Beza*, *Vatablus*, *Beneck.* al. apodosin verbis *καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος* (Quare sicut per unum hominem Peccatum in mundum ingressum est, *ita etiam* per Peccatum Mors.) contineri putarunt cl. loco dissimili Matth. 6, 10.. Nam et *διὰ τοῦτο* nullam rationem haberet, et ineptum esset *δι' ἑνὸς ἀνθρώπου* (*διὰ τοῦ Ἀδάμ* dicendum fuisset) et perplexe P. loquutus esset, quum perspicue dicere potuisset: *ὥςπερ διὰ τοῦ Ἀδὰμ ἡ ἁμ. ε. τ. κ. εἰςῆλθεν, οὕτω καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ* (*τοῦ Ἀδὰμ*) *ὁ θάνατος ἦλθε.* Ceterum pestiferum Adami facinus saluti

Digitized by Google

a Christo nobis paratae generatim opponere Paulo h. l. propositum est, non hoc *docere*, Mortem, quâ *Adamus* occubuerit, Peccati ab eo primum commissi pedissequam esse. *Carpz.*, *Wolf.*, *Bretschn.* in l.: Die Grundl. des evang. Pietismus u. s. w. Leipz. 1833. p. 174. al. voculas καὶ οὕτως pro οὕτω καὶ (2 Cor. 1, 7. 7, 14. Eph. 5, 24.) trajectas opinati apodosin a v. καὶ οὕτως incipere perhibuerunt. Verum enim vero vanum est trajectionis commentum, quod interpretum levitas et cupiditas excogitavit. Sapientius igitur quibus haec explicatio antiquitus in mentem venisset καὶ deleverunt ante οὕτως (4. Mt. q. *Ambrosiast.* al.). Praeterea isti opinioni et διὰ τοῦτο officit sensu vacuum et δι' ἑνὸς ἀνθρώπου (jure exspectaveras διὰ τοῦ Ἀδάμ) et P. consilium, quem hoc dicere voluisse appareat, sicut Adamus peccatum et mortem in mundum introduxerit, ita Christum innocentiae et vitae auctorem nobis exstitisse. Non igitur hanc sententiam h. l. exposuit: quemadmodum per Adamum mors e peccato nata *esse coepit*, ita etiam *omnes homines mors idcirco corripuit*, *quod* omnes peccarunt. Quemadmodum autem apodosis vs. 12. male quaesita est, ita etiam eam *diserte enuntiatam* vs. 13. — 19. frustra circumspicias. Unde quaeritur et *cujusmodi* fuerit apodosis, quam quum protasin inciperet P. in mente habuerit, verbis diserte eloqui omiserit, et *ubi* apodosis aut e P. animo effluxerit aut suo loco neglecta oblique ab eo indicata sit. Paulo quum protasin ordiretur hujusmodi apodosin: οὕτω καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ δικαιοσύνη εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε καὶ διὰ τῆς δικαιοσύνης ἡ ζωὴ, ἵνα πάντες ἄνθρωποι δικαιωθέντες ζήσωσιν obversatam esse tum protasis, tum totius l. argumentum ostendit (v. 16. — 19. 21.). Cujusmodi apodosin finitâ protasi ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον v. 12. Paulo de memoriâ excidisse perperam existimes (v. *Bengel.*, *Morus* et *Lachm.*)*). Ita enim et brevis et plana protasis est v. 12., ut in apodosis oblivionem Apostolum non videatur adducere potuisse. Adjunge, quod v. 13. 14. posterior protasis sententia (καὶ οὕτως — ἥμαρτον v. 12.) obiter firmatur, unde non nisi *finito vs.* 14. apodosin ex Ap. memoriâ excessisse consequitur. *Calv.*, *Limb.*, *Tholuc.*, *Koellner* al. Paulum apodosin, cujus legitimam formam nonnullis membris interjectis oblivioni dedisset, per anacoluthon verbis v. 14. ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος inclusisse putant. Quae opinio falsa est propterea, quod illa v. muniendae vs. 12. sententiae καὶ οὕτως — ἥμαρτον unice

*) Quam parum *Lachm.* hujus l. vim perceperit inepta, quam excogitavit, interpunctio indicat: v. 12. — ἥμαρτον — v. 13. ἄχρι κ. τ. λ. et v. 14. — τοῦ μέλλοντος, (v. 15.) ἀλλ' κ. τ. λ.

Digitized by Google

inservisse. Quare toti protasi non respondent, ut apodosis legitimis v. non conceptae *sententiam* per anacoluthon complectantur. Nempe sententiam v. 12. *Adamo ob admissum facinus mortuo omnes deinceps homines mortem appetivisse, quia nemo eorum probri insons fuisset* (καὶ οὕτως — ἥμαρτον) duobus vss. parentheticis 13. 14. P. stabilit. Nam primum quidem *omnes homines quod peccaverissent perire potuisse* ex eo vult intelligi, quod jam ante legem a Mose latam peccata commissa essent (v. 13. ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ). Deinde ne *male* Deus homines quod peccassent *ante legem conditam* morte mulctavisse judicaretur, *sapienter* id Deum fecisse, quum Adamum Christi imaginem (i. e. omnibus hominibus *mortis auctorem*) esse voluisset (v. 14. ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος) observat (cf. infra). Quocirca quam non solum simplicissimam verum etiam unicam hujus l. recte expediendi rationem esse video amplexus, Paulum exarato vs. 14. apodosis oblivionem cepisse censeo, quum et longior parenthesis vs. 13. 14., ut v. v. 12. καὶ οὕτως — ἥμαρτον tueretur, interposita et haec Paulo injecta cogitatio *non congruere tantum inter se severitatem, quam Deus per Adamum expromserit, et benignitatem per Christum manifestatam, sed etiam quadamtenus inter se discrepare* (v. 15.—17.) Ap. animum ab apodosi avertisset. Quam sententiam ut interpunctione indicarem v. 12. post ἥμαρτον virgulam collocavi et post parenthesin vs. 13. 14. lineam apposui: — μέλλοντος.) — *Win.* gr. p. 443. apodosin in v. v. 15. πολλῷ μᾶλλον — ἐπερίσσευσε latere perhibet. Nam Paulum quum plura ac majora quae saluti essent a Christo profecta quam ab Adamo perniciosa invecta esse secum reputasset, subito orationis conversione factâ (v. 15. Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα οὕτω καὶ τὸ χάρισμα.) repetitâque protasis sententiâ (v. 15. εἰ γὰρ — ἀπέθανον) ita ut se ipse corrigeret (πολλῷ μᾶλλον v. 15.) apodosin his postremo v. enuntiasse: πολλῷ μᾶλλον — ἐπερίσσευσε. sibi persuasit. Non incidisset Viro D. haec artificiosa et contorta anacoluthi explicatio, si duo considerasset: unum, non subito P. quid inter τὸ παράπτωμα et τὸ χάρισμα interesset addidisse, sed cogitate et de industriâ, id quod v. v. 16. καὶ οὐχ ὡς δ. ἑ. ἁ. τὸ δώρημα ostendunt, quae ad v. 15. ἀλλ' οὐχ ὡς τ. π. οὕτω κ. τ. χ. referuntur: alterum, versu 15. et protasis v. 12. sententiam iteratam esse (εἰ γὰρ — ἀπέθανον) et in apadosi (πολλῷ μᾶλλον — ἐπερίσσευσε) vocc. πολλῷ μᾶλλον non aliam ob rem adjecta esse, nisi ut *aliam* esse τοῦ χαρίσματος quam τοῦ παραπτώματος rationem appareret h. e. ut v. v. 15. οὐχ ὡς τὸ παρ. οὕτω κ. τ. χ.

Digitized by Google

communicentur. Nullum igitur verbis v. 15. *πολλῷ μᾶλλον — ἐπερίσσευσε* cum vs. 12. commercium est. Non rectius *Er. Schmid.*, *Grot.*, *Wetst.*, *Heum.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Reich.* al. Paulum quum ad protasin v. 12. alia obiter annexuisset (v. 13. — 17.) post parenthesin v. 13. — 17. apodosin, quae deesset, v. 18. repetitâ per anacoluthon protasis sententiâ (*ἄρα οὖν — εἰς κατάκριμα*) his v. concepisse contenderunt: *οὕτω καὶ — εἰς δικαίωσιν ζωῆς*. Nam praeterquam quod vs. 15. — 17. minime disputationem obiter adjectam aut parentheticam continent, sed quae non videatur praeteriri potuisse, in promtu est, eorum quae v. 16. et 17. dicta sunt versu 18. summam colligi. Quare v. 12. et 18. neque logicâ neque syntacticâ ratione continentur. Postremo *H. A. G. Meyer* (in versione vernaculâ) vir doctissimus, vss. 13. — 18. in parenthesin conjectis apodosin resumtâ per anacoluthon protasi v. 19. afferri existimavit. At versu 19. sententia v. 18. dilucidatur (v. infra), ne antedicta repetam. *δι' ἑνὸς ἀνθρώπου*] Dicitur Adamus (v. v. 14. 1 Cor. 15, 45. 47.), non Eva (*Pelag.*) et multo minus Adamus et Eva, quos *Dannhauer.* apud *Heum.* intelligi putat, quod nimirum unam quasi eandemque personam sustinuerint conjuges Genes. 2, 24.! At prius ab Evâ quam ab Adamo Dei interdictum migratum est (Gen. 3, 6. Sirac. 25, 24. 2 Cor. 11, 3. 1 Tim. 2, 14.). Quare interpretes, ut P. excusarent, multa excogitarunt, v. c. quum Ap. Adamum quam Evam primum peccatorem facere maluisse, aut quod Hebraeorum genealogi viros, non feminas referre consuevissent (*Grot.*), aut quod Adamus totius generis humani auctor esset (*Rueck.*), aut quod sexus muliebris antiquitus valde sperneretur (*Usterius*) l. l. p. 26.) contenderent. Cujusmodi observationibus difficultatem minime tolli elucet. Sed ne iis quidem assentior, qui P. Judaeorum de Adamo priore et posteriore disputationis (v. ad v. 14.) ratione habitâ Adamum primum legis div. violatorem nominasse judicant, ut *viro pestilenti Christus*, salutis humanae recuperator, accurate opponeretur (*Schott.* Opusc. I. p. 327. *Reich.*, *Koelln.* al.). Nam neque P. neque judaici magistri Adamum priorem posteriori Adamo recte opposuissent, nisi ab illo pestem generi humano profectam esse *jure quodam* affirmari credidissent. Unde, nisi fallor, utrique Adamum primum peccasse censuerunt propterea, quod ejus facinus, quum Evae posset, nullo modo excusari posse videretur. Nam Adamo *priusquam Eva viveret* Deus minis usus fructu arboris interdixit Gen. 2, 17. 22. estque Genesis l. ejusmodi, ut Eva div. interdictum non nisi ex homine, marito suo, rescivisse videatur (v. Gen. 3, 2.

2. sq. cl. 2, 22.). Non igitur P. secum pugnat; qui ubi Evam peccandi initium fecisse ait (v. 2 Cor. 11, 3. 1 Tim. 2, 14. cl. Sir. 25, 24.) *temporis* (Gen. 3, 6.) rationem ducit, ubi Adamum primum div. legis violatorem nuncupat, *culpae* (Gen. 2, 17. 22.). ὥςπερ — εἰςῆλθε] ἡ ἁμαρτία *peccatum* notat i. e. actionem pravam, quâ a mentis potente nefas committitur. Sed ἡ Ἁμαρτία h. l. *persona* inducitur, ut in proximis v. ὁ Θάνατος (cf. v. 14. 17. 21. 6, 12. 14. 18. 19. 22. al.). Simili prosopopoiiâ P. usus est ad Gal. 3, 23. πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν Πίστιν —. cl. v. 25. Thucyd. 1, 122. — αὐτὸς δὲ [ὁ Πόλεμος] ἀφ' αὑτοῦ τὰ πολλὰ τεχνᾶται πρὸς τὸ παρατυγχάνον. et Ennius ap. Cic. de Div. 1, 58, 132. — aut quibus *Egestas imperat*. Formula εἰςέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον nihil nisi *esse incipere* (Sap. 2, 24. 14, 14. 2 Joh. 7. Hebr. 10, 5. Clemens Rom. ep. I. ad Cor. c. 3. fin.) valet. Intrat *homo* in mundum, quum nascitur (2 Joh. 7.), *res*, ubi aut vim suam primum exercet, ut ὁ θάνατος (Sap. 2, 24.), aut primum committitur, ut facinus (ἡ ἁμαρτία). Unde peccatum per eum hominem in mundum ingressum est, qui primus peccavit, i. e. per Adamum. Nam ante primum facinus patratum nullum erat facinus. Τὸν κόσμον multi interpretes (v. c. *Schott.* Opusc. I, p. 320.) ad *genus humanum* (Joh. 1, 10.) restringunt, credo quod Adamus primus *inter homines* peccaverit, alii, ut Satanas, ante Adamum nefas fecerint alibi. Sed in loquutione εἰςῆλθε τί εἰς τὸν κόσμον plerumque hoc unum cogitatur: aliquid *esse* coepisse, quod antea *non fuisset*: τοῦ κόσμου notio nonclare mente distinguitur neque nisi *rerum quae sint* cogitatio animo informatur. Ceterum neque ἡ ἁμαρτία aut *ad peccandum proclivitatem*, pravarum actionum fontem (*Schleusn.* Lex. 1, 137., *Kopp.*, *Flatt.*, *Wahl.*, *Schott.* l. c. p. 321., *Tittm.* de Synon. I, p. 45. al.), aut *eam indolem, quâ homo aliquando peccare possit* (*Uster.* l. l. p. 382. „Sündhaftigkeit" imo Sündfähigkeit) aut *simul* proclivitatem ad peccandum *simul* male facta (! *Tholuc.*, *Rueck.*) declarat *), neque loquutio εἰςέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον in

*) Τῆς ἁμαρτίας voc. a v. ἁμαρτεῖν (Aoristo) ducitur (v. δυσωπούμαι δυσωπία, πολιορκέω πολιορκία et *Buttm.* ausf. gr. Sprachl. II, 2, 317.). Sed unde v. ἁμαρτάνω originem trahat parum constat. Eorum opinionem, qui ἁμαρτεῖν ab ἡ ἅμάρα *canalis*, *cloaca* repetunt (v. *Reich.* I, 357.), vanam esse apparet. Aeque infelix Suidae est originatio: Ἁμαρτία· ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀποτυχία· παρὰ τὸ μάρπτω, τὸ καταλαμβάνω· ἁμαρτία ἐις οὖσα. Melius *Buttm.* Lexil. I, p. 137. ἁμαρτεῖν Aoristum a voce μέρος derivat. Nam sicut inde factum sit ἀμερδεῖν *rei participem non facere*, *re privare*, ita indidem ductum esse ἁμαρτεῖν Aoristum intransitivâ potestate prae-

mundum venire *tyrannum* (*H. A. G. Meyer* al.) denotat. Talia VV. DD. non excogitassent, nisi praejudicatâ opi-

---

dium *rei participem non fieri, rem expetendam non consequi* censet. Nempe obliteratâ verae originationis memoriâ Graecos ἁμαρτεῖν pro ἁμαρτεῖν pronuntiasse judicat. Hoc pacto ἡ ἁμαρτία primum in universum sit *quum re non potiaris*, ἡ ἀποτυχία, das Verfehlen, deinde speciatim et aberratio *mentis* a vero et *voluntatis* ab honesti regulâ, postremo *actio*, quâ aut verum deseratur (*error*), aut pietas vel honestas (*peccatum*). Sed qualescunque verbi ἁμαρτεῖν origines fuerint, scriptorum usus et linguae graecae historia verbo ἁμαρτάνω sq. Genitivo *non collineandi, a scopo aberrandi* primum significatum satis vindicant. Inde paullo arctior vis fluxit, ut esset tum *mente* a *veri* regulâ deflectere (*errare*), tum *voluntate* ab *honesti* lege deerrare, sive eam tibi ipse scripseris, sive adventitia sit et aliunde data (*peccare*). Non posse autem peccare, nisi mentis compotem inter sapientes semper convenit. (Aristot. Eth. Nic. 5, 10.). Qui enim officii neglectio iis probro sit, qui honestatis leges neque sibi ipsi constituere queant neque ab alio promulgatas accipere? Quocirca fetus, infantes et mente capti peccare non possunt, sicut veteres Aegyptii aliique pagani, multis Christianis sapientiores, improbum judicarunt fetum matre interfectâ punire, qui nihil deliquisset auctore Diod. Sic. 1, 77.. Paucis absolvam; ἁμαρτάνειν ad voluntatem relatum cordatis Graecis nunquam non *actuale*, quod Theologi vocant, *peccatum committere mentis potentem* declarat. Ἁμαρτάνειν etiam valere *peccati culpam sustinere* (*Wahl.* Cl. m. et mm.), et *culpam contrahere* (*Tholuc.* p. 180.) interpretes commenti sunt. Sane et culpa contrahitur *peccando* et *qui peccaverit* maleficii culpam sustinet. Sed idcirco diversae *peccandi* et *culpam contrahendi* aut *commisso peccato culpam sustinendi* notiones non ita a veteribus scriptoribus confusae sunt, ut eas uno eodemque v. exprimerent. Temere illa fictitia vis verbis v. 12. ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον cl. v. 19. obtrusa est (v. ibi). Neque rectius provocatum est ad Gen. 44, 32. חָטָאתִי לְאָבִי כָּל־הַיָּמִים (LXX. — ἡμαρτηκὼς ἔσομαι πρὸς τὸν πατέρα πάσας τὰς ἡμέρας.) i. e. fratre non reducto *peccavero in patrem meum semper* i. q. *eris ero*, qui patrem in perpetuum laeserim peccato (cf. 43, 9.) et 1 Reg. 1, 21. אֲנִי וּבְנִי שְׁלֹמֹה חַטָּאִים (LXX. — καὶ ἔσομαι ἐγὼ καὶ ὁ υἱός μου Σολομὼν ἁμαρτωλοί:) i. e. Adonja post tuam mortem rege constituto ego et filius peccatores eritis np. *hominum judicio*, qui Salomonem ob aliquod nostrum in te peccatum regno a te privatum esse judicabunt. Jam vero quod LXX. Lev. 5, 4. *negligenter* reddiderunt אָשַׁם verbo ἁμαρτάνειν et 2 Chron. 28, 13. אַשְׁמָה voce τῆς ἁμαρτίας, ex eo ἁμαρτάνειν *in culpâ esse* et τὴν ἁμαρτίαν *culpam* declarare absurde colligas. Neque חָטָא sq. Accus. *reum factum esse alicujus rei* valere Ven. *Gesenio* Lex. lat. p. 331. concedo. Nam קָרְבַּן חַטָּאת s. אָשָׁם Lev. 5, 7. 11. *praegnans* est structura *sacrificium quo delictum expietur* (oblationem), i. e. ejus offerendi necessitatem, *peccando sibi injungere* (sich etwas erſündigen) notans. Similis est ratio structurae חָטָא נַפְשׁוֹ Prov. 20, 2. Hab. 2, 10. h. e. *vitam suam peccando affligere*. Ab ἁμαρτεῖν τῆς ἁμαρτίας voc. repetitum est, quod de *mente* dictum primum *errationem*, deinde *erratum* ad *voluntatem* relatum proprie *peccationem*, das Sündigen, postea rem quae e peccatione nascitur,

Digitized by Google

nione ducti P. hoc dicere aequum duxissent: per Adamum *vitiositatem et prava studia* in mundo *invaluisse*. At P.

---

peccatum, die Sünde, denotat i. e. facinus, quo recti honestique lex sive div. sive humana a mentis potente violatur (Rom. 2, 12. Luc. 12, 47.) Favorin.: ἡ ἁμαρτία· ἡ τοῦ καλοῦ ἐκτροπὴ εἴτε τοῦ κατὰ φύσιν, εἴτε τοῦ κατὰ νόμον. Differunt ἡ ἁμαρτία et τὸ ἁμάρτημα, ut Latinorum peccatus et peccatum. Nam τὸ ἁμάρτημα et peccatum proprie *malum facinus* indicant, contra ἡ ἁμαρτία et peccatus primum *peccationem*, τὸ *peccare*, deinde *peccatum*, rem consequentem, valent (cf. Gell. N. A. 13, 20. Cic. in Verr. Act. II, l. II. c. 78. §. 191., τὸ ἀδίκημα improbum *facinus*, ἡ ἀδικία 1. injusti *perpetratio* 2. injustum *facinus*, τὸ δόξασμα *opinio*, ἡ δόξα 1. *opinatio*, 2. *opinio*.). Non recte *Reich.* I, 359. utrumque voc. distinxit, τὸ ἁμάρτημα *malum facinus*, τὴν ἁμαρτίαν tum *peccationem* tum *peccatum*, *quatenus utrumque triste peccatoris peculium sit* interpretatus. Praeterea ἡ ἁμαρτία ita passim ponitur, ut non nisi *rei turpis* (Schlechtigkeit) notio teneatur Rom. 7, 7. ὁ νόμος ἁμαρτία; Cf. ibi. Sed τὴν ἁμαρτίαν (hereditariam) *peccandi libidinem*, *cupiditatem pravi* (*Bretschn.* Lex.), *ad peccandum proclivitatem* (*Wahl.*), *perversitatem animi*, *pravarum actionum fontem* (*Schleusn.* Lex.; Theologi *peccatum originis* inepte vocarunt; rectius *infirmitatem s. imbecillitatem* vocassent.) neque significare neque significare posse nuper coeptum est intelligi (v. *Bretschn.* Die Grundl. des evang. Piet. p. 176., *Reich.* I, 361. *Koelln.* al.). Aliud est enim *maleficium*, aliud *pravi studium*, aut *animus ad perpetranda maleficia inclinatus*. Et quis tandem Graecorum *cupiditatem pravi*, *peccatorum fontem*, τῆς ἁμαρτίας vocabulo unquam nuncupavit? Nempe Theologi praejudicatâ opinione ducti commentitium istum significatum nonnullis *N. T.* locis obtruserunt, incorrupti judicii viro ne speciosis quidem. Joh. 8, 34., sicut in plerisque ep. ad Rom. 5, 12. — 8, 3. quae hûc temere rettulerunt locis (v. Commentarios meos) ἡ Ἁμαρτία *persona* inducitur: peccator *Peccati mancipium est* i. e. peccator herum, cui pareat, Peccatum habet, quemadmodum vir probus τὴν Δικαιοσύνην Rom. 6, 18. Joh. 9, 34. Pharisaei in hominem miraculo ab Jesu sanatum iram his v. evomunt: ἐν ἁμαρτίαις ἐγεννήθης ὅλος —. *peccatis scopertus tu natus es quantus quantus es* h. e. plurima tu peccata commisisti nondum natus. Nam ipsos fetus utero inclusos maleficia admittere posse, Judaei vulgo putabant; v. Joh. 9, 1. et *Kuinoel.* ad h. l.. Loca (v. c. Joh. 1, 29.), quae *Tittm.* De Synon. in N. T. I, p. 45. sq., ubi de vv. ἁμαρτία, ἁμάρτημα et finitimis satis leviter et jejune disputat, eodem trahit, τὴν ἁμαρτίαν *proprie ipsum animi vitium denotare*, *ex quo* τὸ ἁμάρτημα *nascatur* et ipse opinatus, neminem morabuntur. Hoc unum addo, *Wahlii* aliorumque opinionem, τὴν ἁμαρτίαν passim *peccati culpam* significare in errore versari (v. supra). Quippe formula Johannea Ev. 9, 41. 15, 22. 24. ἁμαρτίαν ἔχειν *peccatum habere velut peculium* (minime laetum) designat, quod quum possideat *qui peccaverit* Johannes l. c. hoc dicit: si res aliter haberent, quam comparatae sunt, non vos me repudiato peccatum commisissetis, quod nunc sane commisistis. Loquutio autem ἐν ἁμαρτίᾳ εἶναι (1 Cor. 15, 17. Thucyd. 1, 78. *in peccato*, *crimine esse*) notat *peccatum fecisse*; quod quum tam diu fecisse recte judiceris, donec tibi peccati veniam aliquis dederit, Pauli v. 1 Cor.

Digitized by Google

h. l. ad Genes. c. 3. respicere in aprico est, ubi primus Adamus Dei lege violatâ *malum facinus* obiisse traditur, non hoc exponitur, pravis studiis Adami ejusque posterorum animos imbutos esse. *καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος*] sc. *εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε* et (quemadmodum) Peccatum *Mortem* in mundum introduxit. Ὁ θάνατος, qui hîc personae vi pollet Ps. 49, 15., h. l. proprie *mortem, quâ naturae debitum redditur*, *significat* (v. *Morus*, *Schott.* l. c. p. 825., *Knapp.* Dogm. II, p. 31., *Reich.* al.), non figurate *miseriam* (cf. חַיִּים et מָוֶת Prov. 11, 19., quae v. per tralationem *felicitatem* et *perniciem* notare constat). Istam miseriam totam hominum calamitatem, quae ex haereditariâ vitiositate (peccato originis) nata sempiternam perniciem postremo pariat, complecti putarunt (v. *Toellner.* Theolog. Untersuchungen T. I. Fasc. II. p. 59. sq. et *Kapp.*). Multo minus ὁ θάνατος tum proprium *mortis* tum tralatum *miseriae* significatum habet (v. *Rueck.*), quod putare absurdum est. Nam primum quidem hîc locorum Genes. 2, 17. 3, 3. 19. ratio habetur, ubi Adamo propter patratum facinus corporis immortalitatem, quam alioqui sibi comparare potuisset, ademtam moriendique necessitatem peccati poenam ei divinitus irrogatam esse legimus. Credibile est igitur, P. hoc dicere, Adami peccato effectum esse, ut *mors* in homines grassari *inciperet*. Quod quum P. affirmat, neque hoc dicit, naturali quadam necessitudine mortem et peccatum inter se contineri, ut fieri non possit, quin moriatur qui peccaverit (v. *Tholuc.* p. 179.), ut recte monuit *Bretschn.* l. c. p. 177. (nam Adamus morte scelus luit, ut *diserlae* quaedam Dei minae (Gen. 2, 17.) ratae essent eâdemque poenâ Adami posteros qui peccavissent Deus mulctavit, tum ut sibi constaret neve meliore loco esset Adami progenies probri comperta progenitore suo, tum aliâ ratione ductus v. v. 14.) et optime tum sibi tum cum Genesis scriptore convenit *). Deinde quominus τὸν θάνατον sensu

---

15, 17. — ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. hanc sententiam continere emergit: si Christus non revixerit — vestra, quae patrastis facinora adhuc habetis, eorum veniâ a nemine impetratâ.

*) Hoc male negarunt *Bretschn.* l. c. p. 186. et *Reichius* I, 442. sq., Paulum, quod h. l. et 1 Cor. 15, 21. moriendi necessitatem Adami scelere invectam esse dixisset, alias (1 Cor. 15, 47.) Adamum *terrenum* procreatum esse, ut eum in pulverem converti morique necesse esset, docuisset, repugnantia loquutum esse opinati. Verum enimvero haec et inter se pulcre congruunt et cum rebus in Genesi traditis. Nempe *mortalis* Adamus procreatus est, quippe cujus corpus e pulvere Deus composuisset Gen. 2, 7. 3, 19., sed ita, ut corporis immortalitatem sibi parare potuisset. Nam vitalis arboris

Digitized by Google

tralate de miseriâ explicemus contextâ oratione prohibemur. Neque enim se tralatum significatum τῷ θανάτῳ subjectum voluisse Ap. voce aut elemento hîc indicavit, et v. 10. ὁ θάνατος propriâ *mortis* potestate dicitur, et docet v. 14. h. l. de morte physicâ exponi. Tum moriendi necessitatem Adami facinore invectam esse, quam Christus mortalitate in immortalitatem conversâ sustulisset, P. aliis quoque disputavit (v. 1 Cor. 15, 21. sq. 57. 2 Tim. 1, 10.). Postremo Judaei quoque generis humani mortalitatem Adami flagitium consequutam esse vulgo credidernnt*), unde plana P. v. non nisi ad mortem *physicam* a lectoribus referri potuisse elucet. Quamquam enim illi *quo jure* Adami posteri Adamo ob flagitium mortuo et ipsi periissent varie disputarunt, de eo tamen inter eos prorsus convenit, Adami scelere effectum esse, ut homines *morerentur* **).

---

pomis, quibus corpus immortale redderet, vesci oi licuerat v. Genes. 2, 16. cl. 3, 22.. Quâ occasione omissâ quum peccavisset paradiso expulsus est, ne arboris vitalis fructum demeteret praeterque sapientiam etiam corporis immortalitatem consequeretur Genes. 3, 22. — 24.. Quare utrumque P. recte dixit, et fuisse Adamum naturâ mortalem 1 Cor. 15, 47. (Gen. 3, 19.) et quod peccavisset mortuum eum esse immortalitatis sibi pariendae occasione ei ademtâ 1 Cor. 15, 21. (Gen. 3, 22. sq.). Sed sententiarum Rom. 5, 12. et 1 Cor. 15, 48. — 50. expositarum repugnantiam temere infitieris. Nam posteriore l. P. homines mortales esse disputat, quia ab Adamo, viro mortali, geniti sint, ut eorum corpus dissipari et interire necesse sit, sive peccent sive recte agant, quum e pulvere illud concretum sit, quemadmodum corpus Adami; priore l. omnes homines *quia peccassent* morte absumtos esse scribit, quo eos non interituros fuisse indicat, si peccata devitassent. At *quovis pacto* hominibus pereundum est, si terreni Adami imaginem referunt h. e. si eorum corpus concretionem mortalem habet ab Adamo in posteros propagatam. — Sed nimirum possunt alicui alia alio tempore placere. Hoc probe tenendum est, ne summam dogmatum constantiam e Pauli epistolis neque uno tempore consignatis et ad diversorum hominum ingenia accommodatis cupidius eruere conemur.

*) Cf. Sap. 2, 23. 24. Sirac. 25, 24. Targ. Ruth 4, 22. Commemoratum est coram Deo consilium serpentis — et propter illud consilium constituti sunt rei *mortis* omnes habitatores terrae. Ideo mortuus est Isai. Targ. Kohel. 7, 30. Adamus et Eva — arcessiverunt sibi *mortem* et omnibus, qui morantur super terram. R. Bechai in legem (ed. Ven. 1546.) f. 11, 1. Quum Deus crearet mundum, *angelus mortis* nondum erat in eo; postquam vero homo peccaverat dominari fecit Deus *Mortem* in mundo.

**) Fuerunt, qui Adami posteros, ut quae ipsi commisissent maleficia punirentur, mortuos esse existimarent. Ili Adamum mortis auctorem eo exstitisse putarunt, quod peccando effecisset, ut quotquot nefas postea fecissent morte Deus mulctaret, ne meliore conditione uterentur qui post Adamum facinus obiissent primo pecca-

Digitized by Google

Et ut fuisse recentiores quosdam Rabbinos, Cabbalistas maxime, qui libidinem pravique cupiditatem Adami facinore in hominibus vel accensam vel auctam esse contenderent, liberaliter concedam, ii tamen, in quo causae cardo vertitur, neque istam labem τοῦ θανάτου vocabulo nuncuparunt, neque eam tantam exstitisse perhibuerunt, quae

---

tore, cui Deus necem diserte comminatus esset. (Maimon. More Nevoch. III, 24. Vulgaris hominum sententia est — Deum plagas et poenas homini immittere sine ullo ejus praecedente merito. — Contrarium vero hujus sententiae bene reperimus in lege, ut: Deus veritas est et non iniquitas Deut. 32, 4. Ita nec sapientes nostri omnes quidquam de vulgi opinione istâ noverunt. Dicunt enim Schabb. f. 55, 1. Dixit R. Emi: Non est mors sine peccato, neque castigatio sine iniquitate. Et haec est sententia, quae credenda et amplectenda est omnibus filiis legis intellectu praeditis, nequaquam autem iniquitatem ullam Deo attribuere —). Hanc sententiam et sanae rationi et V. T. maxime consentaneam (Deut. 24, 16. Jer. 31, 29. Ez. 18, 20. sq.) P. sequutus est verbis *καὶ οὕτως — ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον*, ubi v. not.. Alii omnes Adami posteros, non solum improbos verum etiam probos, mortuos esse, quia generis humani conditor commisso facinore mortalis redditus non nisi *mortales* progignere potuisset opinati sunt. Ita mortem, quâ Adami suboles consumitur, rectius calamitatem appelles hereditate a progenitore acceptam, quam poenam. (Cf. Targ. Kohel. 7, 30. Schabb. f. 55, 2. Quattuor *mortui* sunt propter consilium serpentis et non propter aliud peccatum, Benjamin —, Amram —, Isai — et Caleb. R. Salomo: omnes isti non erant rei mortis, sed quia *decreta fuit mors in omnes posteros Adami*, ideo mortui sunt ob consilium serpentis. R. Bechai in libro כד הקמח (Lublin. 1596. f. 5. c. 4. l. 2 sq.). Notum est *mortem decretam esse in primum Adamum*, qui *radix* erat mundi et *fundamentum* omnium stirpium; nec potest quisquam eam effugere, nam propter ejus peccatum moritur. Et lin. 11. et 12.: — propter Adami peccatum, qui mortem contraxit sibi ac suboli usque ad finem omnium familiarum. (Cf. *Sommeri* specimen theologiae soharicae p. 29. sq. Gothae 1734. 4. et *Ammonis* Nov. Opusc. theol. p. 72.). Neque defuerunt, qui Adami posteros propterea mortem occumbere statuerent, quod illi facinoris ab Adamo admissi quodammodo participes fuissent, quum aut Adamum, unicum tum virum, totius generis humani loco peccasse putarent (v. R. Moses Tranensis in Beth Elohim f. 105. c. 1. Quo peccato Adamus peccavit, totus mundus peccavit, quoniam erat totus mundus), aut omnes omnium Israelitarum animos Adami mentem complexam esse fingerent (v. R. Menachem expos. leg. f. 29, 1. Quum peccaret homo primus, peccavit mundus universus —. Lampas quidem est hominis anima et scintilla nominis magni (Jehovae), veniens de lumine magno et igne sanctitatis ejus; omnes tamen animas Israelitarum, quarum numerus fuit sexaginta myriadum, complexa est anima hominis primi ex his animabus contortiplicata. cl. *Ammon.* l. c. p. 73. sq.). Persimile Augustini de toto genere humano Adami lumbis comprehenso commentum est; v. infra. Quamquam igitur de *causâ*, quâ post Adami facinus omnes homines interirent, inter Judaeos minime constitit, de eo tamen amice conspirarunt, Adami scelere effectum esse, ut homines *phy-*

Digitized by Google

homines peccare *cogeret* *). Item nihil hûc pertinet, quod posterioris aetatis Judaei universam rerum naturam Adami

---

sicam mortem oppeterent. In tanto Judaeorum consensu nulla R. Samuelis habenda ratio est, qui, quum e v. Gen. 1, 2. וְחֹשֶׁךְ עַל־פְּנֵי תְהוֹם mortem ante Adamum procreatam esse collegisset, in l. חסד שמואל Amstelod. 1699. f. 39, 1. haec dixit: Etiamsi Adamus primus non peccasset, vel sic mors fuisset. Cf. *Schoettgen.* ad h. l..

*) Pravi cupiditatem magis magisque crevisse ipsoque Adami facinore auctam esse nonnulli Judaei sane statuerunt. Jalkut Rubeni f. 46, 4. R. Achai dixit: cur illa (Isaaci uxor) sterilis fuit? Resp. Quia prava cupiditas nondum vires habebat in mundo. Propterea tunc nulla mulier gravida fieri poterat, nisi per preces. — R. Schem Tob (in l.: Sepher Haëmunoth) Porta 6. cap. 9. f. 68. c. 2. (cf. *Summer.* l. c. p. 24.). Dicunt magistri nostri in commentariis mysticis: si Adamus et Eva non peccassent היו תולדותיהם שלא באמצעות יצר הרע i. e. eorum stirpes tales evasissent, quae non in *mediâ pravâ cupiditate* essent (i. q. eorum posteri viverent illi quidem pravae cupiditati obnoxii, sed minus tamen, quam nunc vivunt.). Male *Sommerus* convertit: tum generationes ipsorum fuissent sine ullâ *malâ concupiscentiâ*:, quem sequuti sunt *Tholucc.* et *Reich.* I, 423. Fuerunt etiam, qui Adami peccato libidinem accensam esse sibi persuaderent. Jalk. Rub. f. 18, 1. „Nisi Adamus peccasset fuisset nudus et *coitum exercuisset* et *prava cupiditas neminem ad peccandum induxisset*: postquam vero peccavit et *prava cupiditas adest*, neminem nudum incedere par est. Si Adamus non peccasset, vir unus posset conversari cum multis mulieribus et non peccaret: sed postea valet illud Jobi 24, 15. *oculus adulteri observat tenebras.*" Sententia haec esse videtur: absque Adami facinore futurum fuisse, ut Adamus et Eva corpora commiscerent sine ullâ voluptate (quam Augustini opinionem fuisse constat De Civ. Dei 14, 26.), tantum ut Dei mandatum exsequerentur Gen. 1, 28.; sed peperisse Adami peccatum *libidinosos* marium cum feminis concubitus (Gen. 3, 16.) et voluptarios coitus adulteria. Eodem vulgo refertur locus ambiguus Kabbalae denudatae Tom. II. (Francof. 1684. 4.) p. 153. §. 7. „Finito opere creationis, quum S. B. creavisset bonum et malum in mundo secundum id quod dicitur Jes. 45, 7. *qui facit lucem et creat malum*: malum occultum erat admodum, non aliter ac quum lucerna quaedam intra oleum ardet, eo quod ellychnium in ipsum vasculum immissum est, ita ut flamma non ardeat nec luceat extra, sed in illo. Atque sic malum non poterat generando prodire, nisi mediante peccato Adami primi. Unde Rabbini nostri — dixerunt: Adamum primum generasse daemones et spiritus et striges, quod intelligendum de peccato ejus, quod multiplex fuit —." Hoc tamen mihi dici videtur: malos appetitus, quos Adamus antea intus in mente habuisset, primum se quum peccaret foras extulisse mansisseque illos in omnium conspectu quia Adami posteri peccare non desiissent. Alia l. vulgo hûc revocata aliena esse ostendit *Reich.* I. p. 422.. Ceterum duo etiam atque etiam hîc consideranda sunt: unum, ne Cabbalistas quidem pravi cupidinem Adami peccato procreatam *mortem* simpliciter vocasse: alterum, vinci posse pravi cupiditatem ab eo, qui ei fortiter obtistat ipsos Rabbinos docere; quod

Digitized by Google

facinore deteriorem factam esse putarunt (v. not. ad 8, 19. 20.), vel idcirco, quia ne haec quidem mundi depravatio *mors* (ὁ θάνατος) vocitata est. Restat, ut ad nonnullas dubitationes contra eam quam probavimus interpretationem motas respondeamus. Exstiterunt igitur, qui τὸν θάνατον de morte physicâ hîc recte capi propterea negarent, quod homines christ. moriendi necessitate a Christo minime sublatâ diem supremum obirent, ut ceteri mortales. At sane Christus a piis, quos insontes (δικαίους) Deus censuisset (v. v. 21.), suis alumnis mortem amovit, sed nunc quidem *spe*. Nunc enim iis Christi doctrina *immortalitatis spem* ostendit (2 Tim. 1, 10.). Aliquando autem Christus in terrarum orbem judex reversus in *sempiternam* pos *morte abolitâ* vitam vindicaturus est (1 Cor. 15, 21. sq. 52. sq. 57. Apoc. 21, 4.). Deinde parum recte habere Adami cum Christo collationem, si ὁ θάνατος de morte *physicâ* explicetur, objectum est. Nam Christum τῆς ἀἰωνιου ζωῆς auctorem dici v. 21. observarunt, ex quo Adamum *aeternae* vitae *contrarium* importasse a P. contendi jure colligi putarunt. Minime vero. Omnino enim *mortem physicam vitae aeternae* bene opponi apparet, quandoquidem τῆς αἰωνίου ζωῆς notio *primaria* et verbis ipsis enuntiata *sempiternae*, *quae morte non finiatur*, *vitae* est, *secundaria* neque verbis expressa, sed quae aliunde (e Christianorum spe Christi promissis fultâ) accesserit, vitae *beatae*. Postremo τὸν θάνατον recte hîc *mortem*, *quâ naturae satisfacimus*, exponi idcirco infitiati sunt, quod *sempiterna apud inferos tormenta* τοῦ θανάτου ab Adamo invecti ratione habitâ ὁ θάνατος ὁ δεύτερος Apoc. 2, 11. al. *figurate* appellentur, unde ipsum quoque τὸν θάνατον ab Adamo importatum *metaphoricam*, non propriam potestatem habere argumentati sunt. Quae argumentatio inanis est. Sane *sempiterni in tartaris cruciatus* ad eam, quae propter Adami facinus adeunda esset, *mortem* respectu habito *alterius mortis* (τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου) nomine appellati sunt. Cf. Apoc. 20, 14. — καὶ ὁ Θάνατος καὶ ὁ Ἅιδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. Οὗτος ὁ θάνατος ὁ δεύτερός ἐστιν. — *haec* mors altera est i. e. hoc lacu iguito

---

ab Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Josepho, Davide, Boaso aliis factum esse narrant (v. *Schoettg.* Hor. hebr. I, p. 529. et 1203. sq.) Contra dogmatis de peccato originis fautores ab Adami posteris, sacrâ lotione nondum initiatis „*liberum arbitrium in rebus spiritualibus*" abjudicarunt iisque recte pieque agendi potestate adempta peccandi necessitatem impositam esse perhibuerunt. V. Conf. Aug. Art. II. p. 9., XVIII, p. 14. Form. Conc. Sol. declar. p. 643. ed. *Rechenb.*.

Digitized by Google

ejusque tormentis mors altera continetur. (Verba ἡ λίμνη τοῦ πυρός, quae *Griesb.*, *Knapp.*, *Lachm.* al. post ὁ δεύτερός ἐστιν e Cdd. in ordinem receperunt, manifestum glossema sunt, ad vocem οὗτος a librariis adscriptum. Scriptor enim, si putidam et supervacaneam istam epexegesin ipse adjecisset, saltem dixisset: αὕτη ἡ λίμνη τοῦ πυρός ἐστιν.) 21, 8. — τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστιν ὁ θάνατος ὁ δεύτερος. — igne ac sulphure, quibus lacus apud inferos ardet, altera mors absolvitur. Sed ut perpetuo subeunda in tartaris tormenta *mortis* vocabulo exprimerentur, eo potissimum factum est, quod aeternae *felicitatis* notio sempiternae *vitae* titulo vulgo comprehenderetur, ut, quoniam vitae mors opponitur, illius vitae absentia *mors* diceretur idemque valeret *alterum mortem oppetere* quod *aeternâ felicitate* (*vitâ*) *non potiri*, sed *perpetuo torquendum in tartara conjici* (v. Targ. in Ps. 49, 11. — quoniam videbit sapientes improbos, qui *moriuntur morte secundâ et adjudicantur gehennae.* Targ. Jer. 52, 37. *Morientur morte secundâ et non vivent seculo futuro*, dixit Dominus. Midrasch Mischle 10, 2. — eruet *e judicio gehennae et a morte secundâ* —. Apoc. 20, 14. 15. 21, 8. al. 21, 2. — 6.). Eo autem haec cogitandi loquendique ratio confirmata est, quod quum immortalitas in mortalitatis locum successisset quicumque *fingi* possent mortis terrores in tartara, alterius mortis domicilium, amotum iri vulgo creditum est, velut Satanam, mortis principem (Apoc. 20, 10. Hebr. 2, 14.), ipsam Mortem e Orcum (Apoc. 20, 14.), sempiternos praecisâ ad superos redeundi futuraeque tormentorum levationis (Pirke Elieser 34. quicunque dicit alium Deum esse praeter me, eum interimam morte secundâ, *ex quâ nemo potest reviviscere.*) spe impiorum hominum cruciatus (Apoc. 21, 8. 20, 10.)*). Neque enim his locus esse poterat, ubi *pii* homines *perpetuam* et *beatam vitam* acturi essent. Quocirca τὸν θάνατον ab Adamo invectum

*) Rabbinos *alterius* mortis (מוֹתָא חִנְנָיָא v. *Buxt.* Lex. talm. p. 1181.) hanc vim futuram esse, ut eâ affecti ad nihilum redigantur, quod eorum nemini in mentem venisse arbitror, opinatos esse, e formulis *mortem secundam adire* Targ. Ps. 49, 11., Jonathan Jes. 22, 14. et *occidi morte secundâ* Jonath. Jes. 66, 15. perperam concludas (v. *Reich.* I. p. 371.). Nam quum sempiterna, quam Messias piis hominibus olim tributurus esset, felicitas *vita aeterna* appellaretur, fieri non potuit, quin *non vivere in futuro seculo sub Messiae imperio*, *iterum occidi*, *denuo mortem adire* et finitimae loquutiones *vitâ aeternâ non potiri*, *sed contrariam potius fortunam* (i. e. aeterna gehennae tormenta) *subire* notarent. Et Targ. Ps. 49, 11. *mori morte secundâ* diserte explicatur verbis *adjudicari gehennae.* Cf. supra.

Digitized by Google

h. l. miseriam potius quam mortem physicam denotare e formulâ *ο θάνατος ὁ δεύτερος* (i. e. altera mors, quae quum prior a mortalium usu te dimoverit ab aeternâ immortalium hominum *vitâ* et consuetudine excludat, v. supra) male colligas. Eodem errore *Bretschn.* multis locis, ut l. c. p. 262. sq. (cl. Lex. I, p. 449.) probante *Baumg.-Crusio* in l.: Grundz. d. bibl. Theol. p. 354. sq. *τὸν θάνατον* h. l. enarrat *necessitatem Orcum adeundi* („das Hinabmüssen in die Unterwelt"), quia nimirum *ὁ θάνατος ὁ δεύτερος* Apoc. 20, 14. *necessitatem Orcum iterum visendi* („das zweite Hinabmüssen in die Unterwelt") declaret. Obstat usus loquendi. *Ὁ θάνατος mortem* significat, non *amandationem in Orcum* (*τὸ εἰς τὸν Ἅιδην βάλλεσθαι*), quae dispares inter se notiones sunt. Accedit, quod *τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου* ratio et notio non hoc absolvitur, quod ad alteram mortem damnatus iterum in Orcum detrudatur (v. supra). Hoc facilius etiam concedet, qui non omnium hominum, qui ante mortuorum in vitam reditum in Orcum amandati fuerint, miseram conditionem esse, sed piorum in paradiso positorum admodum fortunatam meminerit (v. *Meyeri*, viri egregii, Comment. in Luc. 16, 23.). *καὶ οὕτως — ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον*] Primo singulis verbis insistam, deinde de sententiâ dicam. *καὶ οὕτως*] *οὕτως* (*rebus ita comparatis*), ubi de re post aliam rem actam vel perpetratâ vel perpetrandâ agitur, *quo facto* notat (cf. Thucyd. 1, 45. 131. Plut. Poblicola c. 23. fin. Liv. 2, 10. *ita* (i. e. *his dictis*) sic armatus in Tiberim desiluit.) Sexcentis locis *καὶ οὕτω* sic usurpatur (Thuc. 1, 64. fin. Rom. 11, 26. Act. 7, 8. 1 Thess. 4, 17.) *et hoc facto*, quod in hujus l. contextu valet: *et Adamo propter peccatum mortuo*. *εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ Θάνατος διῆλθεν*] Omittunt *ὁ Θάνατος* D. E. F. G. 62. It. *Augustin.* saepissime (nonnunquam habet, vi. *Sabatier.*), Julianus ap. Augustin. Op. imperf. contra Julian. l. II, c. 63., Pacian. al. (Syr. post. habet cum asterisco.). Arm. Chrys. Theodoret. *εἰς π. ἀ. διῆλθεν ὁ Θάνατος*. Hinc v. *ὁ θάνατος* adulterina visa sunt *Millio* Prol. §. 448., *Griesbachio* et *Reichio*. Sed vix, ac ne vix quidem, h. l. *ὁ Θάνατος* deesse potest. Nam si *ὁ Θάνατος* deleveris, acumen sustuleris in eo positum, ut in utroque membro tum mortis tum peccati notio verbis concepta sit: unus homo commisit, ut primum *Peccatum*, deinde per Peccatum *Mors* pedem in mundum inferret; quo facto omnes homines *Mors* adire perrexit, quia omnes *peccarunt*. Quin quum facile *ὁ ΘάνατοΣ* post *εἰΣ πάντας ἀνθρώπουΣ* excidisset nonnulli e fugâ retractum voc. alieno l. post *διῆλθεν* collocarunt. Sed etiamsi P. *ὁ Θάνατος* vel omisisset vel

Digitized by Google

omittere potuisset, hoc voc. flagitante et syntaxi et sententiâ ex ante dictis cogitando addendum esset cum Pelagianis, contra quos nixus Augustinus ὁ θάνατος καὶ ἡ ἁμαρτία sive σὺν τῷ θανάτῳ ἡ ἁμαρτία temere suppleri voluit (v. Op. imperf. c. Julian. l. II. c. 50. „— et ita in omnes homines pertransiit sive peccatum sive mors, sive potius *cum morte peccatum.*" cl. c. 63.). Quippe Adamo *propter peccatum mortuo* omnes homines *mortem occubuisse, quia* omnes *peccassent* Paulo hîc affirmandum est. Διῆλθεν, si cum *Luthero* explices *penetravit* (Ez. 5, 17.), notionem *omnium* hominum acuit: Mors ad omnes homines *penetravit* i. q. ad *omnes* venit *nemine excepto, nemini parcens.* Sed *pervasit, pertendit* (διέρχεσθαι *per locum ire, aliquod spatium peragrare* Thuc. 6, 46. Luc. 5, 15. Act. 11, 19.) exponere malo, quum haec sibi invicem opponantur: εἰς ἦλθεν ὁ Θάνατος εἰς τὸν κόσμον (Mors in mundum pedem intulit) et (ἐν τῷ κόσμῳ) εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ Θ. διῆλθεν (Mors mundum ingressa non substitit, sed ire pergens *ad* [εἰς, *ad* cf. *Vig.* p. 593. sq. ed. 4. *Herm.* 1 Cor. 14, 36. 2 Cor. 10, 14. 12, 1.] omnes homines pertendit.). Ad quem autem Mors venit fores pulsans (Horat. Od. 1, 4. 13.), ei moriendum est. Ceterum v. εἰς π. ἀνθρ. ὁ θ. διῆλθεν non significare, ut nonnullis dogmatis de peccato originis propugnatoribus visum est, *miseria humanam naturam pervasit* (i. e. τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ὁ θάνατος διῆλθεν s. διῆκετο) in promtu est. Ἐφ᾽ ᾧ, ut ἀνθ᾽ ὧν, duo declarat; *quare* (v. 2 Cor. 5, 4. Phil. 3, 12. cl. Luc. 12, 3.) et ἐπὶ τούτῳ, ὅτι *propter id, quod* Thomas Mag. ed. *Bern.* p. 400. (*Ritschel.* p. 129.) ἐφ᾽ ᾧ ἀντὶ τοῦ διότι, εἰς παρῳχημένον. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ· ἐφ᾽ ᾧ Γενναδίου ἔγραψεν. (v. *Herm.* ad Vig. p. 710. ed. 4.). Favorin. (edit. princeps a. 1523. fol. 236., ed. Bas. a. 1538. p. 813.) ἐφ᾽ ᾧ ἀντὶ τοῦ διότι λέγουσιν ἀττικοὶ μετὰ διαστολῆς πνευμάτων· οἷον, ἐφ᾽ ᾧ τὴν κλοπὴν εἰργάσω· ἔτι καὶ ἐφ᾽ οἷς τὸν νόμον οὐ τηρεῖς, κολασθήσῃ. Graecos ἐφ᾽ οἷς (i. e. ἐπὶ τούτοις, ὅτι *propterea quod*) sic magis frequentasse, quam ἐφ᾽ ᾧ non mirum est, quippe quos etiam ἀνθ᾽ ὧν, δι᾽ ὧν et ἐξ ὧν (Thuc. 2, 65. 3, 37.) ita adamasse constet, ut interdum vel de unâ re Pluralem ponerent (v. *Schaef.* ad Dem. V, p. 173.). Dem. Or. I. contra Aristogit. p. 774. 29. *Reisk.* ἐπὶ μὲν γὰρ οἷς ἐξ ἀρχῆς παρέβη τοὺς νόμους τὰ ὀφλήματ᾽ αὐτῷ γέγονεν· ἐπὶ δ᾽ οἷς οὐκ ἐμμένει τούτοις νῦν ἐπὶ τὴν παρ᾽ ὑμῶν ἄγεται τιμωρίαν —. Plutarch. in l.: *Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν* c. 29. (Moral. T. II. P. II. p. 675. *Wyttenb.*) καίτοι φιλῶ μὲν ἐμαυτὸν ἐφ᾽ οἷς ἐγενόμην εἰς τὰ πράγματα ταῦτα πρόθυμος καὶ χρήσιμος —. Non hûc pertinet Herodiani

Digitized by Google

l. a *Reichio* citatus 1, 4, 2. *Ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς* (i. e. *ἐπὶ τούτοις, ἐν οἷς*) *ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν.* v. ibi *Faber.* et *Reisk.* cl. §. 6.. Causa autem, cur *ἐφ' ᾧ propter id, quod*, et *ἐφ' οἷς propter ea, quod* valeat, in attractione quaerenda est, quâ duae orationis partes in unam conflantur. Sed h. l. prior pars est *εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ Θάνατος διῆλθεν ἐπὶ τοῦτῳ*, altera *ὅτι πάντες ἥμαρτον*, quae sic in unum contractae sunt, ut Pronomen *ᾧ casu* suo ad priorem partem spectet (inclusum enim *τούτῳ* continet), *notione* ad posteriorem (nam *ᾧ* conjunctionis relativae *ὅτι* adsignificationem complectitur). Persimilis attractio invenitur ap. Demosth. Or. pro Megalopolit. p. 215, 14. *Reisk.* — *προσήκει δήπου πλείω χάριν αὐτοὺς ἔχειν ὧν* (*τούτων, ὅτι*) *ἐσώθησαν ὑφ' ἡμῶν — ἢ ὧν* (*ἐπὶ τούτοις, ὅτι*) *ἀδικεῖν κωλύονται νῦν ὀργίζεσθαι* (ubi v. *Schaefer.*). Hujusmodi attractiones e linguae graecae ingenio metiendae sunt, non e vernaculae linguae, quae eas respuit, indole aestimandae. His mirae *Bretschneideri* (Die Grundl. des ev. Piet. p. 179.) disputationi satis responsum esse arbitror. Perperam h. l. *ἐφ' ᾧ quare* interpreteris (omnes homines mortui sunt, *quare omnes peccarunt*, i. q. unde omnes peccavisse apparet). Neque enim ex eo, quod postquam Adamus *propter peccatum* mortem occubuerit omnes homines *mortui sint*, cognoscitur, *propter commissa peccata* eos mortuos esse. Fingi enim potest, aliâ de causâ Adamum exstinctum, aliam ob rem Adami posteros peremtos esse. Itaque hos quoque *propter peccata* quae patrassent morte affectos esse P. ipse dicere debebat. Recte *Syr. It. Vulg.* (nam „*in quo omnes peccaverunt*" barbare dictum videtur pro *in eo* [s. potius *eo*] *quod*, ut cepit *Pelagius*) *Theodoret.*, *Pelag.*, *Erasm.*, *Luther.*, *Calv.*, *Piscator*, *Hunnius*, *Wolf.*, *Wetst.*, *Kopp.*, *Rueck.*, *Reich.*, *Koelln.* et recentiores interpretes tantum non omnes *ἐφ' ᾧ* h. l. explanaverunt *propterea quod*. *πάντες*] Sapienter *Castalio*: „*qui per aetatem potuerunt.*" Nam horum tantummodo hîc et similibus in l. (3, 9. 22.) ratio habetur, non fetus nondum nati, aut infantes, aut insani dicuntur, quorum causam mortis P. non affert. *ἥμαρτον*] Hanc vocem ad *actualia* peccata referendam esse et verbum ipsum (vide notam p. 289. sq. *Witsius*: *ipsa vox peccare actionem notat.*) et contexta oratio v. 13. 14. ostendit. Quare *Adamo propter facinus ad mortem primum dato omnes deinceps homines morte affectos esse, quod nemo non peccata commisisset* Ap. h. l. dicit contenditque Adamum generi humano *moriendi*, non peccandi necessitatem imposuisse. Scilicet quum Adamus disertâ quadam

Digitized by Google

Dei lege, quam morte Deus sanxisset, violatâ peccasset, et ipse ut rata esset Dei comminatio mortem oppetiit Gen. 2, 17. 3, 19., et Deus omnes deinceps homines quotquot peccassent eodem supplicio affecit, tum quod Adami posteros et ipsos probri compertos mitius quam generis humani auctorem punire pro suâ justitiâ noluit, et quia pro suâ sapientiâ genus humanum immortalis vitae fructum tum demum percipere constituerat, quum mortis acerbitatem degustasset (v. 14. 20. 21. 1 Cor. 15, 46, sq.). Jam quum nemo nulla peccata fecisset (3, 9. 23.), omnes fato functi sunt, quorum causa mortis *remotior* in Adamo sita est, cujus facinore effectum esset, ut quotquot quandocunque peccassent morte mulctarentur (alioquin enim Deus *alias* ab ejusmodi hominibus poenas cepisset), *propior* seu *proxima* potius causa in peccatis posita est, quae committere quam devitare ipsi maluissent (1, 18. Eph. 4, 17.—19.). Invalidis argumentis haec interpretatio ab iis impugnata est, qui hominum peccata cum Adami facinore aliquo nexu contineri Paulum h. l. docere putassent (sic etiam V. *Schott.* l. l. p. 328., S. V. *Wegscheiderus*, summus Theologus, Instit. Theol. dogm. ed. 7. p. 412. al.). Cujus sententiae hoc vs. nec vola est nec vestigium, nisi eam malis artibus intruseris (v. infra). V. 15.—17. non ut homines peccarent, sed *ut morerentur* Adami peccato effectum esse dicitur, cujus sententiae ibi *simpliciter* positae explicatio vs. 12., cujus major est perspicuitas, petenda est. V. 14. Adami posteris proavi peccatum minime crimini datur aut imputatur (v. ibi). Tum hominum *vitiositatem* v. 18. 19. *arctissimo* vinculo cum Adami *vitiositate* a P. copulari inconsiderate *Tholucc.* p. 180. perhibuit, primum quod ibi neque de Adami neque de ceterorum hominum *vitiositate* sermo instituitur, sed de Adami *contumaciâ* agitur, *quae*, quoniam omnibus qui deliquissent hominibus mortem contraxerit, quum nemo a peccatis prorsus declinasset, *neminem non*, quod peccatorum poena mors ostenderit, *commissi delicti coarguerit*; deinde quia hominum mors cum Adami inobedientiâ vinculo quidem aliquo, sed non *arctissimo* vinculo connectitur. Nempe Christi obsequium non magicâ necessitate aut fascino criminum gratiam (τὴν δικαιοσύνην) nobis parat, sed occasionem habendâ fide eam comparandi nobis suppeditat. Quare sicut τῆς δικαιοσύνης causa remotior in Christi obedientiâ, propior in *fide* quam habuerimus posita est, ita mortis, quae aliquem deliquisse arguat, ultima causa in Adami peccato, prima in peccato quod ipse commiseris quaerenda est. Postremo Christum immortalem nobis vitam eo comparasse, quod delictorum veniam (τὴν δικαιο-

Digitized by Google

σύνηγ) nobis peperisset, P. identidem sane h. l. significavit (v. 16. 17. 18. 21.). Sed hinc non efficitur, ut Ap. Adamum eo nobis moriendi necessitatem attulisse dixerit, quod nobis quocunque modo *peccandi* auctor exstitisset. Nam si Adami peccatum eo valuerat, ut omnes sontes sua delicta morte luerent, nemo autem mortalium culpae insons repertus erat, quî tandem Christus homines propter sua peccata morti obnoxios immortales reddere potuit, nisi peccatorum abolitione (τῇ δικαιοσύνῃ) facinorosis hominibus partâ? Vana est igitur eorum disputatio, qui mancam et imperfectam Adami et Christi collationem esse dicunt, nisi P. ab Adamo non solum moriendi necessitatem, verum etiam peccandi libidinem repetierit (v. *Schott.* l. c.)*). Ce-

*) Si quis a l. 1 Cor. 15, 48. 49., ubi P. ab Adamo, viro *terreno*, dissolubile corpus ad omnes homines propagatum esse enuntiat, profectus Apostolum quod nunc circumferimus corpus non solum vile, caducum et aerumnosum (2 Cor. 5, 2. 4. Phil. 3, 21.), verum etiam tale, in quo multae peccandi illecebrae inhaerent (Rom. 6, 12. 7, 5. 18. 25. 8, 13. Gal. 5, 24. Col. 3, 5. al.) mente informare reputaverit, eum Adamum non modo ut moriamur sed etiam ut peccare soleamus effecisse Paulum vel docuisse, vel ut sibi constaret docere debuisse, credere posse facile intelligo. Is hanc fecerit Paullinae disputationis summam: „Dedit Deus Adamo et fragile et quod ad inhonesta perpetranda invitaret corpus Gen. 2, 7.. Qui si disertae cuidam Dei legi observatu haud ita difficili satisfecisset, immortale sibi neque peccatorum irritamentis obnoxium corpus comparare potuisset Gen. 2, 17. 3, 19. sq.. At migravit illam legem; itaque melioris corporis sibi acquirendi occasione temere omissâ quod mortale a Deo et illecebrosum corpus principio acceperat et ipse retinuit et cum suâ progenie participavit Genes. 3, 19.. Mortua est igitur omnis Adami posteritas 1 Cor. 15, 48. sq.. Quin etiam nefas fecerunt omnes homines. Qui quamquam peccandi illecebras corpore excitatas mentis animique robore vincere debuerant (Col. 3, 5. Eph. 4, 18. 19.), nemo tamen inventus est, quin illis se dederet (Rom. 3, 9. 23. 5, 12. 13. Phil. 2, 15.). Sic omnes homines impie vixerunt dignique fuerunt, qui sancto numini gravissimas poenas dependerent (Rom. 1, 18. 2, 6. sq.). Sed non continuo Deus iis succurrit; auxit potius eorum miseriam lege per Mosen latâ, quae peccandi libidinem magis etiam evocaret (Rom. 5, 20. 7, 8. Gal. 3, 19. sq.). Nam ante mundum conditum hoc Deus consilium inierat, ut tum demum genus humanum beatet, quum miseriam gustasset, per Christum, Adamum *caelestem* (Rom. 5, 21. 1 Cor. 15, 42. sq. 2 Tim. 1, 9. Eph. 1, 4. sq.). Is benigne a Deo ad homines legatus (Rom. 8, 32.) quum supplicium subiisset, ne peccatorum poenas illi solverent (1 Tim. 1, 15. Eph. 2, 1.), et admissorum facinorum veniam iis paravit (Eph. 1, 7. al.), et cupiditatem quâ in nefas nitimur multis modis compescuit v. c. eo quod pietati amplissima praemia proposuit (1 Tim. 4, 8.) et ut div. spiritus, virtutis magister morumque emendator, in animis nostris suam sedem collocaret effecit (Tit. 3, 6. 1 Cor. 3, 16. 6, 19. Eph. 2, 22. Gal. 5, 22.). Ita peccandi libidine, quam ab Adamo acceptum corpus accendit, imminutâ restat, ut, ne ulla a *terreno* Adamo

Digitized by Google

terae hujus l. explicationes non sunt unius assis. Quae eo fere tendunt, ut Adami posteros aut in peccati ab Adamo commissi societatem venisse nondum natos, aut Adami facinus probro iis datum luisse, aut malo Adami exemplo ad edenda facinora irritatos esse P. h. l. dicere ostendant. Id vero nisi ἐφ' ᾧ et ἥμαρτον mire contorqueantur obtineri non potest. *Augustinus* (post Origenem ad h. l. ed. *de la Rue* IV, p. 546.) multis l. (v. c. de nuptiis et concupiscentiâ l. II. c. 5. §. 15. Per unius illius [Adami] voluntatem malam omnes *in eo* peccaverunt quando *omnes ille unus fuerunt*, de quo propterea singuli peccatum originale traxerunt. Op. imperf. c. Jul. l. 5, c. 12. Sic enim fuerunt omnes ratione seminis *in lumbis Adami*, quando damnatus est *et ideo sine illis damnatus non est*, quemadmodum fuerunt Israelitae in lumbis Abrahae, quando decimatus est et ideo sine illis decimatus non est. Contra duas epp. Pelagianorum l. 4. c. 4. §. 7. ed. Benedict. T. X.) translatione latinâ parum intellectâ (v. supra) et l. dissimili Hebr. 7, 10. in errorem abreptus ἐφ' ᾧ ad v. δι' ἑνὸς ἀνθρώπου rettulit h. s.: *in quo* (Adamo) *omnes peccarunt* i. e. quod omnes, quippe Adami lumbis inclusi, tum peccaverunt, quum peccaret Adamus. Cui absurdae opinioni ut in Catholicorum ecclesiâ reverentia praestaretur (vel nuper eam probavit *Klee*) Conciliorum canones, pontificum romanorum decreta et imperatorum leges fecerunt; in Evangelicorum coetibus *Bezae* et *Calovii* auctoritas tantam ei dignita-

---

labes ad nos transfusa remaneat, immortale nobis pro mortali corpus detur. Hujus vero Christus, *caelestis* Adamus, piis suis assectatoribus de caelo reversus copiam aliquando faciet, ut *immortales* caelestisque Adami similes redditi *immortalem* et beatam vitam inire possint (1 Cor. 15, 49. sq. 2 Cor. 5, 1. sq. Rom. 8, 29. Phil. 3, 21.)." Hoc pacto Adamus peccatorum a posteris commissorum culpam aliquam eo sustinet, quod occasione immortale et bene temperatum corpus sibi parandi praetermissâ commisit, ut mortale et in libidines pronum corpus, quo ipse semper uti coactus esset, ab se ad subolem transferretur. Quae mala hereditas quibus obvenerat et potuerunt sane et debuerunt pravas cupiditates corpore excitatas domare. Sed ipsi ab eâ perdomiti non excusate quidem peccarunt, sed peccarunt tamen, quum corpus ab Adamo accepissent, quod cupiditatibus facile inflammaretur. — Haec, quam paucis v. complexus sum, disputatio tum demum nascitur, si ab hâc sententiâ argumentari exorsus fueris: fieri non posse quin omnes homines moriantur, quia terrenus Adamus dissolubile iis corpus impertiverit (1 Cor. 15, 48. sq.). Cui sententiae repugnans omnes homines quod ipsi peccassent mortem adiisse P. h. l. scribit eosque quamquam a mortali Adamo prognatos non morituros fuisse significat, si qui exstitissent, qui nulla peccata perpetrassent (v. notam p. 292. sq.)

Digitized by Google

tem adjecit, ut orthodoxa, i. e. pia et vera, a multis diu existimaretur. Verum enim vero I. ἐφ' ᾧ ad διʼ ἑνὸς ἀνθρώπου revocari plane nequit, tum quia haec v. nimis remota sunt, tum quod vocc. ἡ Ἁμαρτία et ὁ Θάνατος, quae illa excipiunt, Subjectorum locum obtinent. Quare sic dicendum fuerat: καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ἡ Ἁμαρτία καὶ ὁ Θάνατος (v. supra) διῆλθεν ἐξ ἐκείνου; ἐφ' ᾧ κ.τ.λ. Deinde II. ἐπί τινι ἁμαρτάνειν non valere *viri lumbis inclusum peccare* (versantur autem ex Hebraeorum sententiâ liberi in patris lumbis nondum generati; quos quum pater gignit, ex ejus lumbis exeunt, ἐξέρχονται ἐκ τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός Genes. 35, 11.) multi recte monuerunt, qui ἐν ᾧ π. ἤ. Paulo sic scribendum fuisse dixerunt (Hebr. 7, 10.). Sed ne haec quidem v. clara satis et perspicua essent tenendumque est, Hebr. 7, 9. 10. argumentationem *excusari* verbis ὡς ἔπος εἰπεῖν. Imo his v. Ap. istam sententiam enuntiare debuerat: — καὶ οὕτως εἰς π. ἀ. ἡ Ἁμαρτία καὶ ὁ Θάνατος (v. supra) ἐξ ἐκείνου διῆλθεν· ἐν γὰρ τῇ ὀσφύϊ αὐτοῦ πάντες ἥμαρτον. Tum III. ἥμαρτον ad peccata revocandum esse, quae Adami posteri quum viverent ipsi commisissent e v. 13. et 14. apparet. Denique IV. sententia, Adami posteros facinoris ab Adamo editi participes esse, quia quum obiretur quippe nondum sati in Adami lumbis adhuc fuerint, absurda est neque cadit in P.. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Oec.* *), quorum mentem *Reichius* I, 375. parum assequutus est, ἐφ' ᾧ ad διʼ ἑνὸς ἀνθρώπου pertinere putarunt h. s.: quo facto ad omnes homines Mors, quâ Adamus consumtus est pertendit, *propter quem* (Adamum) *omnes peccavisse judicati sunt* (np. quum iis ab Adamo, viro mortali, genitis mors, facinoris ab Adamo commissi poena, divinitus irrogaretur). Obstat iis non quidem Aoristus (v. *Rueck.*), sed verbum ἁμαρτάνειν, quod non significat *peccatorem censeri*, *in peccatorum numero haberi*, *peccatorem tractari*. Praeterea ut ἐφ' ᾧ recte ad Adamum referretur his v. opus erat: καὶ οὕτως εἰς π. ἀ. ὁ Θάνατος διῆλθεν ἐξ ἐκείνου, ἐφ' ᾧ κ.τ.λ. Iisdem argumentis multa multorum commenta evertuntur,

*) *Chrys.*: Πῶς οὖν εἰςῆλθεν ὁ θάνατος καὶ ἐκράτησε; διὰ τῆς ἁμαρτίας τοῦ ἑνός. Τί δέ ἐστιν ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον; ἐκείνου πεσόντος καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου πάντες θνητοί. *Theophyl.*: — τί δέ ἐστι τό· ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον; τουτέστιν ἐπὶ τῷ Ἀδὰμ πάντες ἥμαρτον· Πεσόντος γὰρ ἐκείνου καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου θνητοί, ὡς ὃν καὶ αὐτοὶ πταίσαντες, διότι ἐκεῖνος ἔπταισεν. *Oecum.*: — ἐφ' ᾧ, Ἀδὰμ, δι' ὃν, Ἀδάμ —.

Digitized by Google

tuntur, quae singula exagitari non necesse est. *Oecum.*, credo ut Pelagianorum sententiam e P. v. erueret, hanc explicationem proposuit: *post quem*, Adamum, *omnes peccarunt* (ἐφ' ᾧ, Ἀδὰμ, δι' ὃν, Ἀδὰμ, ἤ ὅτι ἐπ' αὐτῷ καὶ οἱ ἄλλοι v. *Matthiae* ausf. gr. Gr. II. p. 1167. 1 Cor. 14, 16.). *Grot.* *per quem* (i. e. δι' οὗ, non ἐφ' ᾧ), Adamum, *omnes poenam subierunt*. *Elsner.*: *propter quem*, *Adamum*, *omnes peccatores habiti sunt* (np. quum iis Adami facinus imputaretur). *Wahl.*: *propterea quod omnes peccati poenam sustinuerunt*. *Schottus* l. c. p. 335. *quod omnes peccaverunt* idem valere sibi persuasit, quod *quia vitiositas ab Adamo ad posteros devenit*! *Calvin.*, quocum *Boehm.* et *Tholuc.* fere consentiunt: quandoquidem omnes *corrupti fuerunt et vitiati*, (quippe a depravato Adamo geniti). Aliud vero est ἁμαρτεῖν (peccavit enim qui vel semel aut iterum nefas fecit), aliud πεπληρωμένον, μεστὸν εἶναι πάσης ἀδικίας (1, 29. 15, 14.). Et ubi tandem P. Adami naturam commisso peccato depravatam esse scripsit? Nihil agat, qui *Calvini* opinionem hâc explicatione tueri voluerit: propterea quod omnes, *quum a depravato Adamo originem traxerint*, *peccare solent*, tum quia Aoristum h. l. male ceperit*), tum quod sua cogitata (*quum a depravato Adamo originem traxerint*) Paulo obtruserit. Pari autem licentiâ Pelagiani suam opinionem Paulo affinxerunt. *Pelag.*: „in quo omnes peccarunt] h. e. in eo quod omnes peccarunt *exemplo Adae* peccant." Hoc sumsit Pelag., non dixit P.. Similiter Photius ap. Oec. ad h. l. (et ad v. 18.) explicuit: propterea quod omnes *exemplo ab Adamo capto* peccarunt. ἐφ' ᾧ] Ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, συναποθνήσκομεν τῷ Ἀδὰμ, ἐφ' ᾧ καὶ συναμαρτάνομεν. Καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ἐκεῖνος παρέσχεν, ἡμεῖς δὲ ἐκεῖθεν τὴν ἀφορμὴν λαβόντες οὐκ ἐκωλύσαμεν τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ συνηργήσαμεν καὶ ἐπὶ μέγα χωρῆσαι παρεσκευάσαμεν. Adami delicto factum esse ut omnes homines propter peccata quae patrassent morte afficerentur, P.

*) Aoristum in re fieri solitâ poni, non quod Aoristus *consuetudinis* notionem complectatur, sed qui in sententiâ generali aut re quam usque evenire nemo nesciat, ut dici *aliquid fieri solere* lector intelligat, satis sit *rem factam esse* memorari constat (v. *Herm.* de emend. rat. gr. grammaticae p. 187. et ad Vig. p. 745. ql. 4.) Noli igitur mirari, quod interdum etiam *Perfectum* sic usurpatum est. Thuc. 2, 45. Φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον, τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνταγωνιστῷ εὐνοίᾳ τετίμηται. Sed hoc *rhetoricum* schema, quo poëtae maxime, oratores quique elato dicendi genere delectantur uti solent, temere in hunc l. transferas, et quia praecedentes Aoristi res utique factas parrant, et propter πάντες. Imo ἐφ' ᾧ πάντες ἁμαρτάνουσιν sic scribendum fuerat.

perspicue enuntiavit v. 12. cl. v. 15. 17.; sed eos *perversum Adami exemplum* ad facinora committenda stimulasse nulla ille voce indicavit. Superest, ut eos refellam, qui ἐφ ᾧ ad ὁ θάνατος rettulerunt. *Hombergius*: *ad quam* (mortem) *omnes peccarunt* np. quum patrarent, quod supplicio dignum esset. Frustra, ut haec explicatio stabiliretur, ad ἄγειν, συλλαμβάνειν τινὰ ἐπὶ θανάτῳ *mortis causâ* (i. e. ut supplicium sumatur) *aliquem ducere, comprehendere* (v. Isocrat. Panegyr. c. 41.), δημίος δὲ ὁ ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ qui *viâ* aliquem abducit *propter mortem ineundâ* (Phrynich. ed. Lob. p. 474. sq.) Eur. Iph. T. v. 1040. ἔτ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν. et similia provocatum est. Sic enim haec insulsa sententia nascitur: *eo omnes consilio peccavisse, ut morerentur.* Ferri posset ista explanatio, si πρὸς (s. εἰς) ὃν πάντες ἥμαρτον (1 Joh. 5, 16. 17.) P. exarasset, quamquam ne hoc quidem in hâc orationis perpetuitate satis perspicuum esset. Si, ut *Hombergii* opinionem defendas, ἐπί de *conditione*, ut cum vulgo loquar, sumas h. m.: *quâ* (morte) *propositâ* (impendente) *omnes peccarunt* (v. Pind. Pythia IV, v. 331. — ἀλλ' ἐπὶ καὶ θανάτῳ | φάρμακον κάλλιστον ἔδας ἀρετᾶς | ἄλιξιν εὑρέσθαι. sed ut *vel morte propositâ* (si vel mors adeunda esset) pulcerrimum suae virtutis delenimentum cum aliis aequalibus consequeretur. Aelian. V. H. 8, 14. Διογένης — ὅτε — ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ — quum aegrotaret *morte propositâ* h. e. *ita ut mors imminueret.*) et mira exit sententia, quandoquidem uni Adamo, non ceteris hominibus Deus mortem denuntiaverat, si peccassent, et inutilis, quae nihil ad P. disputationem conferat et obscure expressa. Dilucidior haec oratio fuisset: — διῆλθεν· ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τούτῳ πάντες ἥμαρτον. ad omnes homines Mors pertendit; *quandoquidem etiamsi praesentem mortem cernerent tamen omnes peccarunt.* Paullo aliter sententiam exposuit *Bretschn.* (Die Grundl. des ev. Piet. p. 180.): *quae* (mors) *dum adesset* (s. *omnes homines absumeret*), nemo non peccavit; qui ibid. ἐπί h. l. *de re quae consequitur* (v. *Matthiae* ausf. gr. Gr. II, p. 1166.) capi posse sibi persuasit: — ad omnes homines Mors pervasit, *quae ut insequeretur quum res posceret* omnes peccarunt. Haec omnia Viris D. ne in mentem quidem venire debuerant, quoniam contorta sunt et planae Ap. disputationi noctem inducunt, quam qui libero animo legerit *Adamo ob aliquod facinus mortuo omnes deinceps homines morte affectos esse, quia omnes peccassent* dici statim et videat et fateatur necesse est. V. 13. 14. Firmat P. sententiam verbis v. 12. καὶ οὕτως — ἥμαρτον conceptam duobus vss. obiter adjectis et parentheticis

Digitized by Google

13. 14., ita quidem, ut primo v. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμ. verbis v. 13. ἄχρι — ἐν κόσμῳ corroboret vel eo tempore peccata commissa esse arguens, quo aliquis credat non esse ab hominibus peccatum *), deinde totam enuntiationem v. 12. καὶ οὕτως — ἥμαρτον vocabulis ἁμαρτία δὲ — ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος v. 13. 14. muniat, Adamo propter maleficium ad mortem datos Deum non libidine sed sapientissimo ductum consilio omnes promiscue homines facinorosos morte affecisse monens (v. infra). ἄχρι νόμου] *Orig.*, *Chrys.*, *Theodoret.*, *Erasm.*, *Krebs.* Obs. in N. T. p. 173. al. *usque ad legis mos. finem*, *quamdiu lex mos. valebat*, *usque ad Christum* exponunt. Cui explicationi usum loquendi refragari temere contendas (v. *Rueck.*). Constat, conjunctiones ἄχρι et μέχρι ita positas, ut a re *quae jam fiat* proficiscaris, non quidem suam vim (*donec*) exuere et vocc. ἐν ᾧ (*quamdiu*) potestatem recipere, sed quod de re, quae quamprime eveniat, loquaris, eo fieri, ut ἄχρι et μέχρι rei quae adsit *finem* indicent et sine sensus detrimento *quamdiu* verti possint. Thucyd. 3, 10. Hebr. 3, 13. — ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. usque ad hoc tempus, quo —. i. q. quamdiu. Nunc ipsum enim τὸ σήμερον καλεῖσθαι scriptor significat cf. v. 7. — 15. 2 Mac. 14, 10. ἄχρι γὰρ Ἰούδας περίεστιν ἀδύνατον εἰρήνης τυχεῖν τὰ πράγματα. Pacem futuram Alcimus negat, *usque quod* Judas *nunc quidem* supersit, supersit, ergo *quamdiu* supersit. Longi Pastor. p. 2. ed. *Villois.* Πάντως γὰρ οὐδεὶς Ἔρωτα — φεύξεται, μέχρις ἂν κάλλος ᾖ καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν. donec suus formae decor suaque oculis acies constet i. q. *quamdiu* — constabit. Nam amorem formae elegantiâ, quae per oculos illapsa

*) *Photius* ap. *Oec.*, *Schoettg.*, *Ammon.*, *Rueck.*, *Usterius* l. c. p. 26. al. Paulum verbis ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ. hanc lectorum dubitationem: *omnes homines peccavisse* (v. 12.) *affirmas tecum ipse pugnans*, *quippe qui supra scripseris*, 4, 15. οὗ δὲ οὐκ ἔστι νόμος οὐδὲ παράβασις. ita occupasse autumant, ut non quidem facta adversus legem mos., sed *peccata* tamen ante legis mos. promulgationem utique patrata esse moneret. At Paulum 5, 12. ab se deficere 4, 15. prudens lector suspicari non potest, quandoquidem aliud est νόμου παράβασις, aliud ἁμαρτία (v. ad v. 4, 15.). Deinde ista objectio verbis ἄχρι γὰρ — ἐν κόσμῳ minime diluitur (primaria enim vis in v. ἄχρι νόμου sita est), non in voce ἁμαρτίας, quam τῇ παραβάσει τοῦ νόμου opponi illi credunt), quae ut infirmaretur differre τὴν ἁμαρτίαν et τὴν παράβασιν τοῦ νόμου superius 4, 15. memoratam perspicue dicendum erat: ἁμαρτία μὲν γὰρ ἄχρι νόμου ἦν ἐν κόσμῳ, παράβασις δὲ νόμου τότε οὐκ ἦν. Postremo neque opus est istâ ambage et omnia tum demum apte cohaerent, quum verbis v. 13. ἄχρι γὰρ — ἐν κόσμῳ ultima vs. 12. vocabula muniri existimes.

Digitized by Google

animum deleniat, *conciliari solere* scriptor sumit. Jacobs Anth. gr. palat. I, p. 525. N. 716. — *οὐδὲν ὅμοιον ἐπεσσομένοισιν ἀοιδὸς | φθέγξεται, ἀνθρώπους ἄχρι φέρωσιν πόδες.* — *donec* homines pedes sustineant i. q. *quamdiu* — sustinebunt. Sustinentur enim homines pedibus. Item *praepositiones* ἄχρι et μέχρι ita usurpatae, ut terminum unde proficiscaris rem facias eo de quo dicas tempore jam fieri coeptam, hujus rei *finem* declarant. Phalar. ep. 81. p. 256. *Schaef.* *οὕτω, Δημότελες, ἀνθρώπῳ τοῦ μὲν γενέσθαι συμφορώτερον ὁρῶ τὸ μὴ γενέσθαι, τοῦ τυραννεῦσαι δὲ τὸ μεῖναι μέχρι ζωῆς ἰδιώτην* (i. e. usque ad vitae *finem*. Agitur enim de hominibus *natis*.) Joseph. A. J. 10, 2, 2. — *ηὐχετο* (Ezecias) *μέχρις τῆς αὐτοῦ ζωῆς εἰρήνην ὑπάρξαι.* (usque ad vitae finem, quamdiu viveret. Profectus enim est Ezecias a vitâ, *quâ frueretur*.) Athenaeus VI, 251. F. (I, 547. sq. *Dind.*) — *Λιρήσιππος — θεραπεῦσαι τοὺς εὐπόρους μέχρι τῆς τύχης δεινός.* (usque ad secundarum fortunarum *finem*, quamdiu opibus florerent. Quippe de hominibus *beatis et fortunatis* sermo instituitur.). Itaque v. ἄχρι *νόμου*, quum P. tempore quo Mosis lex promulgata valeret termino uteretur, usque ad legis mos. *finem* significarent. Sed illud non factum esse v. 12. et 14. ostendunt. Neque enim μέχρι *Μωϋσέως* hoc s. dici potuit, ut esset: *usque dum Mosis instituta* (Luc. 16, 29.) *manerent, rata haberentur*, et si potuisset, rem conficeret *ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι* M. v. 14., unde ἄχρι *νόμου usque ad**) *legis mos. pro-*

---

*) De ratione, quae inter *formas* ἄχρι ἄχρις et *μέχρι μέχρις* intercedat, philologos inter se discrepare constat (v. not. ad Marc. p. 580.), sed praeverbia ἄχρις et *μέχρις* idem declarare omnes concedunt praeter *Tittmannum*, cujus parum distincta et in quâ ultima primis non respondeant de differentiâ v. ἄχρι et *μέχρι* disputatio est De Synonym. in N. T. I, p. 33. sq.. Primo haec dicit p. 34.: „in ἄχρι cogitatur potissimum totum tempus (aut locus), quo aliquid factum est et genitivus — significat rem, ante quam id factum esse cogitatur; sed in *μέχρι* cogitatur potissimum finis temporis (aut loci), quo quid factum est." Quare *μέχρι usque ad*, ἄχρι *ante* notare putat. Exemplis utitur his: Rom. 5, 13. ἄχρι *νόμου ante* legem latam, Act. 20, 11. — *ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς* confabulatus *ante* diluculum, Rom. 5, 14. *ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος μέχρι Μωϋσέως* regnavit Mors *usque ad* Mosen, et aliis. Ἄχρι valere *ante* quotusquisque existimabit? Millenis enim l. *usque ad* ἄχρι significat, ut *μέχρι*, neque aliam vim habet Rom. 5, 13. et Act. 20, 11., ubi *ἄχρις αὐγῆς* ad *μέχρι μεσονυκτίου* v. 7. (ubi v. *Kypk.*) referri manifestum est. Etymologiâ autem aut aliis dictu speciosis rationibus *Tittm.* novum inventum firmare neglexit, cui innumerabilia l. repugnant. Sic Act. 13, 6. *διελθόντες δὲ ὅλην τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου* —, *Tittmanni* regulam evertit, quia Barnabas et Saulus *Paphum* ingressi sunt v. 13.. Et qui ad *Tittmanni* opinionem loca

Digitized by Google

mulgationem, *priusquam lex a Mosè ferretur* denotare liquido discimus. Nam *Peyrerii νόμον* legem h. l. dici *Adamo in paradiso datam* opinati (Praeadamitae s. exercitatio ex-

---

accommodes, cujusmodi haec sunt: Dionys. Hal. A. R. 3, 27. —, *ἐκέλευσεν — καθελεῖν τὴν πόλιν ἄχρι θεμελίων* —. Joseph. A. J. 5, 1, 7. — *ἀλλὰ πάντες ἀπώλλυντο* (Hierichunte) *ἄχρι καὶ γυναικῶν καὶ παιδίων* —.? Sed mox *Tittmannus* p. 35. sq. ab se ipse desciscit. Nam *ἄχρι usque ad* ita declarare sumit, ut diuturnitatis notionem antea p. 34. in sententiae *verbo* repositam *rei Genitivo enuntiatae* vindicet, ceterum *μέχρι* finem temporis aut loci, quo quid factum sit, indicare repetat. Hinc Rom. 8, 22. — *πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει — ἄχρι τοῦ νῦν* ingemiscere *τὴν κτίσιν* usque ad hunc diem, *needum finem fecisse gemendi* declarare ait, contra *μέχρι τοῦ νῦν* si P. scripsisset, hoc eum dicturum fuisse perhibet: lamentatam esse *τὴν κτίσιν* usque ad hunc diem, *sed nunc non lamentari amplius*. Item Matth. 28, 15. *καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον*. Matthaeum habito verborum delectu exaravisse ait, quia hoc sibi voluisset: fabulam illam ante hunc diem non explosam fuisse, *sed nunc manifestam esse fraudem*; plaudente *Wahlio* Cl. maj. II, 88., Cl. min. p. 208.. Quem *Tittmanni* argutias decepisse miror, quum *Tittmanni* regulam relligiose sequutus fraudem *eo ipso die, quo ultimum Evangelii caput conscriberet*, detectam esse Matthaeum arguisse putare debeas. Athen. XII, 40. (*Dind.* II, p. 1185.) *Κλέαρχος — Σάγαριν φησι — ὑπὸ τρυφῆς σιτεῖσθαι — μέχρι γήρως ἀπὸ τοῦ τῆς τιτθῆς στόματος, ἵνα μὴ μασώμενος πονήσειεν* —. Clearchus certe non hoc dixit, Sagarin ignavae luxuriae valedixisse *senem*, sed senectutem pro eâ aetate commemoravit, in quâ rem quae in consuetudinem verterit non facile dimittas. Quicunque autem usque ad hoc tempus aliquid aut fieri, aut non fieri affirmant, sive *μέχρι* ponant sive *ἄχρι*, rem ab aliquo tempore usque ad praesens tempus *vel inclusum vel exclusum* (utrum quoque loco obtineat e re aut cohaerentiâ cognoscitur) semper et sine intercapedine aut factam aut non factam esse indicant. Matth. 28, 15. 11, 23. Demosth. Phil. III, p. 118. 12. *Reisk.* — *οὕτω δὲ κακῶς διακείμεθα —, ὥστ' ἄχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐδὲν — τῶν συμφερόντων — πρᾶξαι δυνάμεθα*· Ne multa; *ἄχρι* et *μέχρι* etiam de tempore promiscue usurpantur. Hebr. 3, 6. *μέχρι τέλους*. ibid. 6, 11. *ἄχρι τέλους*. Act. 3, 21. *ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων*. Hebr. 9, 10. *μέχρι καιροῦ διορθώσεως* —. Dionys. H. A. R. 1, 18. *ἄχρι πολλοῦ*. 2, 10. *μέχρι πολλοῦ*. Plut. Septem Sapientum Conviv. c. 2, *ἄχρι γε νῦν*. Longi Pastoral. lib. 4. p. 113. *Villois. μέχρι νῦν*. Postremo *Tittm.* p. 37., quia „*ἄχρι* non finem, sed ipsam durationem denotet, seu totum tempus, quo res quaedam duraverit, sed *μέχρι* finem designet, quo esse desierit" Luc. 4, 13. Act. 13, 11. *ἄχρι καιροῦ* explicat *ἕως*, *μέχρι τέλους Wahlio* et *Meyero* ad Luc. 4, 13. adstipulantibus. Quî ille rem animo conceperit dictu difficile est. Debuerat autem sic versari: usque ad *finem* temporis, quod et *nunc est* et nunquam non erit i. e. in perpetuum (i. q. *εἰ' αἰῶνος* Jes. 60, 21. Cf. 2 Macc. 14, 15. *ἄχρι αἰῶνος* usque ad temporis finem, quem praesens facit temporis articulus, *usque adhuc*). Cf. quae supra in Comment. ad hunc vs. monuimus.

Digitized by Google

eg. in Rom. 5, 12.—14. Amstel. 1655. 4. p. 21.) commentum jam pridem explosum est. Peccatum (Sünde) in mundo est, quum peccatur. Quare sententia haec est: antequam lex mos. conderetur peccabatur. Primo l. v. ἄχρι νόμου P. collocavit ut in argumentatione praecipua. Nempe *omnes homines* peccavisse (v. 12.) ex eo vult apparere, quod *ante legem a Mose latam*, h. e. eo tempore quo homines innocentem vitam transegisse aliquis suspicetur, peccata commissa fuerint. Nam *post* legis mos. promulgationem neminem probri insontem vixisse non erat ei metuendum, ne quis lectâ superiore disputatione 3, 10.—20. negaret. Voculam μέν h. l. male expetas cum *Grot.* et *Rueck.*. Fuisset enim μέν, quia sententiae pondus in v. ἄχρι νόμου repositum est, post ἄχρι locandum. Quod si P. dicere voluisset, ita pergere debuisset: μὴ ὄντος δὲ νόμου ἁμαρτία οὐκ ἐλλογεῖται h. s.: *ante legem quidem a Mose scriptam* peccabatur, *sed non promulgatâ Mosis lege* peccatum non imputatur. At haec dicere, ut e voce. ordine cognoscimus, Paulo non in mentem venit, qui postquam ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον v. 12. verbis v. 13. ἄχρι — ἐν κόσμῳ stabilivit, generali, quam vocc. ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου continent, sententiâ fundamentum jecit argumentationis, quâ, ut v. v. 12. καὶ οὕτως — πάντες ἥμαρτον corroborarentur, Deum *pro suâ sapientiâ* instituisse, ut Adamo propter peccatum mortuo omnibus promiscue hominibus, qui usque ad Mosis aetatem necdum latâ lege mos. peccassent, moriendi necessitas imponeretur ostenderet. Quare membrum prius (ἄχρι — ἐν κόσμῳ) et posterius (ἁμαρτία δὲ — νόμου) non eo vinculo continentur, quod particulae μέν — δέ nectunt. — Quemadmodum ab ἄλογος (rei ra-

---

At nemo ἄχρι καιροῦ sic posuit. Recte vulgo *usque ad aliquod tempus*, *aliquamdiu* enarrant. Cf. ἄχρι, μέχρι πολλοῦ (v. supra), ἄχρι τινός Alciphr. ep. 3, 52., μέχρι τινός 3, 54., μέχρι του (v. *Schaef.* ad Demosth. I, p. 192.) *aliquamdiu* (quamquam Luc. 4, 13. etiam exponi potest, *usque ad tempus opportunum*). Nam v. καιρός non solum tempus *opportunum*, sed etiam *tempus* simpliciter designare constat Rom. 3, 26.. Non memorassem adeo levem et ex tempore fusam *Tittmanni* sententiam, nisi eam doctis viris probatam esse vidissem. Ceterum vocibus ἄχρι et μέχρι multum diuque examinatis nihil tamen discriminis repperire potui, nisi quod, ut satis constat, utraque aliquid sui habet, quod alteram non attingat (ἄχρι enim, ut hoc memorem, etiam Adverbium est, μέχρι non item, struiturque μέχρις οὗ, *pleonastica*, ut mihi videtur, loquutio e multo formulae μέχρις οὗ usu nata, cum Genitivo, v. *Herm.* ad Vig. p. 786. ed. 4., non aeque ἄχρις οὗ) diversique scriptores alterutram vocem, maxime in certis quibusdam formulis, alterâ magis frequentarunt.

Digitized by Google

tionem non habens) factum est v. ἀλογεῖν (i. q. ἄλογον εἶναι) *rei rationem non habere*, sic ab ἔλλογος (*computando occupatus*, *rationibus aliquid inferens*) ductum est voc. ἐλλογεῖν, *rationibus inferre*, *imputare*, quod Philem. v. 18. legitur, ubi *imputare* valere contexta oratio docet. Ad hunc l. et Hesychii glossa pertinet ἐλλόγει· καταλόγησαι, ubi jam dudum VV. DD. καταλόγισαι emendarunt, et Zonarae, quam *Schleusn.* in Lex. N. T. attulit. Ceterum Ap. illud v. novasse non est existimandus, multorum usu, ut videtur, satis tritum. Certe glossa a *Wetstenio* allata *imputat*, ἐλλογεῖ, κατατάσσει. ad neutrum P. I. spectat. Praeterea ἀντελλογεῖν (*vicissim rationibus inferre*, *compensare*) e Marco Erem. p. 50. (quem conferre non potui) proferunt et graecorum jureconsultorum ἀντέλλογος *compensatio* (v. *Casaub.* ad Suet. Jul. Caes. c. 47.). Postremo *Salmasius* valde probabili conjecturâ ἐλλογεῖν tribuit Phoenici Colophonio ap. Athen. XII. p. 530. F. (II, 1186. *Dind.*), quum pro οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν scribi vellet οὐκ ἐλλογεῖν ἐμάνθαν, quocum sqq. v. οὐκ ἀμιθρῆσαι praeclare congruunt, ut metricas rationes οὐκ ἐλλογειν commendare ne commemorem quidem. ἐλλογεῖται] Nonnullae translationes, ut Syr. Vulg. Boern., ἐνελογεῖτο Imperfectum exprimunt. Eodem tendunt 52. 108. ἐλογεῖτο (sic), Mt. w. λελόγισται, Theophyl. in marg. ἐλλογεῖτο (sic), a quo non differt A. ἐλλογᾶτο, nisi novo quod continet vitio. Nam ει et α, quarum literarum persimiles ductus sunt, a librariis confundi solent; v. *Bastii* Comment. palaeogr. pone Gregor. Corinth. ed. *Schaef.* p. 706.. Eodem errore Philem. 18. A. G. ἐλλόγα habent pro ἐλλόγει. Λογᾶν est *disturire* (Luc. Lexiph. c. 15.), sed ἐλλογᾶν vox nulla est. Nihilominus *Lachm.* Philem. 18. ἐλλόγα recepit, ut 1 Cor. 4, 11. γυμνιτεύομεν et alia alibi scribarum vitia, quae neminem facile decipiant. Fieri potest, ut aliquis praecedente v. ἦν in fraudem inductus ἐνελογεῖτο pro ἐλλογεῖται aut per oscitantiam exaraverit, aut temere correxerit; sed ἐνελογεῖτο translationum auctores sumtis interpretum partibus reddidisse, in Cdd. autem ex interpretum commentariis insinuasse multo est verisimilius. Chrys. et Phot. ap. Oec. legunt illi quidem ἐλλογεῖται, sed tamen quum sententiam exponunt ille identidem ἐλλόγηται, hic ἐλογίζετο ponit. Nempe veteres interpretes partim v. recte intellectis universalem sententiam ἁμαρτία δὲ — νόμου ad tempora inter Adamum et Mosen interjecta ita transtulerunt, ut *ne tum quidem peccata imputata esse* ex eâ concluderent, partim quum νόμος secundo l. de lege *mos*, male explicuissent eoque utrumque membrum nexu contineri falso putas-

Digitized by Google

sent, qui voculis *μέν — δέ* indicari solet, a verâ l. sententiâ aberrarunt, velut Syrus, qui haec v. expressit: *ἄχρι γὰρ νόμου ἦν μὲν ἁμαρτία ἐν κόσμῳ, οὐκ ἐνελογεῖτο δὲ ἁμαρτία, ὅτι οὐκ ἦν νόμος.* Scilicet vulgatam scripturam: non *imputari solet* peccatum *non latâ Mosis lege* universali sententiâ ad homines ab Adamo usque ad Mosen natos accommodatâ liberius quo dixi modo convertit. *Luther.*, *Calv.*, *Camerar.*, *Cornel. a Lapide*, *Heum.*, *Rueck.*, *Usterius* l. c. p. 42., *Bretschn.* Lex. s. v. *ἐλλογέω*, al. *ἐλλογεῖται* ad *homines* referunt, *qui nefas committant* h. s.: peccatum autem (*a peccantibus*) *non imputatur*, *non ad animum admittitur*, *non valdè curatur* (nonnulli enim P. comparate loqui censent) *non magno dedecori ducitur*, *si nulla lex*, quae facinora corripiat eorumque foeditatem ostendat (*Bretschn.*: si lex *mos*, peccatorum cognitionem afferens 7, 7. 8. non) *promulgata sit*. Quin v. *ἐλλογεῖται* in *generali* sententiâ locatum ita capi possit non est dubium; sed contexta oratio hanc enarrationem minime patitur. Praebet enim sequens membrum v. 14. *ἀλλ' ἐβασίλευσεν — Ἀδάμ*, quod verbis v. 13. *ἁμαρτία δὲ — νόμου* opponitur, hanc sententiam: at *imputata* sunt *a Deo* hominibus, qui ante Mosis tempora deliquissent (morte eorum peccatis poenâ irrogatâ v. 12.) peccata. Unde ne eorum quidem vera sententia est, qui (Phot. ap. Oec.) sic explicant: peccatum autem *non imputatur* lege non constitutâ i. e. minus imputatur tum *ab judice*, cui excusatius peccari videatur lege non propositâ, tum *ab homine qui nefas committat*, quia facinus scriptâ lege non vetitum facilius sibi ignoscat, si perpetraverit. Imo ut v. non nisi *de judicibus* capiantur v. 14. postulat h. r.: peccatum autem (*ab judice*) non imputatur, non crimini datur (ergo etiam *non punitur*) lege non fixâ. Quam quidem sententiam tum loco Rom. 2, 12—16., ubi P. Deum in improbos paganos animadversurum esse docuit, et paullo ante v. 12. dictis (*καὶ οὕτως — ἐφ' ᾧ π. ἡ.*) repugnare incaute obtendas (v. *Rueck.*). Neque enim *νόμος* h. l. est lex *mosaica*, sed lex in genere. Deinde sententia communis est (peccatum autem non imputari solet ab judice, si lex non promulgata sit) et ex hominum vitâ et consuetudine depromtâ. Solent autem in bene constitutâ re publicâ prius leges civibus imponi, quam ab iis poenae expetantur, qui contra illas commiserint. In promtu est igitur, P. generali istâ sententiâ minime ea tollere, quae Deum et facturum esse 2, 12. sq. et fecisse 5, 12. supra scripsit. Quin eo tantum consilio hanc sententiam attulit, ne fundamento destitueretur *sequens* argumentatio, quâ *sapienti instituto* Deum sua consilia non ad hominum consue-

Digitized by Google

tudinem direxisse ostenderet, quum homines sontes, qui ante legis mos. promulgationem vixissent, mori juberet (v. supra). Quae qui rite expenderit, non esse quod P. sententiam mitiges: peccatum autem *minus ab judice imputatur, mitius punitur* (*schol. Matth.*, *Cameron*, *Grot.* al.) lege non scriptâ: facile intelligat. V. 14. Ἀλλά neque *attamen, veruntamen, nihilo secius* (v. *Morus*, *Boehm.*, *Rueck.* al.) i. e. ἀλλ' ὅμως, ὅμως μέντοι Joh. 12, 42., neque *atqui* in assumtione poni solitum (nun aber v. *Reich.*), quod est ἀλλὰ μήν (Lucian. Jove Trag. c. 51. εἰ εἰσὶ βωμοὶ εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί· Vitar. Auct. c. 23.), declarat, sed *at* significat, quod sententiam negativae quae praecedit enuntiationi (οὐκ ἐλλογεῖται) oppositam ducit. Verba imperium denotantia Graeci cum Genitivo aut Dativo struunt; cf. ἄρχω, ἀνάσσω, βασιλεύω, ἡγεμονεύω τινός vel τινί. Sed nostri scriptores (LXX. 1 Sam. 8, 9. 11. Luc. 1, 33. 19, 14.) etiam dixerunt βασιλεύειν ἐπί τινα *regem esse supra* (cf. τάττεσθαι ἐπί τι apud *Lobeck.* ad Phryn. p. 475.) *aliquem, dominari in aliquem* invitatu hebr. constructionis מָלַךְ עַל פ׳׳ (Ps. 47, 9.), שָׂלַט עַל פ׳׳ (Nehem. 5, 15.) et משל על פ׳׳ (Prov. 28, 15.). Mors h. l. persona inducitur (v. v. 17. 1 Cor. 15, 55. Ovid. vel Pedonis Consol. ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis v. 360. omnia sub leges Mors vocat atra suas.) Mors autem cui imperat is ad mortem rapitur. Neque enim hoc Mortis monstrum aliâ re delectatur, nisi animantium caede et interitu. Μωσέως] Μωϋσέως, quod B. D. et multi alii Cdd. (v. *Wetst.* et *Matthaeium*) praebent, *Knapp.* et *Lachm.* dederunt. καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας] μή a quattuor graecis Cdc. abest 62. 63. 67. ** Mtw. Sed Codicis 62. nulla prorsus ratio habenda videtur; in quo quum paullo post scriptum sit καὶ ἐπὶ τῷ posteriore ἐπί cum priore aperte confuso, librarius oscitanter totum hunc l. descripsisse existimandus est. Praeterea μή deest in Germ. (v. *Mill.* ad h. l.), apud *Orig.* (ut videtur) in Joh. Tom. 20. §. 31. 33., Rufinum ad h. l., qui vulgatam lectionem in *nonnullis exemplaribus* inveniri dicit, Ambrosiastrum, qui Cdd. graecos vitiatos esse perhibet, Augustinum, qui (de peccat. meritis et remissione l. 1. c. 11. §. 13.) μή a *plerisque latinis cdd.* abesse in graecis cdd. *aut omnibus aut paene omnibus* perscriptum affirmat (Contra ad Hilar. ep. 157. c. 3. §. 19. *nonnullos* cdd. latinos μή non agnoscere, sed *plures graecos cdd.* continere ait), Sedulium et Tertull., Cyprian. et Victorinum teste Ambrosiastro. Genuinam esse scripturam vulgatam tantum non omnes praeter *Wetstenium*, *Semlerum* et *Griesb.* recte iudicaverunt. Sed quod

Digitized by Google

permulti post *Bezam* observant, *μή* necessario retinendum esse propter *καί*, quia *καί* inducta voce *μή* ineptum sit, id verum quidem est*)', sed nihil facit ad hanc disputationem. Nam qui *μή* antiquitus expunxerunt, simul etiam *καί* abstulerunt, deleto voc. *μή* sensu destitutum (v. Orig. ad h. l., Ambrosiastr., Augustin. de peccat. mer. etc. l. c. et 67**, ubi tum *καί* tum *μή* inductum est), si saperent neque *καὶ ἐπὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας* exarārunt duabus scripturis temere commistis, nisi qui vel dormitarent vel judicio parum valerent. Quare utrum — *Μωϋσέως ἐπὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας*, an — *Μωϋσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας* P. scripserit constituendum est. Posterius vero exaravit Ap.. Primo enim huic summam auctoritatem adjiciunt Cdd. graeci, Verss. et PP. (jam Irenaeus c. haeres. 3, 18, 7. *καί* et *μή* habet) in id consentientes; illud contra, si ab ambigua PP. nonnullorum latin. rumore, ut fieri par est, discesseris, parum est firmatum. Deinde *καί* et *μή* sententia poscit, quandoquidem hoc Paulo docendum est: Mortem ab Adamo usque ad Mosen in *omnes* promiscue homines sontes imperium exercuisse, etiam in eos quibus illam pepercisse aliquis existimet h. e. *καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐ. τ. ὁ. τ. π. Ἀ.* Postremo lectio vulgata ejusmodi est, ut ad conjecturas parum attentos lectores invitare potuerit. Fieri enim potest, ut vocc. *καί* et *μή* ut importuna ii deleverint, qui aut formulam *μὴ ἁμαρτῆσαι ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ*, de cujus potestate multum semper dubitatum est, parum concoxissent, aut quum male v. sic struxissent: *ἐβασίλευσεν ὁ Θάνατος ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. παρ. Ἀδὰμ ἀπὸ Ἀδὰμ μ. Μ. καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτ.* (v. infra) voculas *καί* et *μή* sententiam gignere superius dictis (v. 12. *ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον*) repugnantem opinati essent, aut verbis *ἐβασίλευσεν ὁ Θάνατος καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτ. ἐπὶ τ. ὅ. τ. π. Ἀ.* Deum fecisse dici, quod ab ejus justitia et aequitate abhorreret, sibi persuasissent. Haec satis probabiliter conjectes. Sed praestat in tali re historiam consulere, quam qualescunque conjecturas afferre. Ii igitur vocc. *καί* et *μή* ut absurda antiquitus sustulerunt, qui quum fortius esse *βασιλεύει ὁ Θάνατος ἐπί τινα* (omni potestate dominatur, *Orig.*) quam *διέρχεται ὁ Θάνατος εἴς τινα* (levi quadam contagione perstringit, *Orig.*) credidissent, et *ἁμαρτάνειν ἐπὶ τῷ ὁμοι-*

*) *Semlerus* voculae *καί* vim explicandi (v. Hebr. 11, 11. et not. ad Matth. p. 52.) *et quidem* subjecit. Male. Nam in omnes homines sontes Mortem saeviisse, non in eos tantummodo, quorum peccata cum Adami commissio congruerent P. h. l. contendere debet (cf. v. 12.).

ὡμ. τ. π. Ἀ. *totâ mente, contemto Deo peccare* (v. *Orig.* et *Ambrosiast.*) valere putassent, hâc ōpus esse sententiâ existimarunt: dominatam esse Mortem (non in omnes, sed) in eos tantummodo qui tam graviter quam Adamus deliquissent i. e. ἐβασίλευσεν ὁ Θάνατος ἐπὶ τοὺς ἁμαρτ. ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. (v. *Orig.*, *Sedul.* et *Ambrosiastrum* ad h. l.) ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι] ἐν τῷ ὁμ. B. Chrys. (etiam in Mt. 8.) Theodoret.. Quamquam ἐν pro ἐπί facili errore a librariis exarari haud ignoro (v. *Bast.* l. l. p. 742.), hoc tamen ἐν interpretamentum redolet (peccavisse *per* similitudinem ab Adamo commissi h. e. sic, ut similitudo ab Adamo commissi exprimeretur). *Photius* ap. Oecum. ubi vulgatam scripturam exponit nunc verbis κατὰ ὁμοιότητα τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως utitur, nunc vocabulis τῷ ὁμοιώματι (i. q. ἐν τῷ ὁμοιώματι) τῆς παραβάσεως Ἀδάμ· — καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμ. ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβ. Ἀδάμ] Saepe Graeci rem adjunctam primariae rei, de quâ dicerent, praeverbio ἐπί sq. Dativo indicarunt. Quem usum latissime patentem non semper nobis imitari licet verbis bei et unter quum Germani in nonnullis structuris paullo latius et definitius loquendi genus magis probemus. Sic ζῆν (Alciphr. ep. 1, 3.) τελευτᾶν (Herodian. 4, 2, 1.) φεύγειν (Alciphr. ep. 1, 11.) ἐπὶ τέκνοις vivere, mori, exsulare bei Kindern h. e. *liberos habentem* (παῖδας ἔχοντα) declarat (*Herm.* ad Vig. p. 857. sq.), Herodian. 3, 12, 20. ὁ δὲ Πλαυτιανὸς ἐφ' ἑτέραις εἰσελθὼν ἐλπίσιν (i. e. εἰσελθὼν ἑτέρας ἐλπίδας ἔχων ingressus *alia sperans*) ὁρᾷ κ.τ.λ. Eur. Troad. v. 315. ἐπεὶ σύ, μᾶτερ, ἐπὶ δάκρυσι καὶ γόοισι (i. q. δακρύουσα καὶ γοῶσα) τὸν θανόντα πατέρα — καταστένασ' ἔχεις —. Haud pauca hujus generis l. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. II. p. 1166. sq. suppeditat. E N. T. cf. Hebr. 9, 17. διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία —. (bei Todten d. i. wenn's Todte gibt ἐπὶ τῷ παρεῖναι νεκρούς. Pluralis in generali sententiâ recte positus est.). Hebr. 10, 28. ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν (i. e. ὅταν δυοῖν ἢ τριῶν μαρτύρων) ἀποθνήσκειν. Jam h. l. ἁμαρτάνειν ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ (fündigen bei der Aehnlichkeit der Uebertretung Adams) *ita peccare* notat, *ut similitudinem ab Adamo commissi referas*, ut peccatum Adami *commisso* simile perpetres, ἁμαρτάνειν πράσσοντα (s. ὥστε πράσσειν) τὸ ὁμοίωμα τ. π. Ἀ.. Bene *Pelag.*, *Schol. Matth.*, *Calvin.*, *Heum.*, *Boehm.*, *Rueck.* et multi alii μὴ ἁμαρτῆσαι ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβ. Ἀ. eos dici intellexerunt, qui non disertam quandam Dei legem, ut Adamus Gen. 2, 17., violassent, sed adversus legem divinitus nobis insitam fecissent h. e. ad rationis et con-

Digitized by Google

scientiae praescripta vitam non accommodassent 2, 14. sq.*). Aperte enim P. h. l. τὴν ἁμαρτίαν a τῇ παραβάσει discer-

*) Ceterae omnes hujus l. expositiones neque cum verbis congruunt, et a P. consilio abhorrent. *Theodoret.* τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐν (v. supra) τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. eos dici putat, qui non quidem legem Adamo datam de fructu arboris non demetendo migrassent, sed alias tamen παρανομίας commisissent (τὸ ὁμοίωμα *aequalitatem* enarravit). Sententiam satis jejunam perplexe P. enuntiasset. Ambiguam enim est τὸ ὁμοίωμα τ. π. Ἀ., quum per aequalitatem ab Adamo commissi non is tantummodo peccet, qui legem ab Adamo violatam et ipse migret, verum etiam qui alias leges eâ mente violet, quae Adamo fuerit. Perspicue ista sententia his v. exprimi poterat: — καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ παραβάντας τὴν ἐντολὴν τοῦ Ἀδάμ. Augustin. de peccat. mer. et remissione 1, 11, 13. (cl. ep. 157, 19. ad Hilarium) τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. eos esse credit, qui non suâ voluntate peccassent, ut Adamus, sed ab Adamo *peccatum originale traxissent.* Quem *Beza, Calixtus, Calov., Cornel. a Lapide, Wolf.* al. ita sequuti sunt, ut τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. *fetus et infantes* vocari putarent, qui non scientes ac prudentes ut Adamus nefas facerent, sed primum sati et concepti peccati, quod Adami lumbis inclusi olim patrassent, rei essent et corrupti deterioribusque inclinati tum in matris utero fingerentur, tum in lucem ederentur. Haec opinio absurda est, quia ii tantummodo dicuntur ἁμαρτάνειν, qui *actu* peccant nati et adulti (v. not. p. 290 sq.). Accedit, quod h. l. de tempore inter Adamum et Mosen interjecto agitur, non sententia profertur ad quodvis tempus pertinens. *Grotius* ἁμαρτάνειν ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. *graviter delinquere* explanat, ut οἱ μὴ ἁμαρτήσαντες ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. viri probi sint, qui nihil simile Adamo commiserint, ut Abel et Abrahamus. At atrocia facinora, quae contra legem aliquis commiserit, cum Adami facinore comparari solere *Grot.* sumsit, non demonstravit citato loco Hos. 6, 7., qui rem non comprobat. *Wetsteinius* μὴ ἁμαρτῆσαι ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. *nullum facinus commisisse, quum commisisset Adamus, pio vixisse, quum impie egisset Adamus* interpretatur. Haec sententia a verbis remota est, quibus τὴν ἁμαρτίαν a τῇ παραβάσει distingui perspicuum est (v. supra). P. ita dixisset: — καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας κατὰ τὸν Ἀδὰμ (s. καθὼς ἥμαρτεν Ἀδάμ) ὅς ἐστι τ. τ. μ. Ceterum Mortem *multa latius* regnum suum exercuisse quam peccatum, quum non solum homines improbi verum etiam probi morerentur (v. *Wetst.*) si P. h. l. doceret, ab se ipso dissideret (cf. v. 12.). *Reichius* (cf. *Limborch.*) τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τ. ὁ. π. Ἀ. eos vult intelligi, qui ita peccassent, ut Deus iis mortem non diserte, ut Adamo Gen. 2, 17., minitatus esset, si deliquissent. Hoc nimirum est: ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς ἀπειλῆς Ἀδάμ. Argute *Schottus* l. c. p. 343. sq. homines qui ab Adamo usque ad Mosen vixissent eo dici μὴ ἁμαρτῆσαι ἐπὶ τ. ὁμ. τ. π. Ἀ. perhibet, quod peccassent div. institutione destituti, qualem habuisset Adamus h. e. quae eo valeret ut hominibus improbis peccata imputari possent. Nempe Adami in paradiso positi vitam *und* Dei lege gubernari potuisse; sed Adami posteros factâ innocentiae jacturâ ad legem naturalem surdiores redditos padisoque exclusos, ut recte ob peccata punirentur, *copiosâ* Dei institutione multisque praeceptis indiguisse. Quibus nondum per

Digitized by Google

nit, quod voc. legis fixae et promulgatae violationem denotat (v. v. 19. cl. Hebr. 2, 2. *πᾶσα παράβασις καὶ παρακοή* Thuc. 3, 45.). Male *Schott.* l. c. p. 340., *Reich.* al. scripsisse Deum nonnullis qui ante Mosen vixissent hominibus leges, velut Noacho Gen. 9, 6., obtenderunt. Id ipsum enim P. voce *καί* declaravit: at imperavit Mors ab Adamo usque ad Mosen *etiam* in eos etc. h. e. non solum in eos, qui disertas Dei leges, ut Adamus, migrassent, sed etiam in eos, qui ita tum temporis peccassent, ut contra promulgatas leges non committerent. Quodsi P. ab Adamo usque ad Mosen *neminem* disertas quasdam Dei leges violasse dicere voluisset, omisisset *καί*. Quâ mente hic *Reich.* aliique citaverint Dan. 10, 16. *tetigit mea labia* כִּדְמוּת בְּנֵי אָדָם *aliquis hominum speciem referens, non homo, sed quasi homo, humanâ formâ indutus* parum intelligo. Insulse nonnulli interpretes v. *ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ* a vocc. *ἐβασίλευσεν ὁ Θάνατος* suspenderunt, tum quod verborum ordo huic junctura obstat (frustra enim ad hyperbaton provoces, nisi id aut idoneâ ratione aut aptis exemplis communias), tum quia quid sit *βασιλεύει ὁ Θάνατος ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παρ. Ἀ. ἐπί τινα* nemo facile dixerit. Quae v. non valere: dominata est mors, *sicut Adamo imperavit qui Dei legem violavit*, etiam in eos qui etc. in promtu est. *Chrys.* verba accurate exponere supersedit. Sed *Castalio*, *Homberg.*, *Elsner.*, *Beng.* al. enarrant: imperium mors exercuit *propter imaginem ab Adamo commissi* — etiam in eos qui non actu peccassent, h. e. *quia imaginem peccati adamitici referrent*, quippe peccatis contaminato proavo similes et nocentes a nocente geniti (vel: quippe nocentes propter Adami peccatum judicati: ita *Homberg.*, *Elsn.*, *Beng.*). Mors etiam in eos dominata est, qui etc.. Hoc esset: *ἐβασίλευσεν ὁ Θ. διὰ τὸν Ἀδάμ* (s. *διὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδάμ*): illud: *ἐβασ. ὁ Θ. — ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι* (*διὰ τὸ ὁμ.*) *Ἀδάμ*. Quin haec quoque v. sobrius lector ita tantum in istum intellectum ferret, si P. vel mori Adami posteros non ob sua peccata sed propter Adami facinus, vel sceleratos homines a scelerato Adamo *procreatos* esse quaeque naturae necessitate fecisse videantur eorum tamen culpam et ipsos sustinere

---

Mosen datis qui peccassent, eos Paulum hoc modo negare peccavisse, quo Adamus legem rupisset, quâ violatâ recte poenas dedisset. Non potuisset illud P. verbis magis obscuris enuntiare, quam quibus usus est. Quippe ne tum quidem sententia dilucide expressa esset, si *τοῦ νόμου s. τῆς νομοθεσίας* pro *τῆς παραβάσεως* Ap. dixisset. — Sed nolo jam plura.

Digitized by Google

perspicue supra dixisset. — Jam v. ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ Θ. — — Ἀδάμ hanc sententiam continere: ἀλλ' ἐλογιάθη ἡ ἁμαρτία ἀπὸ Ἀ. μ. Μ. καὶ τοῖς μὴ ἁμαρτήσασιν ἐπὶ τῷ ὁμ. τ. π. Ἀ. et ἐβασίλευσεν cum pondere in vs. limine collocatum arguit et P. disputatio ostendit. *Mortem* enim nonnisi peccatorum, quae perpetraveris, poenam esse Ap. v. 12. monuit, unde et quibus facinora imputentur iis moriendum esse, et qui morte affecti fuerint iis commissa peccata imputata esse recte concluditur. Quamobrem Ap. sic disputat: omnes inquam homines quia peccassent mortui sunt (v. 12.). Nam usque ad legis mos. promulgationem peccabatur v. 13. (nullum igitur tempus fuit, quo homines nefas non facerent). Peccatum autem (ut sententiam meam, quâ Adamo propter facinus mortuo omnes homines *ob sua delicta* morti addictos esse dixi) non imputari solet ab judice lege non fixâ (v. 13.). At *imperium exercuit* Mors ab Adamo usque ad Mosen etiam in eos qui non ita peccassent, ut disertam, sicut Adamus, Dei legem violarent i. q. at *imputavit* Deus hominibus peccata ante promulgatam legem mos. patrata ne iis quidem exceptis, quae non essent, ut Adami facinus, contra datam legem commissa, illam hominum regulam et consuetudinem minime sequutus. Jam, ut Adamo propter peccatum mortuo omnes homines *ob sua facinora* ad mortem divinitus datos esse lectores fateantur (v. 12.), unum a P. superioribus addendum est, hoc: *idoneâ* Deum *ratione* commotum ad illam ab hominibus observari solitam regulam, peccatis lege nondum propositâ morte punitis, sua consilia non accommodasse. Haec sententia ultimis vs. 14. v. ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος subjecta est. Quae sic capienda sunt: ὅς [scil. Ἀδάμ] ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος np. Ἀδάμ h. e. τοῦ Χριστοῦ. Nam 1 Cor. 15, 45. Christus diserte ὁ ἔσχατος Ἀδάμ vocatur et Adamo opponitur, qui ὁ πρῶτος Ἀδάμ nuncupatur. Voc. enim ἄνθρωπος ibi delendum est, ut quod glossatorem v. 47. petierint. Videtur autem hanc Messiae appellationem (ultimus, futurus Adamus) non P. excogitasse, sed in Judaeorum scholis multum tum temporis frequentatam in rem suam convertisse. Neutro enim l. Ap. hoc Messiae nomen vel excusat vel argumentis defendit, sed ut nemini ignotum in Jesum Messiam transfert. Adjice, quod posterioris aetatis Judaeos Messiam cum Adamo contendisse ex eo probabile est, quod has Messiae partes dederunt, ut detrimentum ab Adamo importatum reconciliaret Act. 3, 21. Rom. 8, 20. sq.. Et ipsum *Adami primi* (אדם הראשון v. not. ** p. 293 sq.) nomen de Adamo apud *Rabbinos* saepe obvium (male enim *Wetst.* huc rettulit Joseph.

Digitized by Google

A. J. 1, 3, 3. — ἀπὸ Ἀδάμου τοῦ πρώτου γεγονότος ab Adamo, *primo homine*. [cf. 1, 2, 3.] et 8, 3, 1. ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου γενηθέντος Ἀδάμου — ab Adamo, *qui primus homo extitit*) indicio esse videtur, ab illo *primo* Adamo *postremum* quendam Adamum vulgo distinctum esse. Quin Neve Schalom (de quo libro v. *Bartolocci* Bibliotheca magna rabb. T. I, p. 31.) tract. 9. c. 9. (cf. c. 5.) Messias *novissimus* Adamus (הָאָדָם הָאַחֲרוֹן הוּא מְשִׁיחַ *Adamus postremus est Messias*) et primo Adamo plane dispar (הָאָדָם הָרִאשׁוֹן), quia vitam sit, non mortem allaturus, diserte dicitur. Quod autem R. Abraham Seba Com. in leg. f. 81, 4. et 82, 2. (v. *Meuschenii* N. T. ex Talm. illustr. p. 1048. sq.) Adamo primo ex adverso ponit אָדָם אַחֵר *alius generis Adamum*, quem Aaronem esse ex Exod. 28, 1. apparere ait, hominum expiatorem, id quoque quam usitata Judaeis fuerit Adami primi et postremi distinctio argumento est. Nititur enim judaici magistri disputatio verborum אַחֲרוֹן et אַחֵר, similitudine. Minime autem Christus h. l. ὁ μέλλων Ἀδάμ ejus temporis, quo aut Adamus viveret aut Christus nondum natus esset, quo pacto Participium ὁ μέλλων vim Imperfecti haberet (qui Adamus, ejus Adami, qui futurus, *erat*, imago est: v. *Beza*, *Heum.*, *Reich.*) ratione habitâ vocatur. Rectius aliis sic appellari videtur propterea, quod quo tempore haec P. scripsit Christus Messiae majestate assumtâ Matth. 25, 31. sq. nondum de coelo reverterat (v. v. 17, 19.). Sed solemnem Judaeis Messiae appellationem הָאָדָם הָאַחֲרוֹן, ὁ μέλλων Ἀδάμ, *Adamus novissimus* Apostolum de Messia in medium jam progresso retinuisse, multo est verisimilius. Quae quum ita sint neque τοῦ μέλλοντος Neutrum existimandum est (1 Tim. 6, 19.), ut Adamus *futuri temporis* imago dicatur (*Homberg.*), et contorta *Chr. Fr. Schmidii* interpretatio eo magis repudianda est. Is Pronomen relativum ὅ ad praecedentem sententiam pertinens (ὅ scil. ὅτι ἐβασίλευσεν ὁ Θάνατος κ.τ.λ.) per attractionem ad Substantivum τύπος quod sequitur (ὅς ἐστι τύπος) accommodatum esse putat (Marc. 15, 16. Gal. 3, 16.) h. s.: in quâ mortis in omnes homines per Adami peccatum propagatione imago est rei futurae i. e. vitae omnibus per Christum recuperatae. At haec attractio, ne sententiam ad Ap. disputationem parum respondere moneam, vel propter v. proxime praecedens Ἀδάμ intolerabilis est, nisi forte P. ambiguitatem captasse finxeris. *Calov.*, *Wolf.*, *Jaspis.* al. τύπον *similitudinem* eqerant contra usum loquendi. Potest rebus, quas τύπους recte voces, aliarum rerum similitudo inesse, ut simulacris Act. 7, 43. et clavorum vestigiis Joh. 20, 25., sed voc. τύπου *ipsam simili-*

tudinem non significat. Accedit, quod haec sententia: qui Adamus novissimi Adami *similis* est: quippe a P. disputatione remota lectoris exspectationi non satisfacit (v. supra). Imo τύπος h. l. *rei imaginem, notam, insigne* declarat sensu theologico h. e. rem aut personam, quae div. instituto similem aliam sive personam sive rem per ambages monstret. Sic serpens aeneus hoc consilio a Mose perticae affixus et in altum erectus, ut Judaeorum quos venenati serpentes momordissent vulneribus mederetur (Num. 21, 9.) aliquam Christi in crucem aliquando tollendi, ut hominibus salus pararetur, significationem divinitus continebat Joh. 3, 14. 15.. Aliud hujus rei exemplum 1 Cor. 10, 4. legitur. Jam res aut persona typo monstrata, quum effigies sit typo respondens et congruens, ἀντίτυπος appellatur (v. ἀντίθεος, ἀντίγραφος et Lexica). Hoc pacto quod hominibus Christianis saluti est lavacrum ejus lavacri ἀντίτυπον est, quod Noachus olim subiit, quum per diluvii undas servaretur (1 Petr. 3, 21. ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα i. e. quae aqua lavacri illi lavacro quo Noachus mersus est respondentis vim habens nobis quoque nunc salutaris est. v. Hebr. 9, 24.). Quare v. *Adamus postremi Adami typus est* hoc sibi volunt: Adamus div. instituto per ambages ostendit (τύπος ἐστί) ipsi similem et respondentem (ἀντίτυπον) futurum Adamum. Adamus per ambages monstrans (τύπος) et monstratus (ἀντίτυπος) eo inter se conveniunt, quod uterque *in omnes homines aliquam vim exercuit*, pestiferam ille, hic salutarem. Male multi interpretes (*Pelag.**), *Phot.* ap. Oec., *Grot.*, *Calov.*, *Carpzov.* al.) Adamum ἐκ τοῦ ἐναντίου Christi τύπον nominari perhibent. Neque enim ὁ τύπος rem, quae aliam rem ipsi *contrariam* divinitus repraesentet notat, quam vim ne ὁ ἀντίτυπος quidem habet, nisi apud Patres eccles. (v. *Suiceri* Thes. eccles. I, p. 387.) et recentiores Theologos. Praeterea P. h. l. et affert et afferre debet *similitudinem*, quae inter utrumque Adamum intercedat; eorum *dissimilitudinem* deinceps v. 15. sq. persequitur. Nempe ne omnes homines ab Adamo usque ad Mosen propter sua peccata a Deo morte affectos esse miremur, sapienter id Deum idcirco fecisse Ap. monet, quod Adamum per umbram Christum monstrare

*) Sed non constitit sibi *Pelag.*. Qui ut suum *imitationis peccatum* in hunc l. inveheret Adamum Christi typum eo dictum esse adjecit, quod ille Dei legem migrare volentibus exemplo fuisset, hic Dei voluntatem complexus exemplum esset imitari eum cupientibus. Hanc expositionem non admittit contexta oratio (v. supra).

Digitized by Google

strare voluisset, *omnium hominum fortunam gubernaturum* (v. 21.). Atqui non ostendisset Adamus Christum per ambages, *nisi* quum generi humano mortis auctor exstitisset *omnium hominum fortunam et ipse rexisset.* Hinc totus l. sic comparatus est: Quemadmodum per unum hominem (Adamum) Peccatum in mundum pedem intulit et per Peccatum Mors, atque *sic* (i. e. Adamo propter commissum peccatum morte affecto) ad omnes homines Mors pertendit, quia omnes peccaverunt (*Omnes*, inquam, peccaverunt. *Nam* usque ad legis mos. promulgationem [quo tempore non peccatum esse aliquis suspicetur] peccabatur. Ne autem quod Adamo propter patratum facinus mortuo omnes homines commissa peccata morte luisse affirmari miretis, hoc tene: peccatum non imputari solet ab judice lege non lxâ; *at dominata est Mors* [imputatorum peccatorum documentum et poena] *ab Adamo usque ad Mosen etiam in eos, qui non ita tum peccassent, ut contra promulgatam legem committerent, sicut fecerat Adamus, div. instituto novissimi Adami monstrator eoque omnibus hominibus quum peccassent mortis auctor*: i. q. at imputata sunt omnibus hominibus qui ante Mosen facinora edidissent peccata, quoniam ut Adamus postremum Adamum *omnium* hominum fortunam formaturum divinitus praesignificaret eum *omnibus* hominibus exitio esse oportebat.). Deest apodosis; cf. notat. ad v. 12.. Quum vs. 13. et 14. interpretatio a versu 12., de quo summam esse explicatorum dissensionem vidimus, enarratione suspensa sit, interpretes de vs. 13. et 14. argumento aliis alia peccantibus incredibiliter inter se dissidere non mirum est. Sed quum erratorum refutatio ex ante dictis repeti possit pauca stringam. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Grot.*, *Limb.*, *Beng.*, *Boehm.*, *Ammon.* et multi alii quum de singulorum v. ratione nectendisque sententiis vix bini inter se conveniant, omnes tamen hoc P. v. 13. 14. docere opinantur: quod omnes homines, qui ab Adamo usque ad Mosen aetatem egissent, morte functi essent, peccata autem lege non promulgatâ non imputari solerent, hinc apparere, illos *non propter sua peccata* mortuos esse, *sed ob Adami facinus*, quippe mortales a mortali viro pregnatos. Nititur haec opinio falsâ v. v. 12. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον explicatione (v. supra). Quae quum significent: quia omnes *peccata commiserunt*, illos sententiam superius v. 12. propositae prorsus contrariam Paulo obtrudere emergit. Neque illam argumentationem quocunque te verteris e v. facile elicias, nisi v. 13. membrum posterius ἁμαρτία δὲ κ. τ. λ. cum priore ἄχρι γὰρ — ἐν κόσμῳ arcto quodam, cujus particulae μέν — δέ indices esse solent, vinculo male

copularis (v. supra). Horum interpretum expositionem nonnihil correxit *Reichius*, Paulum aut ut sententiam verbis v. 12. *καὶ οὕτως — ἐφ' ᾧ π. ἥ.* conceptam rite stabiliret, aut quod vereretur, quod me judice metuere non potuit nisi lectorum judicio nimis etiam diffisus, ne quis legem mos. mortem et minari et afferre iis poenam qui contra illam commiserint objiceret, v. 13. et 14. haec adjecisse arbitratus: Adamo propter facinus morte primum affecto omnes deinceps homines qui peccassent mortem occubuisse, *quod poena Adami peccato irrogata divinitus retineretur et ab omnibus hominibus qui facinora edidissent postea expeteretur*. Itaque Apostolum, postquam ante legem mos. peccata patrata esse, ne lectores facinoribus mortis causam contineri obliviscerentur, observasset et non imputari solere peccata lege non latâ addidisset, verbis v. 14. *ἀλλ' — τῆς παρ. Ἀδάμ* assumtionem subjecisse putavit (*atqui* omnes promiscue homines ab Adamo usque ad Mosen mortui sunt, quo tempore ex nullâ lege peccata iis imputari possent, nisi ex illâ, cujus vi Adamus perpetrato facinore interiisset), ex quâ conclusionem in vocc. *ὅς ἐστι τ. τ. μ. latitantem* faceret hanc: itaque omnes homines vi ejus legis mortui sunt, ex cujus sententiâ, postquam Adami facinore factum est, ut ex eâ aliquando ageretur, de omnibus hominibus improbis posthac supplicium sumeretur. Quominus spinosam V. D. interpretationem probem multis argumentis impedior, quorum tria ponam. Falso enim v. 13 invicem opponi *ἦν (μὲν) ἁμαρτία ἐν κόσμῳ* et *οὐκ ἐλλογεῖται δὲ ἁμαρτία μ. ὄ. ν.* putavit (v. supra). Deinde *ἀλλά* v. 14. non significat *atqui*. Denique conclusio, quam in ultimis v. 14. v. latere voluit, ita ibi obruta jacet, ut eam vix unus hujus epistolae lector de mille eruturus sit. Neque S. V. *Schotto*, quem virum summi facio, assentior. Is (Opusc. I, p. 357.) Paulum v. 13. et 14. hanc sententiam efferre autumat: Adami posteros, qui ante legis mos. promulgationem aetatem degissent, propterea morte affectos esse, quod per Adamum perpetua necessitudo exstitisset, quae peccata inter et moriendi necessitatem intercederet. Sic igitur V. D. explicat: „*omnes* peccasse dico (v. 12.); profecto enim usque ad legem mos. peccata inter homines commissa sunt. Et quamquam peccata *imputari* nequeunt, quamdiu lex nulla adest (v. 13.); *illa tamen (?) moriendi necessitas etiam (?)* ab Adamo ad Mosen usque imperium suum exercuit [etiam] in ejusmodi homines, qui nequaquam eo modo peccaverant, quo Adamus legem violaverat." Differre *ἐλλογεῖται ἡ ἁμαρτία* (v. 13.) et *βασιλεύει ὁ Θάνατος*

Digitized by Google

ἐπὶ τὸν ἁμαρτήσαντα atque adeo illo hoc minus esse arbitratu suo *Schottus* sumsit (cf. supra).

V. 15.—17. Postquam P. quanam re Adamus et Christus div. instituto inter se congruerent v. 12.—14. disputavit, multum differre rem per Christum effectam a calamitate per Adamum acceptâ admodum subtiliter docet v. 15.—17.. Nam primum quidem multo certiorem esse salutem per Christum nobis allatam noxâ per Adamum importatâ, et ipsâ nulli dubitationi obnoxiâ, quoniam Deus pro suâ benignitate homines beare quam affligere multo malit ostendit v. 15.. Deinde pestilentem exstitisse unum quum peccasset Adamum, contra Christum per multa ab hominibus perpetrata peccata vitae sempiternae auctorem evasisse affirmat v. 16.. Quod recte de Christo dici versu 17. demonstrat. — Qui singula hujus l. v. diligenter examinaverit P. acumen admiretur eorumque interpretum vel levitatem vel tarditatem, qui Ap. parum distincte disputasse perhibuerunt, incuset necesse est. Sin *Morus* p. 62. „De hâc, inquit, [inter Adamum et Christum] dissimilitudine agitur jam per quinque vss. ita, ut *quinquies idem illud repetatur* variatis quidem verbis, at re manente semper eadem." Nuper autem *Rueck.* p. 225. Paulum, quod sententias exponendas magis sensisset quam animo informatas perspexisset, unum idemque concisis et obscuris enuntiationibus, donec suam mentem satis explicatam esse putasset, usque repetivisse dictitavit! Similia *Reichium* I, 389. contendisse miror. — Parum accurate de vs. 15.—17. disseruit *Flattus* Opusc. acad. (ed. *Sueskind.* Tub. 1826.) p. 379. sq.. — Τὸ παράπτωμα esse *maleficium ab Adamo in paradiso commissum* Genes. 3, 17., contra τὸ χάρισμα *favoris* (div.) *documentum*, beneficium dici, quod in divinitus adjudicatâ integritate (i. q. v. 15. ἡ δωρεά, v. 16. τὸ δώρημα, v. 17. ἡ δωρεὰ τῆς δικαιοσύνης) cernatur, e totâ P. disputatione v. 15.—19. elucet. Male igitur schol. Cd. A. ap. *Matth.* ἀλλ᾽ οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα] ἡμῶν ἐστι. Pejus etiam *Beza* τὴν ἁμαρτίαν a v. τὸ παράπτωμα ut effectum a causâ distinguens τὸ παράπτωμα „ipsam Adami ruinam exponit, unde manet ἡ ἁμαρτία i. e. tum reatus ille tum corruptio in omnium hominum naturâ haerens."*) Sed ut τὸ παρά-

*) Voces ἁμαρτάνειν, ἡ ἁμαρτία, τὸ ἁμάρτημα et παραπίπτειν, ἡ παράπτωσις, τὸ παράπτωμα *tropo* inter se distant, *non potestate.* Illae aberratione a scopo ad mentem animumque traducta tum *errare, errorem*, tum *peccare, peccatum* significant (v. not. p. 289 sq.); hae aliâ similitudine ad consilium voluntatemque revocatâ prorsus eandem vim habent. Παραπίπτειν proprie *propter rem labi* de-

Digitized by Google

πτωμα et τὸ χάρισμα, quae voce. male invicem opponi primo obtutu credas, recte e regione collocari intelligas, considerandum est, τὸ παράπτωμα divinae *severitatis* humanaeque *pestis* i. e. *poenae ac mortis* (cf. v. sqq. et v. 17.), τὸ χάρισμα divinae *benevolentiae* et *salutis* humanae h. e. *vitae aeternae* (v. v. 17. 18. 21.) *causam* h. l. memorari. Quocirca Ap. verbis haec sententia subest: *ut* (i. e. ut ab utriusque Adami similitudine mentem avertam v. 12. — 14. v. *Schnef.* ad Demosth. III, p. 464.) non quemadmodum Adami maleficium est, *div. indignationis mortisque rationem continens*, ita etiam (divinum integritatis) donum est *Dei benevolentiam vitamque aeternam afferens. Homb., Schoettgen., Lyra., Heum.* al. (v. *Heum.*) v. ἀλλ' οὐχ — τὸ χά-

---

signat. Quo facto quum rem petitam non obtineas metaphorice *a re aberrare* notat. Hinc παραπίπτειν τῆς ἀληθείας (Polyb. 12, 7, 2.), τοῦ καθήκοντος (Polyb. 8, 13, 8.) est (mente) *a vero*, (animo) *ab officio aberrare*. Idem παραπίπτειν nude positum saepe valet, apud seriores quidem scriptores (*errare* Polyb. 18, 19, 6., *peccare* Demosth. Or. I. contra Stephanum. p. 1127. 2. *Reisk.* Xen. Hell. 1, 6, 4. Sap. 6, 9. Hebr. 6, 6.). Unde ἡ παράπτωσις τοῦ καθήκοντος (Polyb. 15, 23, 3.) *aberrationem ab honesto, officii neglectionem* et τὸ παράπτωμα *factum, quo aut a vero decessitur* (*errorem* Polyb. 9, 10, 6.), aut *rectum honestumque deseritur* (*maleficium, peccatum*) ita declarant, ut iis *erroris* aut *peccati*, non *levis* erroris aut peccati notio subsit. Sed *Tittmannus* De Synon. in N. T. I, 47. sq. vana Hieronymi, qui τὸ παράπτωμα primum ad peccandum lapsum, τὴν ἁμαρτίαν quum ad ipsum facinus perventum sit valere perhibuerit, distinctione repudiata voci τοῦ παραπτώματος proprie inesse notionem peccati *temere commissi* i. e. a nolente facere injuriam, sed in v. τῆς ἁμαρτίας et τοῦ ἁμαρτήματος cogitari facinus, quod qui fecerit facere voluerit affirmavit persuasitque *Wahl* Cl. m. II, 260., min. 251. et *Ruckerto* ad h. l. At hujus distinctionis fundamentum latere in v. παραπίπτειν notionem *fortuiti* (*Wahl.* Cl. m.) eo disturbatur, quod Graeci, ut verbo παραπίπτω errandi peccandique potestatem subderent, non tuto lapsum *fortuitum* esse cogitassent, sed quod *propter rem lapsum* rem non obtinere reputassent ducti sunt. Persimilis ratio metaphorae est, quae ut v. ἁμαρτάνειν et παραπίπτειν *peccare* et *errare* denotarent effecit. Porro τὸ παράπτωμα *peccatum* esse *in universum* vel multa N. T. l. docent. Eph. 2, 1. τὰ παραπτώματα et αἱ ἁμαρτίαι copulantur, ut *notior sit res pluribus notata vocabulis idem declarantibus* (Cic. de Fin. 3, 4, 14.). Unde Rom. 4, 25. hominum παραπτώματα dicuntur, 1 Cor. 15, 3., ubi eadem sententia enuntiatur, ἁμαρτίαι vocantur. Matth. 6, 14. 15. τὰ παραπτώματα peccata sunt in genere (i. q. v. 12. τὰ ὀφειλήματα). Idem valet de Jac. 5, 16. cl. v. 15. Rom. 5, 20. (τὸ παράπτωμα et paullo post ἡ ἁμαρτία) in quo l. *Tittm.* inepte argutatur, *verba* P. variat, *non notiones*. Neque *Tittmanni* opinionem l. adjuvant, in quibus *levia* peccata παραπτώματα appellantur. Quum enim τὸ παράπτωμα peccatum generatim declaret, recte de *quovis* peccato, et levi et gravi, ponitur.

Digitized by Google

ρισμα; itemque voce. v. 16. *καὶ οὐχ — τὸ δώρημα*; percontationem complecti putarunt; perperam, non quod neptum sit *ἀλλά* (*Wolf.*, *Rueck.* al.), quod in concitatâ interrogatione h. l. *ferri* posset: *at* (ne quis nihil similitudinis inter utrumque Adamum intercedere mihi objiciat v. 14.) *nonne* ut Adami scelus ita etiam Dei beneficium comparatum est (quemadmodum modo v. 14. significabam)? [Hebr. 3, 16. v. Luc. Prometh. c. 5. *τί οὖν; οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυντεθὲν —;*] sed quia et v. *πολλῷ μᾶλλον* v. 15. et vss. 15. 16. structura et argumentum rerum ab utroque Adamo effectarum *dissimilitudinem* h. l. Apostolum persequi docent. *Εἰ* non est *quandoquidem* (*Rueck.*), sed *si*, particula conditionalis in syllogismo hypothetico locari solita. Is h. l. decurtatus est, et propositionis majoris parte posteriore et assumtione omissâ, quod neminem fugisset, si P. *πολλῷ οὖν μᾶλλον*, quod A. Syr. habent, scripsisset. Frequentat hoc genus Ap. v. v. 10. 17.. Integer syllogismus ex artis regulâ compositus sic sonaret: *εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι [ἐν τῇ ὀργῇ καὶ ἀποτομίᾳ τοῦ θεοῦ: non diserte haec P. adjecit, quoniam supplicio affectis peccatoribus Deum indignationem acerbitatemque in puniendo manifestasse res et contextus loquuntur, sed latent haec in v. τὸ παράπτωμα, quod div. severitatis humanaeque pestis causam Ap. posuit; v. supra] οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ — εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν· Ἀλλὰ μὴν* (atqui) *τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι [ἐν τῇ ὀργῇ καὶ ἀποτομίᾳ τοῦ θεοῦ] οἱ πολλοὶ ἀπέθανον. Πολλῷ οὖν μᾶλλον* (v. 9.) *ἡ χάρις τοῦ θεοῦ — — εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν.* Superstructa autem est P. argumentatio: si unius Adami facinore (poenam divinitus afferente) ingens hominum numerus perierunt, *multo magis* gratiam Dei et beneficium per unius hominis Jesu Christi benevolentiam ingenti hominum numero abundanter obtigisse existimare decet: *duabus*, quae pro concessis sumuntur, sententiis, Dei beneficia citius rata fieri quam poenas, quia benignissimum numen homines fortunare quam punire multo malit (v. *Chrys.* et *Grot.*), et fieri non posse, quin beneficio div. certissime potiamur, cujus coelitus ad nos perferendi administrationem homo susceperit *nobis benevolus* (animum adverte ad v. *ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑ. ἀ. Ἰ. Χρ.*). *Οἱ πολλοί* non dicuntur qui multi ante Mosis tempora legis mos. ignari mortui sunt v. 14. (*Limb.*, *Ammon.*, *Boehm.* al.), sed omnes promiscue homines (v. alterum vs. membrum cl. v. 12. et 18.). *Οἱ πολλοί* quam *πάντες* P. scribere maluit, quia ex *unius* Adami et Christi hominumque *multitudinis* oppositione ar-

Digitized by Google

gumentationi vim quaesivit (v. v. 19. 12, 5. 1 Cor. 10, 17.). Quemadmodum h. l. οἱ πολλοί *uni* opponuntur (cf. Luc. Tim. c. 56. οἱ πολλοὶ οὗτοι, quibus Thrasycles se opponit.) sic a Demosth. Or. de rebus Chersonesi p. 90, 7. *Reisk.* ab ἐνίοις discriminantur οἱ πολλοί, populus Atheniensium. *Pelagius* quum τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι *multos*, non omnes homines interiisse perspicue Paulum hic dicere contenderet, neque ad Articulum satis attenderat, neque ad Ap. disputationem v. 12. 18.. Sed *per unius peccatum* οἱ πολλοὶ morte absumti sunt, quoniam illud fecit, ut mortis poenâ primo peccatori irrogatâ omnes deinceps peccatores Deus afficeret, neque οἱ πολλοὶ non peccarant. Hanc sententiam v. τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι, per se sane ambigua, continere e v. 12. intelligitur. Idem v. 17. 18. 19. probe tenendum est. — Falso *Reichius* μᾶλλον cum ἐπερίσσευσε connectit, ut illud vim verbi exaggeret. Neque enim μᾶλλον a πολλῷ sejungi posse verborum ordo docet (v. 10. 17.). Ille pacto Ap. dixisset: πολλῷ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ — εἰς τοὺς πολλοὺς μᾶλλον ἐπερίσσευσε (v. Phil. 1, 23. et not. ad Marc. p. 306.). Accedit, quod in loquutione περισσεύει τι εἴς τινα *Comparativi* notio (*supra modum* aliquid alicui evenit) delitescit ac summus potius rei ambitus mente concipitur: *abundanter* i. e. *largissime* aliquid alicui obtingit. — Quum P. πολλῷ μᾶλλον τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ ἐν χάριτι τῇ κ. τ. λ. dicere potuisset, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ κ. τ. ἑ. (*benevolentia Dei et munus*, die Huld Gottes und Gabe) scribere maluit, simul ut τοῦ χαρίσματος, quod esset *div. benevolentiae specimen*, vim magis ob oculos poneret, simul ut τὸ παράπτωμα pro *div. indignationis fonte* memoratum esse lectores facilius perspicerent (v. supra). Est igitur ἡ χάρις τοῦ θεοῦ *Dei benevolentia*, unde fluxit ἡ δωρεά [τοῦ θεοῦ], Dei *donum* (Luc. Tim. c. 12.) in attributâ integritate positum v. 17., *div. benevolentiae argumentum*. Joseph. A. J. 5, 1, 16. μαθόντες γὰρ ἐκ θεοῦ χάριτος καὶ δωρεᾶς τὴν Χαναναίων αὐτοῖς γῆν κτήσασθαι δεδόσθαι, τούτοις τε λίαν ἔλεγον ἡδεσθαι καὶ πολίτας ἀξιοῦν αὐτῶν γενέσθαι. Polyb. 1, 31, 6. v. *Weist.*. Aberrarunt ab hujus l. sententiâ et qui τὴν χάριν *favoris documentum* (1, 5.) interpretati sunt (*beneficium Dei et donum*) et qui v. ἡ χάρις τ. θ. καὶ ἡ δωρεά per ἓν διὰ δυοῖν posita putarunt vel pro ἡ χάριτι δωρηθεῖσα δωρεὰ τ. θ. (*sic*: *gratiosum donum*, *Mor.*, *Kopp.*, *Schott.* al.; omnia, opinor, dona *gratiosa* sunt), vel pro ἡ δωρεὰ τῆς χάριτος (*Tholucc.*), sive, ut rectius dicam, voculae καί explicandi vim subjecerunt: Dei benevolentia *hoc est* Dei donum (v. Exc. IV. ad Matth.). Sed non bene ad prius

Digitized by Google

membrum εἰ γὰρ — ἀπέθανον respondet posterius πολλῷ μᾶλλον κ.τ.λ. fidejussore *Rueckerto*, qui Paulum suo more corrigens haec ab accurato scriptore ponenda fuisse opinatur: — πολλῷ μᾶλλον οἱ πολλοὶ τῷ τοῦ ἑνὸς δικαιώματι τὴν ζωὴν λαμβάνουσι. Recte vero Paulus πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ — ἐπερίσσευσε exaravit, quia τὸ χάρισμα (non τὸ δικαίωμα) a τῷ παραπτώματι differre sibi proposuerat ostendere eique τῆς δωρεᾶς effectum (τὴν αἰώνιον ζωήν v. 17. 21.), ut lectoribus satis notum non diserte nuncupare licuit; peccavit *Rueck.* summi Apostoli verbis non rite expensis. Perperam haud pauci interpretes v. ἐν χάριτι κ.τ.λ. cum vocc. ἡ δωρεά copularunt, alii alio sensu, v. c.: — *donum, quod in* (Dei) *gratiâ per Jesum* (nobis) *exhibitâ cernitur* (ita *Boehm.* cl. 2 Tim. 2, 1.), *donum per Christi benevolentiam in nos collatum* (*Rueck.*). Nam sic opus erat Articulo καὶ ἡ δωρεὰ ἡ ἐν χάριτι κ.τ.λ.. Imperite *Rueck.* v. ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι, quia ἡ χάρις quoque aliquod additamentum, τοῦ θεοῦ, haberet, consocianda esse affirmavit. Est enim τοῦ θεοῦ ad ἡ δωρεά mente addendum. Imo quam grammaticae leges juncturam postulant, ut v. ἐν χάριτι κ.τ.λ. a verbo ἐπερίσσευσε suspendantur, ipsa res commendat. Pertulit enim τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ad homines *Christus* Eph. 1, 6. Joh. 1, 17.. Sed χάριτος voc. h. l. *benevolentiam* significat (*Grot.*, *Morus*, *Schott.*, *Jasp.* al.). Quamquam enim Christus a Deo ad homines *legatus* est Phil. 2, 8., ita tamen Dei mandata confecit, non ut impositae necessitati ingemisceret, sed ut lubentissime caelestes sedes rellinqueret animoque benevolo generi humano succurreret, cui bene cuperet v. 2 Cor. 8, 9. [Gal. 1, 6.] Act. 15, 11.. Nihil hûc pertinet 2 Cor. 13, 13. (*Rueck.*), ubi Christo *in coelum recepto* χάρις tribuitur. Contra h. l. ἡ χάρις τοῦ *Χριστοῦ* celebratur, quâ Dei beneficium ad homines allaturus caelestem splendorem cum humanâ vilitate peramanter ad tempus commutavit. Articulus τῇ, quo accuratius constituitur χάριτι (per benevolentiam, *quae unius est J. Chr.*), in paucissimis Cdc. (v. c. 37. 74.) omissus eodem argumento retinendus est, quo *Mill.* Prol. §. 1375. eum damnavit. Additus est enim, quo acutius v. ἐν χάριτι τῇ — vocabulis τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι responderent. Eandem ob rem P. scripsit τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰ. Χρ. pro τοῦ *Χριστοῦ* (cf. τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι) 1 Cor. 15, 21. — Male *Raphel.* Annot. ex Polyb. p. 428., *Wolf.* al. Genitivo τοῦ — *Χριστοῦ* eum dici, cui χάρις obtigisset, opinati sic explicuerunt: ex amore, quo Deus Christum amplexus est. Non enim quod Christus in gratiâ esset, sed quia *homi-*

nes amaret (v. 8.) Deus nos beavit, Christi quidem operâ, quem unice dilexit (Eph. 1, 6.). Non rectius *Calov.*, *Reich.* aliique interpretati sunt: per (Dei) amorem Christo misso et ad necem dato manifestatum. Haec enim sententia, ne verborum ambiguitas lectores ludificaretur, perspicue enuntianda erat h. m.: ἐν χάριτι τῇ ἐν τῷ (s. διὰ τοῦ —) ἑνὶ ἀνθρώπῳ Ἰ. Χρ. (1 Tim. 1, 14. 2 Tim. 2, 1.). Nihili est, quod *Reich.* Paulum, quoniam praeverbia cumulare noluisset, ἐν χάριτι τῇ τοῦ — pro ἐν χάριτι τῇ ἐν τῷ — exarasse jecit. Constat enim, Apostolum in hoc genere minime fuisse fastidiosum (v. Eph. 1, 3. sq.). Ad hoc in *Reichii* enarratione v. τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου languent. Equidem hoc pacto expeto: τοῦ ἑνὸς υἱοῦ αὐτοῦ. Totius vs. haec ratio est: at non quemadmodum *Adami facinus* (Dei indignationis et mortis hominum fons), ita etiam *Dei beneficium* (div. benevolentiae argumentum et humanae felicitatis causa) comparatum est. Nam si *unius Adami* facinore ingens hominum numerus interierunt, multo magis (quoniam optimum numen ad homines animandos quam exanimandos multo est propensius) *benignitatem Dei et beneficium* per *benevolentiam ab uno homine J. Chr. manifestatam* (neque enim metuendum est, ne div. beneficio defrauderis, quod caelitus ad te homo perferre jussus sit tibi benevolus cf. supra) ingenti hominum numero largissime obtigisse credi par est. — *Obtigit* nobis ἡ δωρεά, ejus per fidem comparandae copiâ nobis a Christo factâ, ut nostrum sit sementem facere; τῆς δωρεᾶς fructum (τὴν αἰώνιον ζωήν) *aliquando* demetemus (v. 17. — 19.). Recte igitur P. posuit ἐπερίσσευσε, Aoristum. — Procul a vero aberrarunt, qui *multo majorem* fuisse div. benignitatis quam indignationis severitatisque Adami scelere excitatae vim et largitatem hoc vs. dici opinati sunt (*Calov.*, *Limb.*, *Morus*, *Flatt* l. c., *Tholuc.*, *Reich.*, *Koelln.* et multi alii). Cui opinioni primum syllogismus hypotheticus Εἰ γὰρ κ. τ. λ. obstat. Nam qui sic argumentatur: *si A. est*, *multo magis B. locum habuit* nihil aliud, si sapit, praeterquam hoc vult efficere: si A. verum sit, *verius etiam et certius* B. existimandum esse. Πολλῷ μᾶλλον autem, non μᾶλλον ἐπερίσσευσε conjungenda esse supra monuimus. Deinde v. ἐπερίσσευσε illorum opinionem minime stabilit. Optime enim haec habet conclusio: si per unius Adami scelus ingens hominum vis mortem obierunt, multo magis Dei benignitatem et beneficium per unius hominis J. Chr. benevolentiam in ingentem hominum vim *redundasse* (*cum maximâ largitate collata esse*) censere debemus. Neque enim restricte Deus fecit suum beneficium, nobis impertiens et Christus

Digitized by Google

qui Dei beneficium administravit benevolentiam in nos habuit (v. supra). Tum τὸ χάρισμα non ad plures spectasse, quam mortem emergit. Utrumque enim ad totidem homines pertinuit, ad τοὺς πολλούς. Male *Boern.* lat. οἱ πολλοί *multi* vertit, τοὺς πολλούς *plures*, eodem nimirum errore, quem nunc refellimus. Porro Paulum majorem esse τοῦ χαρίσματος quam τοῦ παραπτώματος largitatem et efficaciam h. l. dicere minime ex eo consequitur, quod τὸ παράπτωμα mortem *physicam*, τὸ χάρισμα vitam *aeternam* attulerit (v. 17.). Namque Deus hoc comparavit, ut Adami facinus iis qui ipsi peccassent neci esset, sua benevolentia τοῖς δικαιωθεῖσιν aeternam vitam largiretur (v. 21.). Denique, ut ad potissima tantum respondeam, idem sane P. v. 17. affirmat, quod hoc vs. enuntiavit (v. *Reich.* I, 392.); sed illic et majore usus est verborum perspicuitate, et, quod rem causamque continet, alio ductus consilio (v. ibi).

V. 16. Nunc alteram notam P. ponit, quâ res ab Adamo sata a re dignoscatur, cujus Christus nobis auctor fuerit (v. not. pag. 323.). Quippe Dei donarium, div. benevolentiae humanaeque beatitatis pignus, hominem *impium* attulisse negat (καὶ οὐχ — τὸ δώρημα). Quo facto latius rem explicans Adami impietate effectum esse ait, ut sententia Adamo dicta homines (qui peccassent) morti addiceret; contra Dei donum (a Christo administratum) per multa commissa peccata absolutoriam sententiam (et quae perennis vitae causam contineret) peperisse affirmat (τὸ μὲν γὰρ κρίμα — εἰς δικαίωμα). Quare rerum discrimen in hoc situm est, quod τὸ παράπτωμα mortem afferens *per unum hominem impium* exstiterit, τὸ χάρισμα *per multa impie facta* sempiternae vitae fontem aperuerit. Quippe multa peccata non nisi commissa condonari poterant (v. 20.). — Vocc. καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. ad v. v. 15. ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. referuntur. Unde manca oratio sic explenda est: καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ παράπτωμα ἐγένετο, οὕτω καὶ τὸ δώρημά ἐστιν (v. *Valabl.* et *Carpz.*). Nempe postquam P. non ita habere τὸ χάρισμα, *quemadmodum* τὸ παράπτωμα comparatum fuerit (esse enim illud quam hoc longe certius) ostendit (v. 15.), τὸ δώρημα non sic habere ait, quemadmodum δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ παράπτωμα exstiterit h. e. τὸ δώρημα a τῷ παραπτώματι eo differre contendit, quod *illud* εἷς ἁμαρτήσας, qui hoc invexerit, *non* attulerit. — Quam verborum junctoram et Apostoli disputatio flagitat, in eo occupati, ut, quid inter τὸ παράπτωμα et τὸ χάρισμα interesit, demonstret, et

Digitized by Google

ἐρεῖ v. καὶ οὐχ — τὸ δώρημα postulant, si ea cum vocc. v. 15. ἀλλ' οὐχ — τὸ χάρισμα accurate contuleris. Quo magis illam tot interpretes fefellisse miror. Quorum *Grot.*, *Chr. Fr. Schmid.* al. ad v. καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος mente adjecerunt ὁ θάνατος e v. ἀπέθανον v. 15. (neque quemadmodum per unum qui peccavit *mors nata est*, ita se donum habet). Similiter *Erasm.*, *Baldwin.*, *Kopp.* al. post ἁμαρτήσαντος suppleverunt ὁ θάνατος εἰσῆλθε. Rectius v. οἱ πολλοὶ ἀπέθανον e vs. 15. cogitando repetiissent. At h. l. non ὁ θάνατος, τοῦ παραπτώματος effectus, cum τῷ δωρήματι, τῆς δικαιοσύνης et αἰωνίου ζωῆς causâ, conferri potest, sed τὸ παράπτωμα, div. indignationis hominumque mortis fons, cum τῷ δωρήματι, div. benevolentiae humanaeque felicitatis causâ contendi debet (v. supra). Eodem argumento eorum ratio refellitur, qui post ἁμαρτήσαντος e v. sqq., unde ne licebat quidem aliquid petere, τὸ κατάκριμα cogitando addiderunt (*Theophyl.*, *Reich.* al.). Tum *Beng.*, *Morus*, *Tholuc.*, *Koeln.* al. post ἁμαρτήσαντος e vocc. sqq. asciverunt τὸ κρίμα. Perperam. Quum enim v. καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος ad superius dicta (v. 15.) spectent, ut ex his, non e v. quae sequuntur, supplementum eruatur recte cogitandi loquendique regulae flagitant. Quod autem illi verum se tenere ex eo apparere dixerunt, quod in v. sqq. τὸ κρίμα τῷ χαρίσματι i. e. τῷ δωρήματι opponatur, non reputaverunt, Paulum veritatem sententiae: τὸ παράπτωμα δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος exstitisse, ex *totâ sententiâ* intelligi velle, *quod τὸ κρίμα unius Adami culpâ in κατάκριμα abiisset.* Pejus etiam *Beza* [cf. *Heum.* et *Beneck.*] temere antestatus locum Joh. 5, 36. post ὡς suppletum voluit Articulum τό: neque ut *illud quod introiit per unum qui peccavit* (h. e. res per unum qui peccavit effecta), ita est quod donatur (v. Demosth. Or. de contributione p. 171, 27. *Reisk.* τὰ ἐκ τούτων *horum fructus*, ubi cf. *Schaef.*). Dici autem τὸ δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος miserabilem hominum conditionem putavit, quos omni integritate spoliatos horribilis peccati ignominia cooperuerit. Nempe istum Articulum Ap. *exarare* debuisset. Interpretationis portentum, quod *Storr.* Opusc. acad. I. p. 145. edidit: neque res ita habet, tanquam si uno tantum *peccato* (ἁμαρτήματος rescribi volebat) non obstante (bei einer einzigen Sünde, v. not. ad 2, 27. p. 138.) donum obtingat (*Flatius:* — tanquam per unum qui peccaverit donum datum sit) vix dignum est memoratu. Denique *Boehmii* expositio: „neque vero *tanquam* (? frustra ad 1 Cor. 4, 18. provocavit) per unum peccatorem donum se habet: i. e. mors Adami et beneficium Messiae non habent ex unitate peccantis simili-

Digitized by Google

tudinem." ferri posset si deesset ὡς: καὶ οὐ δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ δώρημά ἐστιν. — δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος] D. E. F. G. 26. 80. Theodoret. in texta (non in commentario) δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος continent. Idem Syrus habere male vulgo creditur. Nam lectionem vulgatam recte, ut videtur, perceptam liberius sic exprimit: καὶ οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα τοῦ ἑνὸς, οὕτω τὸ δώρημα. Hoc ipsum sibi voluisse It. et Vulg.: *et non sicut per unum peccatum* (sed quinque Cdd. Vulg. *peccantem* praebent v. *Mill.*) *ita est donum* (h. e. καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς τὸ παράπτωμα, τὸ δώρημα) quominus suspicemur, eo impedimur, quod illos interpretes verbum verbo subjicere constat. Reddiderunt igitur illi δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος fecitque cum iis *Augustin.* semel epist. 157, c. 3. §. 20., si lectio vera, (alias, etiam l. 6. contra Julianum c. 4. §. 9. per unum *peccantem* vertit), *Ruf.*, *Pelag.*, *Ambrosiast.* in comment. et *Sedul.*. Jam scriptura δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος neque displicuit *Griesbachio*, et paucissimis V. D., ut *Storrio* l. c. et *Benechio*, probata est. Verum enim vero nihil est ἁμαρτήματος, nisi vulgaris lectionis ἁμαρτήσαντος correctio. Quum enim v. 15. τὸ παράπτωμα cum τῷ χαρίσματι collatum esse librarii vidissent, v. 16. δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος in mendo cubare putarunt neque ἁμαρτήματος emendare dubitarunt, praesertim quum v. sqq. hoc voc. requirere viderentur. Vulgo enim illa vocc. sic ceperunt, ut ad ἐξ ἑνός cogitando adjicerent παραπτώματος e voce. ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων ductum (v. infra). Fortasse etiam nonnulli a vs. 15. lectione recentes per oscitantiam, ut fit, ἁμαρτήματος pro ἁμαρτήσαντος, finitimi soni vocabulo, scripserunt. Sed praeterquam quod ἁμαρτήσαντος lectio est explicatu difficilior, ἁμαρτήματος manifesta alterius scripturae vel correctio est vel depravatio; ab Ap. ἁμαρτήσαντος profectum esse ex eo elucet, quod *unius hominis* J. Chr. *benignitas* in fine vs. 15. commemorata fecisse videtur, ut Paulo cogitatio nasceretur, alterum unum, Adamum, non bonum aut benignum, sed *commisso facinore impium* fuisse. Itaque P. hoc dicit: neque quemadmodum *per unum qui peccavit facinus* exstitit, (quod Deo indignationem movit, hominibus mortem attulit), ita donarium comparatum est (quod Dei benevolentiam manifestat, hominibus vitam spondet). Erat, quod Ap. hanc sententiam illustraret, quum invectum esse Dei donum *per unum hominem qui peccavisset*, sicut natum olim esset facinus, *simpliciter negaret*, sed donarii rationem, cujus contrariam esse conditionem verisimile erat, minime enodaret. Idque fecit proximis v. τὸ μὲν γὰρ κρίμα — εἰς δικαίωμα. Τὸ

κρίμα (*quod quis statuit aut decrevit, sententia*; cf. Rom. 11, 33; et מִשְׁפָּט Ps. 19, 10.) de sententiâ cape, quâ Deus non sine poenae denuntiatione Adamo interdixit, ne vetitae arboris pomo vesceretur Genes. 2, 17.. Quod a κρῖμα discernitur κατάκριμα funestam Dei sententiam intellige, quâ et Adamus facinore admisso denuntiato supplicio addictus est et quotquot post eum peccassent mortis damnati sunt. Ἑνός *Masculinum* est (*per unum Adamum*) et post κατάκριμα supple ἐγένετο. Loquutio γίνεταί τι εἴς τι (Matth. 21, 42. Luc. 13, 19. Joh. 16, 20.) in vulgus nota est. Hinc P. per *unum* hominem *qui peccavisset* peccatum, quod Deo indignationem movisset, hominibus mortem peperisset, natum esse ex eo intelligi ait, quod Dei sententia Genes. 2, 17. pronuntiata *per unum Adamum* (np. quum facinus patrasset) in sententiam vertisset ejusmodi, *quâ damnatio ad poenam fieret.* Nam si Adamus Dei mandato paruisset, Dei sententiâ (τὸ κρίμα) quippe dicta mansisset illa quidem, sed div. minae ad effectum adductae non essent. At migravit Adamus div. jus. Cessit igitur, ut cum P. loquar, (minax) Dei sententia per unum (Adamum) in tristem judicis, qui causâ cognitâ homines sontes condemnat, sententiam. Namque et Adamus scelus morte luit et omnes deinceps homines improbi, poenâ quâ primus homo probri compertus affectus est retentâ, ad necem dati sunt (v. notat. ad v. 12. et 15.). Innumerabiles interpretes cum Augustino l. 6. contra Julianum Pelagianum c. 4. §. 9. e voce. sqq. ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων ad v. ἐξ ἑνός supplent παραπτώματος. Quod fieri plane non potest, nisi paullo ante ἁμαρτήματος pro ἁμαρτήσαντος susceperis. Sed quum ἁμαρτήσαντος retinueris, ἐξ ἑνός *Masculinum* esse existimes necesse est. Quippe τὸ παράπτωμα δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος illatum esse tum demum concedendum est, quum τὸ κρίμα *per unum Adamum* εἰς κατάκριμα verterit. Adjunge, quod tantum antithetorum acumen, quantum h. l. P. consectatus est, ut ἐξ ἑνὸς παραπτώματος *scriberetur*, quod verbis ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων exacte responderet, postulabat. Ἐξ ἑνός h. l. idem valet, quod δι' ἑνός, quod praecessit. Nempe ἐκ ibi passim ponitur, ubi aut ὑπό, aut παρά, aut διά Graecis usurpare sollemne est. Sic ἀπολέσθαι (Hom. Il. 18, 107.), ἀποθνήσκειν (Apoc. 8, 11.) ἔκ τινος occurrit pro ὑπό τινος (1 Cor. 10, 10.); item τὸ ποιηθὲν ἐκ ψαμμιτίχου Herodot. 2, 151. (hoc genus Herodotum frequentare constat; v. *Heindorf.* ad Plat. Theaetet. §. 73.), τὸ διδόμενον ἔκ τινος Herodot. 8, 114. (Joh. 6, 65.), λυπεῖσθαι ἔκ τινος 2 Cor. 2, 2., et finitima. Hic quoque ὑπό magis est

distinguendi. Tutis Dissertatio I, 76. *τὸ παράπαν τὸν παραπλησίως περιλαμβάνειν* eo sensu legitur, quo paullo post *παρὰ τῶν προγόνων*. Quin etiam pro *διά*, ut h. l., *ἐκ* locutum, ut sit *per*. Herodot. 8, 89. *ἐκ δὲ γὰρ ἐξ ἐμεῦ οἱ ἐπιτετυμμένα ὑπὸ Μήδων per me i. e. me auctore* (v. Herm. ad Vig. p. 855.), Demosth. Or. de male gesta legat. 343, 6. *Reisk.* — *τὰ μὲν δὴ τούτων* [propter haec] *ἀμφιβάλλομαι, ἐξ ὧν (i. e. δι' ἃ) ἡ πόλις βλάπτεται· τὸ δὲ ὅτι φήσαντ' ἐν εἰρήνῃ δεινόν* —. Scilicet quae ab aliquo *διά* per aliquem fiunt quaeve ab aliquo accipiuntur, eorum ratio cur fiant aut recipiantur *in eo* sita esse cogitari potest, unde fiant aut proficiscantur. Quare in eo horum genere, quod paullo v. declinavi, *ἐκ indefinitum* est. Nihil enim ex hac voce discimus, nisi causam aut originem *in aliquo* esse, quatenus aliquis rei auctor sit, nisi vel res vel contexta orationis docuerit, ignoramus. Quod praeverbia *ὑπό, ἀπό, παρά, διά* aperiunt, tum a Graecis collocari solita, quum rem *definire* velunt. *Calvini, Er. Schmidii, Bezae, Wolfii* al. interpretatio: nam *reatus* ex una offensa [per unum] verbis in *condemnationem aeternam* vitiosa est. Neque enim *τὸ κρίμα culpam, reatum* denotat. Temere *Beza* in hanc rem citavit Jer. 26, 11. מִשְׁפַּט־מָוֶת LXX. *κρίσις θανάτου*. Praeterea Adamus mortem *physicam*, non sempiternae gehennae tormenta haminibus inflixit cf. v. 12. Quodsi *τὸ κρίμα* aut *damnatio*, aut *poena* aut *crimen* exponitur partim verborum graviter oppositorum (*τὸ μὲν κρίμα — ἐγένετο εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα — εἰς δικαίωμα ἔστιν*) specimen hebetatur partim aliena sententia Ap. disputationi obtruditur.

— Hactenus P. *τοῦ δωρήματος* conditionem a *τοῦ παραπτώματος* per *unius* hominem *qui peccavisset* invecti ratione disserpare monuit (*καὶ οὐχ — τὸ δώρημα*) et *ἕνα ἁμαρτήσαντα τοῦ παραπτώματος* causam utique fuisse extudit (*τὸ μὲν γὰρ κρ. ἐξ ἑ. ἁ. κ.*). Nunc, *cujusmodi* sit *τὸ δώρημα*, quod his quoque a *τῷ παραπτώματι disjunctum* esse ex ante dictis quivis facile augurabitur, Ap. explanat (*τὸ δὲ χάρισμα ἐ. π. π. ἐ. δ.*). *Δικαίωμα*, quoniam voci *κατάκριμα* opponitur, *recte factum* (v. 18. Apoc. 19, 8. Bar. 2, 19.) valere non potest de *Grotii* sententia („*ad vitam rectam sive perpetuam obedientiam*" h. e. aut *εἰς δικαιώματα*, aut saltem *εἰς τὸ δικαίωμα*, non *εἰς δικαίωμα*), ut jam vidit *Calovius*. Obstat etiam *Grotii* consilio nostrorum v. expositio v. 17. Imo *δικαίωμα* h. l. vim habet, a potestate, quam Paulus *suo instituto* verbo *δικαιόω* tribuit, suspensam. Graecis *τὸ δικαίωμα quo aliquid ab aliquo justum declaratum est, legem, sententiam, decretum* (1, 32.) significat; Paulo, qui Germanice *δικαιοῦν τινα* hanc sententiam subjecerit: *aliquem*,

qui non sit insons, insontem declarare, aliquem impietatis absolvere, τὸ δικαίωμα decretum est, quo aliquis injustus justus esse declaratur, sententia absolutoria (v. supra p. 47. 216. et Beza ad h. l.). Differunt voces τὸ δικαίωμα et ἡ δικαίωσις (v. 18.), quas multi interpretes unum idemque pollere sibi persuaserunt (ut Calov., nuper Rueck. et Reich.). Ἡ δικαίωσις actio est, quâ homo improbus absolvitur, absolutio, τὸ δικαίωμα sententiam notat, quâ ille absolvitur, decretum absolventis. Jam ne v. 17. secus intelligatur, absolventis Dei sententiam, τὸ δικαίωμα, perennis vitae fontem h. l. nuncupari (v. v. 21.) tenendum est. Hoc ii intellexisse videntur, qui [D. Aeth. Clar.] ex interpretamento, quod e v. 18. cl. v. 17. repetitum est, εἰς δικαίωμα ζωῆς praebent. Hoc manifestum glossema post Lockium Paulo tribuit Reich., quamquam dubitanter, quod miror. Primo enim ζωῆς summam membrorum ita exaequatorum, ut propemodum syllaba syllabae respondeat, concinnitatem tollit. Deinde ut absolutoriae sententiae fructus, lectoribus, nisi fallor, satis notus diserte h. l. indicaretur, non opus erat propterea, quod v. τὸ δὲ χάρισμα ἐ. π. π. ε. δ. proximo vs. de industriâ communiuntur. Denique leve est, quod v. 18. Cyr. 49. εἰς δικαίωμα ζωῆς pro εἰς δικαίωσιν ζωῆς habent. Poterat enim vss. 16. et 18. contentio eo valere, ut versui 18. δικαίωμα ex vs. 16. a nonnullis obtruderetur. Sed multo credibilius est aliquos librarios per festinationem v. 18. δικαίωμα ζωῆς pro δικαίωσιν ζωῆς exarasse, quia illud voc. paullo ante in eodem vs. legitur. Restant v. ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων, de quorum ratione dubitare non potest, qui tum ad membrum antecedens (τ. μ. γ. κ. ἐξ ἑνὸς ε. κ.), tum ad v. 20. 21. satis attenderit. Nam primum quidem non de multorum peccatis, sed de multis peccatis P. loqui in promtu est (v. v. 20.). Deinde ἐκ neque propter, neque post, neque ex, ut excessum e statu et transitum in alium statum denotet (Rueck.; hoc absurdum est, tum quia δικαίωμα statum non indicat, tum quoniam sic inepta sententia nascitur: ipsum Dei donarium ex alio suo statu in alium excessisse!), sed per significare patet (cf. ἐξ ἑνός et v. 20.). Acutissime enim P. hoc dicit: invexit τὸ παράπτωμα, mortis physicae causam, unus peccans; contra τὸ χάρισμα, absolutoriam Dei sententiam quae perennis vitae copiam faciat gignens, multa peccata attulerunt. Nimirum amplum et cujus termini mortis imperio responderent regnum Deus τῇ χάριτι destinavit v. 21. Unde τὸ χάρισμα, peccatorum veniam apportans, exsistere non poterat, nisi per multa peccata tanquam in solem et pulverem productum (v. 20.). Sic quam sint τὸ παράπτωμα

Digitized by Google

et τὸ χάρισμα disjuncta quivis facile sentiat. Nam *unus peccans* ulcus contraxit, *multa ulcera* Deum evocarunt, qui multiplicatis vulneribus mederetur. Totus vs. sic habet: neque quemadmodum *per unum qui peccavit* peccatum (mortis causa) natum est, hujusmodi (Dei) donarium est. Nam Dei sententia (Gen. 2, 17.) *per unum* (*quum facinus obiisset*) in sententiam cessit, quâ damnatio ad (mortis physicae) poenam fieret; donarium autem Dei (ad condonanda peccata pertinens) *per multa commissa peccata* in sententiam cessit ejusmodi, quâ homines impietatis absoluti perennis vitae spem animis conciperent (i. e. multa edita facinora effecerunt, ut Dei donarium hominibus destinatum ratum fieret et tanquam absolutoria sententia promulgaretur).

V. 17. Sententia verbis v. 16. τὸ δὲ χάρισμα ἐ. π. π. ε. δ. enuntiata hoc vs. (cf. γάρ) ita firmatur, ut Dei donum per multa patrata peccata in absolutoriam Dei sententiam, quae perennis vitae spem nobis faciat, utique cessisse P. ex eo apparere dicat, quod, quum optimo numine ad vexandos homines minime inclinato tamen unum unius Adami facinus mortis acerbitatem in nos derivare potuerit, multo magis sperandum sit, fore ut in quos beneficentissimi Dei exuberantia favoris donataeque integritatis conferatur per unum Christum, Dei legatum, sempiternâ vitâ fruamur. Nempe ut v. v. 16. τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα corroborarentur, minime erat necesse. Nam omnes homines usque ad Apostoli aetatem mortem oppetiisse negari non poterat, neque erat metuendum, ne quis quod homines improbi morte mulctarentur Adamo attribuendum esse negaret. Illud Apostolum, qui grato commotoque animo de peste, quam ab Adamo importatam Deus Christi operâ depulisset h. l. disputaret, asseverare decebat, dulcissimâ spe, quâ homines christ. ducamur, fore ut integri a Deo declarati in perenni beatâque vitâ collocemur, nihil fingi posse certius. Apostoli argumentatio v. 17. eodem fundamento nititur, quo fulta sunt, quae v. 15. leguntur (ubi vid. notata). Quin etiam posterius vs. 17. membrum πολλῷ μᾶλλον κ. τ. λ. iis v. P. concepit, quibus eum vs. 15. dictorum memorem fuisse appareat (v. infra). *Wetsten.*: „Non tantum restituit Christus quae Adamus perdiderat, *sed multo plura donavit*: non reduxit in paradisum terrestrem, sed vitam aeternam in coelis promisit." *Patet* hoc e totâ P. disputatione v. 12.—21., sed neque voluit neque potuit id Ap. verbis v. 17. demonstrare. Quum utriusque vs. nexus, quem supra diximus, luce clarior sit, *Ruecker-to* et *Koellnero* eum vix suboluisse, *Reichium* etiam praeterisse recte mireris. τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι] 44. τῷ

παραπτώματι | D. E. ἐν τῷ ἑνὶ παραπτώματι | A. E. F. G. Boern. ἐν ἑνὶ παραπτώματι | 47. Orig. ad Joh. 9, 51. (XX, 31.) ἐν ἑνὸς παραπτώματι. *Beza* ed. 3. 4. 5. e conjecturâ edidit: τῷ ἑνὶ παραπτώματι. *Griesbachio* ἐν ἑνὶ παραπτώματι, *Beneckio* ἐν τῷ ἑνὶ παραπτώματι placuit, ob quas Cdd. lectiones vulgatam scripturam non omnino certam esse *Vaterus* contendit. Parum constanter *Lachm.*: εἰ γὰρ [ἐν τῷ] ἑνὶ παραπτώματι ὁ θάνατος κ. τ. λ. scripsit. Omnes enim Cdd., quos duces sibi sumsit, ἐν continent. *Lachmannum* sequutus *Koellnerus* utrum P. ἑνὶ παραπτώματι, an ἐν τῷ ἑνὶ παρ. scripserit definire non audet. Verum enim vero lectiones τῷ παραπτώματι, ἐν ἑνὶ παρ., ἐν τῷ ἑνὶ παρ., quas ipsa formae inconstantia suspectas reddat, manifestae correctiones sunt. Nempe qui supra v. 16. δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος Paulo obtruserant, ii fere omnes, alii aliter, hunc l. interpolarunt, in quo una laudanda *constantia* est. Nam quum verbis vi 17. εἰ γὰρ — διὰ τοῦ ἑνός vocabulorum v. 16. καὶ οὐχ — εἰς κατάκριμα summa repetatur, qui sano sit judicio receptam scripturam v. 17. mutare non ausit nisi v. 16. ἁμαρτήσαντος scripserit et si v. 16. ἁμαρτήσαντος Apostolo vindicaveris v. 17. voce. τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι tuenda esse concedat necesse est. Eo autem confidentius illi verbis τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι vim intulerunt, quod veriti sunt, ne his retentis voce. διὰ τοῦ ἑνός redundarent. Documento est eorum qui Cdd. interpolationibus aut suis conjecturis favent disputatio. Nempe Apostolum per *unum* peccatum Mortem dominatam esse h. l. dixisse, verba διὰ τοῦ ἑνός ostendere affirmant tum supervacanea, quum τῷ τοῦ ἑνὸς παρ. genuinam scripturam putaris (v. *Beza* et *Beneck.*). Vicissim nonnulli (Syr. Copt. 52. Mt. w) verbis τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτ. retentis διὰ τοῦ ἑνός antiquitus oblitterarunt, eodem errore ducti. Igitur ibi tautologiam rimati sunt, ubi pondus P. reposuerat. Bis enim *unius* Adami cogitationem eloquutus est ut praecipuam, quo modo naturâ duce in disputando notiones gravissimas et quas negligi minime velimus iterare solemus, ut emineant. Cf. Plat. Euthyd. §. 65. Οὐκοῦν, ἔφη, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ ἐπειδὴ ἀγαθόν ἐστιν ὅπλα ἔχειν, ὡς πλεῖστα δεῖ ἔχειν δόρατά τε καὶ ἀσπίδας, ἐπειδήπερ ἀγαθόν ἐστι; Phaed. §. 33. fin., (ubi v. *Heindorf.*) 2 Cor. 12, 7. (v. Diss. meam II. in 2 ep. ad Cor. p. 146.) Eph. 6, 20. cl. v. 19. Gal. 3, 22. — ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χρ. δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. Eodem referri *potest* Joh. 3, 31. ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς ἐστι (nunc demum explicatio sequitur) καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ. H. l. P. *unius* Adami memoriam verbis διὰ τοῦ

τοῦ ἑνός redintegravit intentus in antitheton διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰ. Χρ.. — In vocabulis οἱ — — λαμβάνοντες Ap. verborum v. 15. ἡ χάρις τ. θ. — ἐπερίσσευσε rationem duxit (cf. τὴν περισσείαν τῆς χάριτος cum v. v. 15. ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἐπερίσσευσε). Hinc vocc. τῆς δωρεᾶς, quae B. 49. Orig. l. c., Chrys. in comment., Iren. adv. haeres. 3, 16, 9. et Augustin. saepe (v. *Sabatier.*) praetermittunt, utique servanda esse patet. Damnavit ea *Mill.* Prol. §. 448. e vs. 15. irrepsisse opinatus, suspecta habuit *Griesb.*, uncis inclusit *Lachm.*. Nempe v. v. 15. καὶ ἡ δωρεά vocabula καὶ τῆς δωρεᾶς sincera esse evincunt. Facile autem τῆΣ δωρεᾶΣ post τῆΣ χάριτοΣ et ante τῆΣ δικαιοσύνηΣ exciderunt. Eodem errore a C. 70 * Orig. l. c. XX, 33. abest τῆς δικαιοσύνης. Porro lectionem parum testatam καὶ τὴν δωρεὰν τῆς δικαιοσύνης (ita 6. 10. 31. et pauci alii) repudiandam esse e vs. 15. discimus. Respondent enim v. ἡ περισσεία τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς vocabulis v. 15. ἡ χάρις τ. θ. καὶ ἡ δωρεὰ ἐπερίσσευσε. Postremo scriptura τὴν περισσειαν τῆς χάριτος καὶ τ. δωρεᾶς καὶ τῆς δικαιοσύνης (ita 63. Syr. Erp. Vulg. et septem PP. eccles.) cumulationem oratoribus potissimum in grandi oratione usitatam inferens (v. 2, 5.) per se non inepta quidem est, sed minus tamen apta, quam vulgata. Peperit eam καί proxime praecedens. Τῆς δικαιοσύνης paucorum Cdd. fiduciâ nullo pacto abjici potest (v. supra). Vinculum enim in hoc voc. inest, quo sententia muniens (v. 17.) cum muniendâ (v. 16. animum adverte ad δικαίωμα) colligetur. Participium Praesentis cum Articulo οἱ — λαμβάνοντες (unus *Theophyl.* in marg.: γρ. λαβόντες) Substantivi notionem complectitur, die Empfänger (v. Matth. 27, 40. Luc. Tim. c. 12. — ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι τέτταρας ὄβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δεκαταλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι, ubi *Struvius* sine causâ προειμένοι conjecit, c. 56. οἱ τὸν πλοῦτόν σου τεθηπότες.) Male h. l. tempus praesens ad rem *certo futuram* referas (v. Hebr. 12, 28. cl. v. 26. 27. et *Bernhardy* Wiſſenſch. Syntax d. gr. Spr. p. 371.). Neque enim Paulo ostendendum est, fore ut *quibus certa div. benevolentiae spes sit* ad eos Christi beneficio regnum redeat, sed hoc docere debet, *quibus favoris div. abundantia contingat* eos Christum ad regnum sane evecturum esse. ἐν ζωῇ] Paucissimi (17. 46. Mt. c.) ἐν τῇ ζωῇ i. e. in *perenni* vitâ Act. 3, 15.. Licet etiam verbis ἐν ζωῇ hanc vim subdere (v. 21. ζωὴ αἰώνιος. Phil. 4, 3. βίβλος ζωῆς 2, 16. λόγος ζωῆς). Sed rectius haud dubie ζωῆς vocabulo h. l. unam *vitae* notionem subesse, *perennis* vitae cogitationem in re et contextu (v. 21.) positam esse statuas (v. v. 18. Joh. 5, 40. 6, 53. 2 Tim. 1, 10. al.): ἐν ζωῇ βασιλεύσουσιν i. q. ζῶντες βασ. *in vitâ collocati, viventes*

Digitized by Google

(non mortis imperio obnoxii) regnabunt. βασιλεύσουσι] Hoc v. non figurate (magnam dignitatem adipisci, altissimum felicitatis gradum consequi, v. interpretes ad 1 Cor. 4, 8.), sed proprie capiendum est. Utique enim piis Christi alumnis *regnum* portendi incorrupti judicii interpres locis Matth. 19, 28. Luc. 22, 30. 1 Cor. 6, 2. 3. 2 Tim. 2, 11. 12. Apoc. 20, 4. 6. 22, 5. rite expensis fateatur necesse est. Sed non equidem impietatis insimulabo, qui N. T. scriptores parum explicatam hujus rei notionem habuisse existimaverit. Modo enim piorum hominum regnum in eo cerni volunt, ut regia iis munia deferantur (Matth. 19, 28. 1 Cor. 6, 2.), modo probos Christianos regnaturos dicere videntur, quo sensu natio regnat, cujus rex in exteras gentes dominetur, regis sui majestate splendens (Apoc. 20, 4. sq. 22, 5.). Quid si N. T. scriptores illud imperium viris primariis, ut Apostolis, hoc ceteris ominati sunt? διὰ τοῦ ἑνός] 49. Copt. ἀνθρώπου e v. 15. addunt. Ἰησοῦ Χριστοῦ] 65. τοῦ ἐπουρανίου adjicit. Glossema est ex 1 Cor. 15, 48. 49. depromtum. Sane Christus h. l., ut v. 15., is spectatur, quem a Deo legatum esse nemo ignoret. Potuerat P., ut antitheta verbis prorsus exaequaret, sic scribere: — πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ περισσείᾳ τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης ἡ Ζωὴ βασιλεύσει διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰ. Χρ. (v. v. c. *Calv.* et *Rueck.*). Sed quod posuit tantundem valet, ut bene monuit *Calv.* Nam si quibus integritas detur *viventes* et de mortalium numero exemti regnent, Morte, quae olim dominata esset, abolitâ *Vitam* per eos regnum agere perspicuum est, qui viventes regnent. Paulum eam, quâ usus est, loquendi formam alteri praeposuisse ut planiorem et quae rem tanquam oculis subjiceret minus credibile est, quam verbis v. 15. eum motum esse. Ubi quum dixisset: πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τ. Θ. καὶ ἡ δωρεὰ — εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε, aptissimum ei visum est, eos h. l. Subjectum facere, *quibus div. donum abunde detur*, tum quantum iis *vitam habituris* illo dono emolumentum portendatur, expromere. Haec est igitur totius vs. conditio: — Dei autem donarium per multa patrata peccata in sententiam abiit ejusmodi, quâ *integritas* (perennis vitae fructum portendens) pronuntiaretur (v. 16.). *Nam si per unius facinus* Mors regnum egit *per unum*, multo magis (est enim Deus benignior, quam severior) ii, quibus abundantia favoris et beneficii in donatâ *integritate* positi evenit viventes regnum agent per unum Jesum Christum (Dei filium)!

Vs. 18. Hoc vs. ex ante dictis conclusionem fieri particulae ἄρα οὖν (*hinc ergo*) docent, quas multum P. ita frequentat, ut sententiae ordiantur (7, 3. 25. 8, 12. 9, 16. 18.

Digitized by Google

Gal. 6, 10. Eph. 2, 19. al.). Sed non nisi ex iis colligi, quae v. 16. et 17. enuntiata sunt, versus 18. argumentum et verba ipsa, ad ea accommodata, quae vs. 16. 17. leguntur, demonstrant. Unde falluntur et qui hîc apodosin vs. 12. invenisse sibi visi sunt (v. not. ad v. 12. p. 288.), et qui totam disputationem v. 12. sqq. h. l. in summam conferri putarunt, ut *Wolf.*. Sane *potissima* praecedentis disputationis capita hoc vs. continentur: nam tum similitudo utriusque Adami in eo posita, quod uterque *omnium hominum fortunam moderatus sit* v. 12.—14., ex hoc vs. cognoscitur, tum dissimilitudinis ratio *primaria*, in hoc sita, quod prior Adamus *improbe facto mortem*, posterior Adamus *bene facto vitam* omnibus hominibus attulerit v. 16. 17.: sed illa e v. 16. 17. Apostolum duxisse non animadversum est. Neque *Wolfii* opinionem adjuvat, quod P. v. 18. et 19. suam de utriusque Adami et similitudine et dissimilitudine disputationem conclusit. Recte enim hoc fecit, quia sententiae e v. 16. 17. *effectae praecipua* institutae disputationis capita complectuntur. — Ἄρα οὖν — εἰς κατάκριμα] F. G. 37. 46. ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς [46. ἀνθρώπου] τὸ παράπτωμα εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα (scil. ἐγένετο). | Mt. b. e. ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς ἦλθε τὸ κατάκριμα. — οὕτω καὶ — εἰς δικαίωσιν ζωῆς] D. E. G. οὕτω καὶ δι' ἑνὸς τὸ δικαίωμα [F. καὶ δικαίωμα sic] εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Hae lectiones librariorum aut correctiones sunt, quibus structuram, quae nulla vulgatae scripturae inesse videbatur, restituerent aut opinatae vulgatae lectionis enodationes. Nempe *Calvinus* quoque receptam scripturam sic resolvi posse, ut in G. factum est, sibi persuasit et Syrus, quum vulgatam scripturam liberius, ut videtur, converteret, in priore membro quod Mt. b. e. habent expressit, in posteriore haec v. graeca reddidit: οὕτω δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους δικαίωσις ζωῆς. *Grotius*, *Kopp.* al. in utroque membro ἐγένετο (1 Cor. 15, 45.) mente adjecerunt, *Boehm. res vertit* i. e. τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, *Win.* gr. p. 470. μεταβέβηκεν *res cessit, abiit in* —. Quorum sententiam olim probatam nunc repudio propterea, quia Ap. hoc vs. e v. 16. 17. argumentatur. Est igitur ex his vs., et quidem e v. 16., qui primarius est, manca oratio explenda, ut male suppleas ἦλθεν ἡ κατάρα — ἦλθεν ἡ χάρις (*Theophyl.*), εἰσῆλθεν ἡ ἁμαρτία — εἰσῆλθεν ἡ χάρις (*Erasm.*), διῆλθεν ὁ θάνατος — διῆλθεν ἡ χάρις (*Zeger.*) et hujusmodi alia. Imo in priore membro τὸ κρίμα ἐγένετο, in posteriore τὸ χάρισμα (s. τὸ δώρημα) γενήσεται (v. v. 16. cl. v. 17. et 19.) cogitando addendum

Digitized by Google

est (cf. *Beza*, *Calov.*, *Wolf.*, *Rueck.*, *Reich.*, *Koelln.*). Τὸ δικαίωμα γενήσεται in posteriore membro suppleri non potest (*Koelln.*), quia P. v. 16. τὸ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα cessisse, non τὸ δικαίωμα ἐ. π. π. εἰς δικαίωμα vertisse ostendit. Ἑνός utrobique non neutrius generis, *per unum peccatum*, *per unum recte factum* (*Beza*, *Drusius*, *Lockius*, *Chr. Frid. Schmid.*, *Boehm.*, *Rueck.*, *Reich.*), sed masculini esse, tum e v. 16. 17., quorum argumentum hîc in summam confertur, intelligitur, tum e v. 19. elucet, ubi sententia vs. 18. exponitur. Quamobrem prioris membri sententia haec est: itaque ergo sicut per unius (Adami) peccatum Dei sententia (in paradiso pronuntiata) omnibus hominibus in sententiam cessit, quâ condemnatio (ad mortem physicam) fieret (v. not. ad v. 16.). Hîc quoque *Bezae* et *Calovii* τὸ κρίμα *reatum* et κατάκριμα *damnationem ad sempiternos geennae cruciatus* temere enarrarunt, nempe ut Ap. diceret, quod dictum vehementer cuperent, omnibus hominibus Adami noxam divinitus ita imputatam esse, ea ut sempiternis tartarorum tormentis lueretur non expiata (cf. not. ad v. 16.). Δικαίωμα h. l. *recte factum* declarat (v. not. ad v. 16.). Opponitur enim *improbo Adami facinori* (παραπτώματι). *Usterio* judice (Entwickelung des paul. Lehrbegr. p. 127. ed. 4.) praeclarum Christi facinus ejusque obedientiam v. 19. (τῆς ὑπακοῆς) morte absolvi, quam ut hominum scelera expiaret Christus adiisset Deo morigeratus (Phil. 2, 8.) e v. 9. et 10. cognoscitur. Christi, qui piaculum caesus sit, supplicio nobis τὴν δικαιοσύνην partam esse P. sane docet. Sed haec res nihil impedit, quominus Christi recte factum praestitamque ab eo obedientiam h. l. in eo poni censeamus, quod quum div. majestati renuntiasset caelesteque domicilium relliquisset in terrae orbem se homo demiserit Dei de beandis hominibus mandata obedienter perfecturus. Recte enim hoc *unum* Christi opus mente informatur (Phil. 2, 5.—8. Joh. 17, 4.), quo neque injuncto neque suscepto Christus ne piaculum quidem nostrorum scelerum exstitisset. Melius autem haec explicatio in hunc l. convenit alterâ, et quia Dei donarium *a Christo ad homines perlatum* absolutionem vitamque omnibus hominibus spondere hîc dici satis est minimeque, ut *in Christi morte* illorum ornamentorum pignus esse ostendatur, necesse est, et quoniam divinitus ad homines missi legati, qualis Christus v. 15. et 17. inducitur, Christo amplitudinem adjicit. *Storr.* Op. acad. I, 241. et *Flatt.* loco 1 Tim. 3, 16. male collato ἑνὸς δικαίωμα *sententiam* exponunt, *quâ Christus probus* et qui omnia suscepti muneris officia explevisset *divinitus pronuntiatus sit*

Digitized by Google

(v. 16.). Quam Deum sententiam promulgasse putant, quum Christum ex inferis excitaret eoque in caelum recepto div. spiritum hominibus impertiret. Postremo adjungunt *eo quod Christus hoc pacto insons pronuntiatus sit simul omnes homines probos ac Deo amicos quippe Christi supplicio expiatos divinitus declaratos esse* (?). Nocent huic invento v. opposita *δι' ἑνὸς παραπτώματος*, unde *ἑνὸς δικαίωμα* rem dici, quam Christus *fecerit*, non expertus sit, discimus, tum hujus vs. explanatio v. 19. et ipsa sententia non Paullina. Neque defuerunt, qui verbis *δι' ἑνὸς δικαιώματος* dogma de Christi obedientiâ *activâ* h. e. de Christi sanctitate, quae *τοῖς πιστοῖς* imputetur subesse opinarentur. Quia enim Christus simul Deus simul homo fuerit, Deus autem legi imperaverit non subjectus fuerit, hinc apparere putarunt, obtemperationem div. legi ab homine praestitam non ipsi quidem, cui quod Deus esset legi obedire sancteque vivere nihil necesse fuerit, sed *τοῖς πιστοῖς* emolumento esse (v. Form. Conc. Sol. Decl. p. 684. sq.). Quod dogma non minus absurdum et blasphemum est, quam de Adami facinore posteris imputato. *Beza* et *Bengel.* *δικαίωμα* „*justificamentum*", „*justificationis materiam*" h. e. Christi sanctitatem, quae nobis imputata integros nos faciat male explanaverunt. Nam *δικαίωμα passivam* vim habeat necesse est (cf. *τὸ ἑδραίωμα res fixa, τὸ στερέωμα res firmata, basis, τὸ ὀχύρωμα locus munitus*). Unde P., cui *δικαιοῦν τινά aliquem integrum facere* valeret, *integrum declaratum* (*τὸν δικαιωθέντα*) Abstracto posito pro Concreto *δικαίωμα* aliquando appellare potuisset; sed *rem quae aliquem integrum redderet δικαίωμα* nuncupare nisi linguae lege violatâ non potuit. *Calov.*, *Wolf.* al. *ἑνὸς δικαίωμα Christi satisfactionem* (h. e. obedientiam tam activam quam passivam) enarrarunt contra usum loquendi. Temere enim ad Aristot. Ethic. Nicom. 5, 10. (p. 1135. ed. *Bekker.*) provocarunt: *Διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα καὶ τὸ ἄδικον καὶ τὸ δικαίωμα* (recte factum) *καὶ τὸ δίκαιον· ἄδικον μὲν γάρ ἐστι τῇ φύσει ἢ τάξει· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὅταν πραχθῇ, ἀδίκημά ἐστι, πρὶν δὲ πραχθῆναι, οὔπω, ἀλλ' ἄδικον ὁμοίως δὲ καὶ δικαίωμα. Καλεῖται δὲ μᾶλλον δικαιοπράγημα τὸ κοινὸν, δικαίωμα δὲ τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος.* Recte factum vulgo *δικαιοπράγημα* potius, quam *δικαίωμα* dici, quum *δικαίωμα* de *poenâ* (*τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος*) frequentari soleat Aristoteles obiter observat. *εἰς πάντας ἀνθρώπους*] Salutem Christi operâ partam Deum omnibus hominibus proposuisse P. existimavit 1 Tim. 2, 4. sq.. Idem hâc spe ductus est, fore ut aliquando nemo non oblatâ occasione relligiose uteretur di-

Digitized by Google

gnumque se fide habitâ praeberet, qui per Christum bearetur Rom. 11, 32.. Quam quidem spem ex eo concepisse videtur, quod Christum rei ab Adamo profusae restitutorem mente informarat.' Atqui mortem, quae ab Adamo manasset, nemini pepercisse vidit. Hinc rem eo denique processuram, ut omnes se homines in perenni vitâ a Christo collocari paterentur, Apostolo credibile visum est, *Δικαίωσις ζωῆς absolutio, quae vitae est, ad vitam pertinet, in vitâ tanquam radices suas egit* ideoque cum vitâ arcto vinculo copulata est *vitalem* notat et quae vitam afferat *absolutionem*. Cf. Joh. 5, 29. *ἀνάστασις ζωῆς* et *ἀνάστασις κρίσεως*. Posteriore vs. membro haec dicuntur: — ita etiam per unius (Christi) probe factum Dei donarium omnibus hominibus in absolutionem cedet, quae (perennem) vitam pariat.

V. 19. Hoc versu sententiam vs. 18. dilucidari plerique interpretes bene intellexerunt. In alia omnia nuper discessit *Reichius*, v. 19. rationem afferri, unde sententiae v. 18. propositae veritas *cognoscatur*, opinatus: per unum [unius] facinus omnes homines ad mortem physicam damnati sunt; item per unum [unius] recte factum omnibus hominibus absolutio vitam apportans obtinget (v. 18.). *Nam* quemadmodum *improbi constituti sunt* per contumaciam unius hominis ingens hominum numerus, ita etiam *probi constituentur* per obedientiam unius ingens hominum numerus h. e. verum esse quod de Adamo dixi *ex eo intelligitur*, quod *improbi constituti sunt* per Adami contumaciam *οἱ πολλοί*: contra quod de Christo affirmavi non minus verum esse *tum patebit*, quum *probi constituentur* per Christi obsequium *οἱ πολλοί*. Erravit V. D.. Nam primum quidem verborum ordo ejus opinioni refragatur, qui talis esse debebat: *ὥςπερ γὰρ ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν δ. τ. π. τ. ἑ. ἀ. οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ δίκαιοι κατασταθήσονται δ. τ. ὑ. τ. ἑ. οἱ πολλοί.* Deinde P. non solum formulas *τὸ κρίμα εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα ἐγένετο* et *τὸ χάρισμα εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωμα γενήσεται* verbis v. 19. *ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί* et *δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί* illustravit, verum etiam vocabula *δι' ἑνὸς παραπτώματος* et *δι' ἑνὸς δικαιώματος* verbis *διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου* et *διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνός* explanavit, quum Adami facinus *denegatam obtemperationem* (Gen. 2, 17. 3, 6.), Christi recte factum *obsequium* interpretaretur. Ex his versu 19. *totam* v. 18. sententiam exponi consequitur. Tum quod *Reich.* particulam *γάρ* vulgatae interpretationi officere subindicavit, *γάρ* in sententiae expositione, ut sit *nempe*, poni

Digitized by Google

solere non meminerat (Apoc. 13, 18. Col. 2, 1. *Matthiae* auct. gr. Gr. p. 1243. sq.). Postremo V. D. justo majorem vim ei rei tribuit, quod καθίστημι h. l. *sistere* notet. Non enim cum eo acerrime contendendum est, qui καθίστημι *facere* quam *constituere* h. l. convertere malucrit (v. infra). Ἁμαρτωλοί sunt *qui se peccatis contaminaverunt, peccatores* iisque oppohuntur δίκαιοι Matth. 9, 13. Gal. 2, 17.. *Ad perpetranda peccata inclinatum*, aut *poenâ dignum* (*Chrys.*, *Theophyl.* al.), aut ob commissa peccata *miserum* (*Flatt.*) ἁμαρτωλός non significat. Prima verbi καθίστημι potestas (*sistere*, *constituere*) in hunc l. optime sane quadrat. Quâ probatâ multi tamen a P. sententiâ prorsus aberrarunt. Sed interpretum errores convincere hîc non arduum est. Nam quum versu 19. sententia vs. 18. explicetur, vs. autem 18. disputationis vs. 16. 17., quae et ipsa cum superius dictis v. 12.—15., unde suspensa est, prorsus conspirat, summa afferatur, in promtu est, nihil versui 19. inesse posse, quod non insit versibus 16.—18. aut quod ante dictis repugnet. Quare *Bezae*, *Wolfii*, *Bengelii* al. explicatio nugatoria est: quemadmodum Adami contumaciâ peccatores (coram Deo) constituti sunt multi (Adami facinore iis imputato), ita etiam Christi obedientiâ probi constituentur multi (Christi sanctitate in eos collatâ). Neque enim P. hominibus aut Adami perversitatem aut Christi sanctitatem divinitus imputatam esse supra affirmavit, sed contra *sua* quemque peccata morte luere dixit v. 12.. Praeterea Christi obsequium (ἡ ὑπακοή i. e. τὸ δικαίωμα v. 18.) non sancta et ad Dei praecepta instituta Christi vita vocatur, sed legatio, quâ ad homines generis nostri servator a Deo mitteretur, obsequenter suscepta. Iisdem argumentis Pelagianorum expositio evertitur: sicut Adami contumaciâ peccatores constituti sunt multi (quum pravum Adami exemplum imitati essent), ita etiam Christi obsequio probi constituentur multi (quum praeclarum Christi exemplum sequuti et ipsi sancte vivent); v. *Orig.* et *Pelag.*. Perversum Adami exemplum hominum mores corrupisse fecisseque ut peccarent toto l. ne verbo quidem indicavit P., sed usque ei hanc sententiam obtruserunt Pelagiani (v. supra). Tum ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν esse non posse: constituti tales sunt, *qui turpem Satanae speciem referrent* (h. e. τὴν ἀκαθαρσίαν τῷ Διαβόλῳ ἐοικότες [ὁμοῖοι ὄντες] κατεστάθησαν), aut δίκαιοι κατασταθήσονται eâ formâ constituentur, *ut Dei sint effigies* (i. e. ὁμοῖοι τῷ θεῷ ὄντες κατασταθήσονται) apparet. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Socin.* Opp. II, p. 255., *Grot.*, *Limb.* ad h. l., *Wetst.*, *Boehm.*, *Flatt.* al. ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν *ita tractati sunt, quasi* pec-

Digitized by Google

cassent actu aut poenâ digni essent np. morte, peccatorum poenâ, iis inflictâ et δίκαιοι κατασταθήσονται *tractabuntur perinde ac si probi essent* interpretati sunt. Verba ipsa hoc non dicunt, quum neque καθίστασθαι *tractari* neque ἁμαρτωλός *poenâ dignum* declaret. Neque post κατεστάθησαν supplere licet v. nimirum per ellipsin omissa εἰς κρίσιν, ut *Reich.* opinatur, qui mire in hanc rem citat LXX. Jes. 3, 13. ἀλλὰ νῦν καταστήσεται εἰς κρίσιν (*se sistet, se componet, ad judicium exercendum*; cf. formulam εἰς λόγον καθίστασθαι apud *Schaef.* ad Demosth. V. p. 49.) κύριος καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ. Sed posset tamen verbis ille *sensus* subesse. Nam maleficum sistimus, tum quem maleficium commisisse argumentis docemus, tum quem supplicio afficimus maleficis proposito. Nempe dedecus concepisse qui dedecoris poenam sufferat homines vulgo judicant. At falsa est illorum interpretum explanatio idcirco, quod P. post facinus ab Adamo perpetratum omnes promiscue homines, ut *sua* peccata luerent, *mortem* occubuisse v. 12. scripsit, non Adami facinus tum probis tum improbis moriendi necessitatem attulisse, quum illud fecisset ut mortales a mortali viro generarentur, disputavit. Superest igitur, ut Ap. hoc sibi voluerit: Adami contumaciam fecisse, ut peccatores sisterentur multi (*omnes* dicit ratione habitâ ad v. 15.) np. quum eorum mors, quae ut perpetua peccatorum poena esset Adamus commisisset, *eos peccavisse ostenderet*: item futurum esse; ut Christi obsequio insontes sistantur multi (i. e. omnes v. 15.) np. quando Christus, generis humani judex (2 Cor. 5, 10.), τοῖς δικαιωθεῖσιν vitam perennem, τῆς δικαιοσύνης fructum, assignaturus sit (v. 2, 13. 3, 30. et ibi not.), ubi iis rem non denegatam esse, qui rei emolumento fruantur, intelligatur. Hanc posterioris membri interpretationem et orationis series commendat, quum hoc vs. v. 18. illustretur (animum adverte v. 18. ad δικαίωσιν ζωῆς cl. v. 21.), et res ipsa firmat. Nam οἱ δίκαιοι tum demum sistentur h. e. cognoscentur, quum Christus sententiam judex tulerit. Quam nunc habemus integritatem (v. 1.) opinio est aut spes integritatis e Christi judicio auferendae, sincerae quâ Christum amplexi simus fidei conscientiâ fulta. Male igitur *Beza*, *Grot.*, *Wolf.*, *Heum.*, *Rueck.* al. enarrarunt: per Christi obsequium integritatem posthac multi dum hanc vitam agent consequentur np. fide habitâ, quâ ἡ δικαιοσύνη comparetur v. 1. *Grotius* Paulo quum οὕτω καὶ δ, τ. ὑ. τ. ἑ. δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί exararet Jesaiae verba 53, 11. יַצְדִּיק צַדִּיק עַבְדִּי לָרַבִּים obversata esse putat, quod et ipse crederem, si Apostoli oratio cum verbis

Digitized by Google

LXX. quadamtenus congrueret. — Sed multi (v. c. *Raphel.* Annot. ex Herod., *Morus*, *Rueck.*, *Koelln.*) καθίστημι utrobique converti jubent *facere*, *reddere*. Quod usus loquendi patitur. Ubi nos *facere*, *fieri* et *esse* dicimus, ibi veteres res ante oculos ponere suetos *sistere*, *exsistere*, *reperiri* et similia v. collocare solere tralatitium est. Cf. τιθέναι *sistere* (facere) Luc. D. D. 20, 15., οὐδαμοῦ φαίνεσθαι apud *Heindorf.* ad Plat. Gorg. p. 33 sq., ἐνίσχεσθαι, *exsistere* (Cic. de Orat. II, 46, 193.) *evadere* al.. Scilicet quae oculis proponuntur et comparent ea etiam sunt aut fiunt. Eodem pertinet v. καθίστημι, quod quamquam plerumque propriae potestatis umbram retinuit, tamen loca inveniuntur, in quibus *sistendi* notio perierit et καθίστημι *facere*, tempora intransitiva *esse*, et καθίσταμαι Passivum *reddi* valeant. Thucyd. 1, 68. Τὸ πιστὸν ὑμᾶς —τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας— ἀπιστοτέρους ἐς τοὺς ἄλλους— καθίστησι. 1, 140. σαφές τι καθιστάναι τινί. 2, 65.— ἃ κατορθούμενα μὲν τοῖς ἰδιώταις τιμὴ καὶ ὠφέλεια μᾶλλον ἦν, σφαλέντα δὲ τῇ πόλει ἐς τὸν πόλεμον βλάβη καθίστατο. 2, 51. ἔν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα, ὡς εἰπεῖν, ὅ, τι χρῆν προσφέροντας ὠφελεῖν. 2, 53. al.. Quodsi h. l. καθίστημι *facere* interpreteris, minime hoc P. dicit, Adami facinus hanc vim habuisse, ut omnes homines aut improbe viverent aut Adami delicto iis imputato improbi fierent, ut multi opinati sunt, nuper *Koellnerus*. Hoc enim si P. contenderet, secum ipse pugnaret (cf. v. 12.). Imo sententia quam supra exposui nihil mutatur, etiamsi v. καθίστημι *reddere* explanaveris. Scilicet esse aliquâ conditione non solum dicitur qui re verâ est, sed etiam qui aut sibi aut aliis esse videtur. Cf. 1 Cor. 4, 8. Luc. Caucasus c. 13. ἦ σὺ δεῖξόν τι καὶ ἐν τὸ μικρότατον, κἀγὼ σιωπήσομαι καὶ δίκαια ἔσομαι πεπονθὼς πρὸς ὑμῶν (— neque intercedam, quominus justa a vobis perpessus esse *judicer*). Proinde si καθίστημι h. l. *facere* denotaret, praecedens disputatio hanc interpretationem postularet: Adami contumaciâ peccatores *redditi* multi sunt, np. eorum, qui recte judicare possent, sententiâ, quum peccavisse qui peccati poenam subiissent (h. e. mortem adiissent) bene conclusissent; non aliter Christi obsequio probi *reddentur* multi scil. cordatorum hominum judicio, qui iis integritatem tributam esse intelligent, quibus vitam perennem, integritatis fructum, Christum adjudicavisse viderint. Huic enarrationi, quae eandem, quam superius probata, sententiam praebeat ejusmodi loca, in quibus veri nominis Christiani integritatem adepti esse dicuntur (v. l.), minime obstare (v. *Reich.*) perspicuum est. Sed ego καθίστημι

Digitized by Google

sistere quam *facere* vel propterea vertere malo, quod καθίστημι nusquam in N. T. *sistendi* notione depositâ *reddere* designat. Perperam enim in hanc rem multi 2 Petr. 1, 8. Jac. 3, 6. 4, 4. attulerunt. Cf. etiam παρίστημι Act. 1, 3. Rom. 6, 13. Col. 1, 22..

V. 20. 21. Haec tam acuta Pauli de Adamo mortis auctore et Christo vitae restitutore disputatio v. 12.—19. nemini tamen satisfaceret, si Ap. legis mos. vim et usum paucis declarare supersedisset. Alioquin hic cordatos lectores scrupulus pungeret: si Deus instituit, ut rem Adami facinore amissam *Christus* generi humano repararet, cur tandem leges Deus per Mosen scripsit? Nam si Deus damnum Adami culpâ acceptum *per Christum* compensare statuerat, ut jactura per Adamum accepta resarciretur *Christus* primo quoque tempore divinitus mittendus erat neque ratio apparet, cur Moses antea legatus sit, qui div. leges promulgaret. Itaque P. legem mos. hoc consilio latam esse observat, ut multiplicatis per eam peccatis *multorum* peccatorum venia per Christum dari posset, quandoquidem *amplis* finibus tum delictorum mortisque tum peccatorum impunitatis et vitae sempiternae regnum Deus terminasset v. 20. 21.. Quâ adjectâ sententiâ et illi dubitationi Ap. occurrit et pietatis sensum in lectoribus excitavit, quum omnia consilia Deum eo direxisse legissent, ut vulnus per Adamum acceptum quo tempore div. sapientiae rationes postulassent per Christum curaretur. — παρεισῆλθεν] It. Vulg. „*subintravit*," quibuscum fecit *Semler*. Cf. παρεισέρχεσθαι *clam irrepere* Polyb. 1, 7, 3. 1, 8, 4. 2, 55, 3. Gal. 2, 4., συμπαρεισέρχεσθαι *una clam ingredi* Luc. Tim. c. 28., ubi praeverbii παρά notio addito v. λαθών acuitur, παρεισπορεύεσθαι 2 Macc. 8, 1., παρεισάγειν *clam introducere* 2 Petr. 2, 1., παρεισπέμπειν *clam intromittere* Joseph. B. J. 5, 3, 1.. At non *irrepsit* lex mos., publice magnâ cum pompâ nec sine multis caerimoniis rogata et accepta (Exod. c. 19. 20. Gal. 3, 19. cf. *Beza*). Deinde etiamsi P. legem mos. contemsisset, quam certe ut divinam admiratus est, hoc tamen l. invidiam illi legi temere conflavisset, ubi eam *sapienti instituto* divinitus datam esse, h. e. ut genus humanum ad potiundam peccatorum impunitatem et vitam aeternam praepararet, ostendere deberet. Nam *per prosopopoeiam* P. *legem mos.* ut summa esset peccatorum copia παρεισελθεῖν dixit, quâ detractâ haec sententia rellinquitur: divinitus lata est lex mos., ut —. Non rectius alii παρεισῆλθεν vertunt *obiter*, i. e. *ad tempus*, intravit (*Chrys.*, *Theophyl.*, *Cornel. a Lapide* al.). Quamquam enim interpretes in v. ex binis praepositionibus

Digitized by Google

παρά et εἰς compositis παρά nonnunquam vel praetermittere vel *obiter* convertere vidi, locum tamen, ubi παρά aut nullam vim haberet aut *obiter* valeret frustra circumspexi. Unde et *Chrysostomi* enarratio a loquendi usu abhorret, et *Crameri*, *Mori*, *Flatti* al. interpretatio: *intravit*, *adesse coepit* h. e. εἰσῆλθεν, non παρεισῆλθεν. Male enim hujus explicationis praesidium in l. Polybii, quae supra citavi, quaesitum est. Neque ratione aut exemplis tum *Pelagii* expositio: *de transverso* i. e. *subito*, *inopinato* (quid hoc ad P. disputationem?) *lex mos. intravit*, tum eorum explanatio communiri potest, qui vertunt *de transverso intervenit*, h. e. media inter exordium peccati (τοῦ παραπτώματος) et exordium a Deo datae impunitatis (τοῦ χαρίσματος) *divinitus interjecta est* (v. *Theodoret.*, *Calv.*. *Grot.*, *Rueck.*, *Koelln.*, *Usterii* Entwickelung u. s. w. p. 66.). Restat igitur ut παρεισῆλθε valeat *praeterea intravit* (sic *Beza*, *Kopp.*, *Jasp.*, *Reich.* et multi alii). Cf. παρεισπράττω apud Pollucem l. IX, c. 5. §. 32. *praeterea pecunias exigo*, quam quas per leges cogi licet, παρεισφέρω 2 Petr. 1, 5. *insuper importo* h. e. ad dona divinitus data adjicio (v. 3.), et ipsum v. παρεισέρχομαι. Philo de mundi opificio I, p. 36. ed. *Mang.* Ἀκράτου γὰρ ἔτι τῆς λογικῆς φύσεως ὑπαρχούσης ἐν ψυχῇ καὶ μηδενὸς ἀῤῥωστήματος ἢ νοσήματος ἢ πάθους παρεισεληλυθότος (, quum nulla imbecillitas — *insuper in* τὴν λογικὴν φύσιν ἄκρατον ἔτι οὖσαν ingressa esset) — εὐβυβόλους ἐποιεῖτο (Adamus) τὰς κλήσεις —. De ebrietate I, p. 381. Τὸ παραπλήσιον οὖν ἐν ψυχῇ πάντως ἄγνοια ἐργάζεται, τὰ βλέποντα καὶ ἀκούοντα αὐτῆς λυμαινομένη καὶ μήτε φῶς μήτε λόγον παρεισελθεῖν ἐῶσα (quum ἡ ἄγνοια neque lucem neque sermonem insuper ad se in mentem intrare patiatur) —. Enarra: lex mos. *insuper in mundum intravit* i. e. accessit ad τὴν ἁμαρτίαν antea ingressam, addita est ad τὴν ἁμαρτίαν divinitus (τῆς ἁμαρτίας εἰς τὸν κόσμον εἰσελθούσης (v. 12.) παρεισῆλθεν ὁ νόμος). Cf. Gal. 3, 19. Elz. προσετέθη *adjecta* est Mosis lex ad div. promissum v. 17. 18.. Male *Heum.*, *Reichhard.* al. explicant: lex mos. insuper accessit np. *ad legem naturalem*, quia sic παρεισῆλθεν nullam ad praecedentem aut vocem aut sententiam relationem habet. ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα] Τὸ παράπτωμα et ἡ ἁμαρτία sensu collectivo h. l. ponuntur et ἵνα *eo fine ut* (quod etiam 6, 1. docet) declarat, ut recte *Calv.*, nuper *Tholuc.*, *Rueck.*, *Koelln.*, *Usterius* l. c., nisi quod vitiositatis agnitionem aut conscientiam male immiscuerunt. Quin hoc P. affirmat: addita est lex mos. ad peccata, quae morte punirentur v. 12. 15. 17., ut peccatorum esset abundantia (summa eorum copia). Intellexis-

Digitized by Google

sent hoc interpretes, si quidnam Paulum h. l. dicere oporteret expendere, quam illius sententiae asperitatem intueri maluissent. Primo enim quâ mente lex mos. promulgata esset P. h. l. docere debebat (v. Gal. 3, 19.), ut eam Dei de hominibus per Christum in integrum restituendis consilium adjuvisse potius, quam impedivisse appareret; quae latâ lege mos. homines pro suâ perversitate fecissent inepte hîc P. memoraret. Unde ἵνα v. 20. 21. consilium indicare vel contexta oratio ostendit. Deinde legem mos., ut peccatorum abundantia esset, conditam esse convenienter P. dicit sibique prorsus constans. Quum enim div. clementia (ἡ χάρις) in datâ peccatorum veniâ concessâque impunitate (τῇ δικαιοσύνῃ) posita sit, tantum esse div. clementiae ambitum, quantus peccatorum, quae commissa condonentur, numerus sit elucet. At amplissimum Deus clementiae suae regnum Paulo auctore v. 21. destinarat. Itaque priusquam id constitueretur improbe factorum (τῆς ἁμαρτίας) fines auctis per legem mos. peccatis proferendi erant. Porro sententiam quam Paulo tribuimus v. 16. (τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα) fulcit. Tum persimilem sententiam P. Gal. 3, 19. sq. exposuit, ut bene vidit *Usterius;* quamquam totus l. Gal. 3, 15. — 4, 7. doctiorem et subtiliorem quum vocabulorum tum sententiarum, quam quae hucusque ei contigit, interpretationem desiderat. Postremo illa sententia, quantum ego intelligo, minime cum iis l. pugnat, ubi P. legem mos. sanctam esse ideoque promulgatam dicit, ut homines ei obtemperarent innocenterque viverent (v. *Reich.* cl. 7, 7. 12. 1 Tim. 1, 9.). Scilicet non negavit hoc nostro l. P.; illud asseveravit, Deo quod hominibus in vetitum niti suetis div. leges cupiditatum incendium excitaturas esse scivisset (7, 5. 8. sq. 1 Cor. 15, 56.) potiorem causam, cur legem mos. scribi juberet, hanc fuisse, ut peccata multiplicarentur. Itaque quam sanctissimum numen legem tulerat, ut observata prodesset, ea ut neglecta et contemta generi humano saluti esset div. providentia, quae rerum summam complectitur, benigne instituit. Voluit Deus pro suâ sanctitate, ut homines lege mos. se ad honestatem formari sinerent; tulit ergo illam, ut virtutis esset magistra. Sed qui homines inde peccandi licentiam sumturos, unde morum sanctitas petenda esset sciret, illud profecto intellexit, genus humanum Adami facinore morte demersum in vitam extrahi non posse, nisi *peccatorum veniâ* hoc pacto *clementer propositâ*, ut fides haberetur. Atqui certe largissima esse Dei munera par est. Quare ut maxima existeret div. clementiae largitas h. e. ut genus humanum in

Digitized by Google

vitam restitueretur, lege per Mosen promulgatâ peccata multiplicanda erant, quorum *permultorum* venia *maximam* div. clementiae largitatem manifestaret. Quod Paulus Deum in ferendâ lege mos. hoc maxime spectasse ut peccatorum moles augeretur h. l. scripserit si quem offendat, is Apostolum pulcre sibi consentientem hoc affirmare reputet. Nam qui non aliam quâ homines ad salutem reducerentur medicinam inveniri censuisset, nisi quam div. clementia peccatorum veniâ concessâ dedisset fide parandam, eum omnia Deum consilia eo potissimum contulisse, ut illa medicina adhiberi posset, existimasse nonne consentaneum est? Nunc videamus, quibus artibus interpretes paullinam sententiam mitigare conati sint. *Chrys.*, qui parum tamen sibi constat, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Pelag.*, *Corn. a Lapide*, *Zeger*, *Kopp.*, *Reich.* et multi alii ἵνα ἐκβατικῶς positum esse putarunt. Sed neque usus loquendi hanc enarrationem admittit, quandoquidem sententia: adjecta est lex mos. hoc eventu, ut peccata multiplicarentur: graece sic enuntianda est: νόμου δὲ παρεισελθόντος ἐπλεόνασε τὸ παράπτωμα, verbis a P. locatis concipi plane non potest, neque sententiarum nexus recipit (v. supra). Alii quum ἵνα recte interpretati essent, alia peccarunt. *Chrys.*, *Augustin.* Enarr. in Ps. 102. n. 15. T. IV. p. 1124. ed. *Bened.*, *Calv.*, *Tholucc.*, *Rueck.* al. explicuerunt: νόμος δὲ παρεισῆλθεν ut abundaret peccatum i. e. quo magis pravitatis suae magnitudinem homines agnoscerent. Haec nimirum sententia sic exprimenda erat: — ἵνα ἡ ἐπίγνωσις τῆς ἁκαθαρσίας πλεονάσῃ, Pauli verbis non inest. Ad hoc res postularet, ut v. ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις et ipsa ad div. benignitatis *agnitionem* revocarentur (v. *Morus* et *Reichard.*), quo consilio sententia v. 21. pessumdatur. Denique considerandum est, ut clementia, quae plurima peccata oblivioni daret, exsisteret, ante omnia plurimis peccatis opus fuisse, quae *commissa condonarentur*. Iisdem rationibus finitima *Calovii*, *Wolfii*, *Jasp.* al. expositio convellitur: — quo magis *peccati natura*, *gravitas et poena pateseeret* eoque clarius hominibus ante oculos poneretur. Satis obscure hoc P. dixisset, si ἵνα γνωσθῇ τὸ παράπτωμα scripsisset; sed verbis ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα ne umbra quidem illius sententiae continetur. *Heum.* enarravit: Mosis autem lex ad legem naturalem insuper accessit, ut peccata majora ac graviora fierent (quippe non solum contra naturalem, sed etiam contra scriptam legem commissa). Male *Heum.* παρεισῆλθεν interpretatus est (v. supra) neque ejus opinione susceptâ v. sqq., maxime v. 21., in recte conclusam aut aptam sententiam coeunt. Possunt

Digitized by Google

γ, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα, si ea sola spectaveris, hanc vim habere: — ut delictorum abundantia esset np. eorum qui delinquerent judicio i. q. ut per legem mos. multis modis se peccare homines cognoscerent (v. *Vatabl.*). Sed hoc pacto v. ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις sic explicanda sunt: ubi multifariam se peccare homines cognoverunt, div. liberalitatem supra modum redundare *intellexerunt*; quo facto sententia perditur, quomodocunque versum 21. exposueris. Praeterea v. ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα de ipso improbe factorum numero augendo sumenda esse e v. 16. patet. Ven. *Neander* (Geſch. d. Pfl. u. Leit. d. chr. K. durch die Apoſt. II, p. 263.) hanc enarrationem commendavit: *ut pravitas, peccandi libido* („die Macht der Sünde im Innern, die intenſive Macht des ſündhaften Princips") *aucta vigesceret*, eoque perversitatis conscientia exsuscitaretur. Affinxit V. D. τῷ παραπτώματι vim, quam τὸ παράπτωμα et ἡ ἁμαρτία neque habent neque possunt habere. Οὗ h. l. ad tempus referatur necesse est, *quo tempore*, *postquam* (cf. Eurip. Iph. T. v. 320. οὐ δὴ τὸ δεινὸν παρακέλευσμ' ἠκούσαμεν, | Πυλάδη, φανούμεθ'· et Romanorum *ubi* Liv. 3, 61.. Haec *ubi* inter signa peditum dicta dedit, avolat deinde ad equites —), ut recte fecerunt *Grot.*, *Corn. a Lapide*, *Kopp.*, *Rosenm.*, *Wahl.* al., de loco (quo loco) exponi plane non potest. Nam postquam P. conditam esse legem mos. *ut aliquid efficeretur* (ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα) scripserat, Apostolum *quid hoc effecto* consequutum esset, non *quo loco* tum alia res incidisset afferre debuisse facile est intellectu. Nimium igitur festinanter *Rueck.* *Grotii* interpretationem *mirum commentum* vocavit. *Beza*, *Grot.*, *Beng.*, *Rosenm.*, *Rueck.* al. verbo ὑπερπερισσεύω verbi πλεονάζω notionem per comparationem augeri et amplificari putant: ubi autem peccatorum abundantia exstitit, *major* (np. quam peccatorum) clementiae abundantia comparuit. Quod si P. affirmare voluisset, eodem v. retento ὑπερεπλεόνασεν (1 Tim. 1, 14.) pro ὑπερεπερίσσευσεν re postulante exarasset. Adde quod Deus Clementiae regnum non latius patere voluit quam Peccati, sed illud huic respondere (v. 21.). *Reichii* explanatio: *major* evasit clementia np. quam lege mos. non latâ evasura fuisset: vana est. Nam P. verba ejusmodi sunt, ut si ὑπέρ contentionem cum superioribus institui indicaret, τὸν πλεονασμὸν τῆς ἁμαρτίας et τὸ ὑπερπέρισσον τῆς χάριτος conferri cum *Beza* nobis existimandum esset. Comparationem temporis post promulgatam legem mos. cum tempore quo nondum illa scripta esset ne apice quidem P. significavit. Imo ὑπέρ ad verbum pertinet, cui praepositum est

Digitized by Google

ejusque notionem amplificat. Sic ὑπεραγαπάω notat *plus facio quam diligo* i. e. supra modum, impense diligo. Cf. ὑπεραιμόω, ὑπερπλουτέω, ὑπερθαυμάζω, ὑπερμεθύσκομαι, ὑπερυβρίζω et multa alia. Est igitur ὑπερπερισσεύω *supra modum, valde redundo.* Frequentavit hujus generis vocc. P. (ὑπερλίαν 2 Cor. 11, 5., ὑπερπλεονάζω 1 Tim. 1, 14., ὑπερπερισσεύομαι 2 Cor. 7, 4., ὑπεραυξάνω 2 Thess. 1, 3., ὑπερνικάω Rom. 8, 37., ὑπερυψόω Phil. 2, 9.), non quod iis delectaretur, sed quia vir vehemens naturâ duce sua cogitata gravibus v. enuntiavit. Cur Ap. ὑπερεπερίσσευσεν quam ὑπερεπλεόνασεν scribere maluerit, ejus rei rationes afferri possunt satis probabiles. Nempe ambiguum ὑπερεπλεόνασεν fuisset, quippe quod in hunc intellectum ferri potuisset: *superatam esse* peccatorum abundantiam abundantiâ clementiae (v. supra). Deinde περισσεύω, quia ipsum abundare notat, paullo fortius voc. est quam πλεονάζω, quod non nisi per comparationem eandem notionem complectitur: πλεονάζει plus adest np. quam quo opus sit, rei abundantia est. Hinc P. 1 Thess. 3, 12. περισσεύω ut gravius voc. post πλεονάζω collocat et de div. beneficentiâ disserens frequentius περισσεύω usurpat (v. 15. 2 Cor. 9, 8. Eph. 1, 8.) quam πλεονάζω (2 Cor. 4, 15.). Hîc quoque div. liberalitatis opulentiam gravi verbo declarare voluisse videtur. Fortasse etiam vocabulorum v. 15. πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ — εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε rationem habuit. — Prorsus perverterunt hunc l., qui, ut nuper *Jaspis.*, verbis οὗ δὲ ἐπλ. ἡ ἁμ. ὑπερεπ. ἡ χάρις *generalem* sententiam (v. not. ad v. 12.) subesse putarunt: „quo vero quis majorem peccando contraxit culpam, eo excellentius sese *exserit* beneficium, *ita quidem, ut* quemadmodum illa peccati labes per mortem imperium exercuit, ad eundem modum beneficium illud per veniam peccatorum *imperet* —. Scilicet quum Ap. verbis ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα rem nominaverit, quae ut efficeretur legem mos. Deus tulerit, deinceps *quid illâ re effectâ* factum sit divinitus *et quâ mente* docere debet. Deinde P. v. aliter capi nequeunt, quam supra a nobis explicata sunt; ista sententia aliis v. exprimenda erat, poterat autem his: ὧν δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία εἰς τούτους ὑπερπερισσεύει ἡ χάρις. Tum detestabilem vocem, quam facinorosi Christiani perditis moribus praetendissent, *quo plurium peccatorum culpam homo christ. sustineas, eo excellentius sese exserere div. beneficium in improbe factorum veniâ positum*, ne potuit quidem P. edere, vir sanctissimus (3, 5.—8.) et cujus sententiam omnibus l., in quibus de τῇ δικαιοσύνῃ disputavit, diligenter excussis hanc fuisse

Digitized by Google

appareat: peccatorum quae priusquam in Christi te disciplinam tradideris commissa sint veniam Christum peperisse; sed quae in Christi coetum receptus et bene et male feceris, eorum te et praemia et poenas a Christo judice integras laturum esse (v. supra p. 45. sq. cl. Rom. c. 6. 2 Cor. 5, 10.). Postremo, ne plura addam, ἵνα v. 21. non valet *ita ut*, sed *eo fine ut* pendetque ab ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. — *Luther., Erasm., Beza, Heum., Cramer.* al. ἐν τῷ θανάτῳ pro εἰς τὸν θάνατον collocatum esse putarunt, quia εἰς ζωὴν αἰώνιον verbis ἐν τῷ θανάτῳ opponi sibi persuaserant. At respondent verbis ἐν τῷ θ. vocc. διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον *per integritatem valentem ad vitam sempiternam*, i. q. διὰ δικαιοσύνης ζωῆς αἰωνίου (v. v. 18.), quod ob Genitivorum concursum ingratum esset. *Imperium exercuit Peccatum per mortem* (ἐβασίλευσεν ἡ Ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ) np. Adami culpâ, διὰ τοῦ Ἀδάμ (v. antithesin διὰ Ἰ. Χρ. cl. v. 12. 15. — 18.), quum ad supplicium datis peccatoribus per mortem velut ministrum vim suam expromeret. Item Deus Clementiam imperium exercere quantumque posset ostendere voluit per donatam integritatem perennis vitae procreatricem, Christi beneficio. Recte sane *Mortem* per edita facinora dominatam esse (ὁ Θάνατος διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐβασίλευσεν v. 14. 17.), vicissim contenderes; haec enim Mortem tyrannum, qui in homines grassaretur, constituerunt. Sed haec sententia ab h. l. alienissima est, ubi τῆς Ἁμαρτίας vis ac potentia declaranda erat. Collatio (ὥσπερ — οὕτω) ad utriusque regni fines eorumque ambitum pertinet. Itaque P. haec dicit: Mosis autem lex ad peccata quae morte punirentur (v. 12. 15.) hoc fine divinitus adjecta est, ut abundantia peccatorum nasceretur. Natâ autem (per legem mos.) abundantiâ peccatorum, eximia redundantia exstitit clementiae, ut quemadmodum imperium habuisset (quod latissime patuisset) *Peccatum* per mortem (Adami culpâ), ita etiam Clementia (amplissimum) imperium haberet per integritatem perennis vitae matrem, Jesu Chr., domini nostri beneficio. *)

CAP.

*) Ceterum non ut Christianis, qui olim Judaei fuissent, eorumque opinionibus deserviret, sed prorsus ex animi sententiâ haec (v. 12. —21.) Paulum disputasse negari non potest. Nam quae de Adamo, mortis physicae auctore, v. 12. 15. 17. 21. perscripsit iis consentanea sunt, quae in Genesi (c. 2. et 3.), libro div., traduntur. Quamobrem dubitari non potest, quin re in libro div. memoriae prodîtâ disciplinam suam accurate fundatam esse Ap. existimaverit.

Digitized by Google

CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Inepte ex iis, quae modo diximus 5, 20. 21., hanc flagitiosam sententiam erueres: *est hominibus christ. in peccando perseverandum, quo copiosior et opulentior exsistat div. clementia* (v. 1.). Nam quum homines christ. ii simus, qui vitam peccatis dicatam posuerimus, nostrum ipsi ingenium exueremus, si Christiani facti peccata nobis indulgeremus (v. 2.). Quippe nemo ignorat, quotquot baptismo initiati sumus Christo, Christi morti (quam reditus ex inferis sequutus est) tum quum lavaremur, oppetitae initiatos esse (v. 3.). Sepulti *igitur* (i. e. quia Christi mors quum baptizaremur, mersu in aquam, sepulturae simulacro, nobis illata est v. 3.) sumus Christi (qui funeratus in vitam rediit) exemplo, ut quemadmodum *in vitam* (physicam) *restitutus est* Christus ex inferis Dei majestate, ita nos quoque *novam* vitam ageremus (v. 4.). Neque enim metuendum est, ne qui mortis societatem cum Christo iniimus, in vitam reditus societatem repudiemus (reviviscemus igitur v. 5.). Jam reputabimus, *veterem* nostram quae peccavit personam velut crucis supplicio quo Christus affectus est periisse, morte autem affectum non peccare (v. 7. Hinc ita reviviscemus, ut in vitam restituti non *pristinam*, aut flagitiosam, vitam degamus — qui enim vetus persona peccet interfecta, quum homo mortuus non peccet? — sed *novam* et honestam vitam vivamus. cf. v. 4.). Si autem mortui sumus cum Christo (scil. eo quod vitam impuris studiis inquinatam posuimus v. 2 sq.), etiam victuros nos vitam qualem Christus habeat credimus (v. 8.) neque Christum vitae redditum non iterum moriturum esse ignoramus (i. q. *hoc est novam vitam nos perpetuam vitam habituros esse* non nescimus v. 9.). Mors in Christum *non amplius* dominatur (v. 9.). Nam quam occubuit mortem, ea ad peccatum (ad peccati amotionem) pertinebat semel

---

Deinde quod P. Deum a rerum primordiis usque ad Christi tempora omnia consilia eo rettulisse, ut peccatorum veniam aliquando hominibus per Christum daret indicavit (v. 12. 14. 20. 21.), hoc eum non offendet, qui Paulum omnia ad hanc sententiam revocasse consideraverit: non aliunde homines salutem petere posse, nisi a Dei clementiâ, quae patrata peccata oblivione obruat aut a fide in Christo collocatâ, quique Apostolum malefactorum conscientiam momordisse meminerit, quibus olim religionem christ. h. e. salutare Dei institutum inimice insectatus esset (1 Cor. 15, 9. 1 Tim. 1, 13.). Porro ne P. h. l. ad jud. opiniones descendisse putemus, tum hujus disputationis ubertas et subtilitas tum magnum studium impedit, quo div. clementia celebratur v. 15. 17. 20. Neque in oratione ad lectorum opiniones accommodatâ P. sententiam posuisset ejusmodi (v. 20.), quae ne morum perversitati a Christianis praetenderetur longâ disputatione c. 6, 1. — 7, 6. cavendum esset. Hîc interpreti subsistendum; nam paullini dogmatis censura Theologis in disciplinâ dogmaticâ agenda est. Quod opus censorium qui interpretes recipiunt in alienam provinciam male invadunt committuntque, quod hoc maxime tempore sedulo vitandum est, ut partium theologicarum cupiditas, odia et convicia in Theologiam exegeticam importata interpretationis veritati noceant et factionum studiis implicati cupiditateque occaecati explicatores minus intelligant, quid scriptores s. *dixerint*.

Digitized by Google

oppetenda (quî igitur mors iterum Christum affligat?); quam autem vitam vivit, ea ad Deum, numen *sempiternum* refertur (v. 10. non igitur verendum est, ne Christus Deo vivens aliquando moriatur). Sic (h. e. ut Christus peccato semel mortuus Deo vivit) vos quoque, Romani, existimatote vos mortuos peccato, viventes Deo (v. 11.). Quum *igitur* refutatâ, quam v. 1. posuimus, objectione v. 2 sqq. vos ex vitâ turpitudini consecratâ piam quae Deo dicetur, vitam iniisse in promtu sit (v. 11.), enitimini, ut vos improbitati valedixisse, Deum aut virtutem totos amplexos esse ex vitâ vestrâ et moribus possit cognosci (v. 12. 13.). *Nam* ut Peccatum vos gubernet vos non concessuros esse ex eo confido, quod (estis enim homines christ., non Judaei) non legi mos. paretis (cui ut Peccato regnum amplificaretur promulgatae 5, 20. 21. qui obtemperant excusate peccare videantur), sed div. clementiae (v. 14. ad quam qui confugerit eum vitam, quam improbitati consecret, nullam habere ostendimus 6, 2 sq.). At ob id ipsum, inquit, peccare nobis licet, quod non legem mos., sed div. Clementiam, quâ nihil benignius est, rectricem habemus. Haec objectio absurda est, quum *hominem christ. exuat* qui peccandi licentiam sibi sumat (v. 15.). Nempe, si *morum* rationem habueris, aut Peccato aut Pietati servias necesse est (v. 16.). Atqui (quae Dei benignitas est grato nobis animo celebranda) e Peccati ministris doctrinae christ. alumni exstitistis et in libertatem a Peccato vindicati *emancipati* estis Pietati (v. 17. 18.). Humanâ voce utor propter ingenii vestri tarditatem animique hebetudinem. Nempe (ut rem accuratius explanem) quemadmodum exhibuistis membra vestra *emancipata* Impuritati et Improbitati hoc effectu, ut improbe facta quae patrastis nascerentur, ita nunc exhibete artus vestros *emancipatos Probitati*, ut sancti fiatis ex pollutis (v. 19.). Scilicet quum servi essetis Peccati, *liberi eratis Honestati*, quam nihil curabatis (v. 20.). Nulli *igitur* (h. e. ut unde profectus sum eo revertar v. 17. 18.) vobis prava studia, quae olim exercita nunc vobis rubori sunt, quippe in mortem exitura, emolumento erant; sed nunc vitae ratione commutatâ emolumentum vestrum habetis sanctitatis spem, exitum autem rei vitam aeternam (v. 21. 22.). Nam ita res comparata est, ut Peccatum nummos, quos peccando merueris, tibi mortem persolvat, Deus tibi (quum nullum ornamentum merueris) dono det vitam sempiternam Christi interventu (v. 23.).

V. 1. *Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμένωμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ;* 2. *μὴ γένοιτο· οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ;* 3. *Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν [Ἰησοῦν], εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν;* 4. *Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.* 5. *Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα,* 6. *τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ·* 7. *ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.* 8. *Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν*

Digitized by Google

σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ, 9. εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. 10. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ θεῷ. 11. Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Quae P. 5, 20. dixerat, ex iis ne impuri Christiani hanc detestabilem sententiam elicerent: *est homini christ. in flagitiis perseverandum, ut Deus clementiae suae opulentiam ostendere possit*, verendum erat. Poterant enim homines leves et facinorosi ita argumentari: multiplicata hominum peccata per legem mos. *olim* Deus voluit, ut clementiae redundantia gigneretur 5, 20. Cur suam liberalitatem *nunc minus* nobilitare velit haud sane perspicimus. Agite igitur, gratificemur Deo nequiter vivendo! Neque defuerunt, in quibus tanta improbitas esset et insania. (Jud. 4.). Iesuitarum dogma est: *utile est multum peccasse, quia ita post actam poenitentiam augescit div. gratia*, v. Acta eruditorum a. 1710. p. 442. Similiter *Amsdorfius* recte facta sempiternae vitae adeptionem non adjuvare, sed impedire perhibuit! Ne quis igitur illam impuram et flagitiosam sententiam e superius dictis 5, 20. erutam defenderet, quod peturbate et improbus Christianus ex illo l. efficere posse videretur, P. *sibi ipse* objecit v. 1., ut redargueret v. 2—7, 6. Utrum Ap. Judaeorum (*Limb.*, *Boehm.*, *Tholuc.* al.), an Christianorum conclusiunculam v. 1. posuerit, de eo interpretes inter se dissentiunt. Quibus hoc placet, rursus de eo contendunt, utrum quorum objectio afferatur Judaei olim an pagani (*Taylor.*) fuerint. Quae tota disputatio fundamento destituta est. P. enim neque obloquutorem nescio quem induxit, neque aliorum hominum se vocem aut sententiam memorare significavit, sed ejusmodi verbis usus est v. 1. et 15., quae eum id posuisse docèant, quod ne homines leves et scelesti ex 5, 20. ducerent, metuisset. Quo dixi modo c. 6. cum fine c. 5. cohaerere plerique interpretes concesserunt. Nam verbis ἐπιμένωμεν τῇ ἁμ., ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; ad vocc. 5, 20. οὗ δὲ ἐπλεόν. ἡ ἁμ. ὑπερεπ. ἡ χάρις respici longe apertissimum est. Igitur *Grotii* opinio, qui Ap. quae 3, 8. tetigisset, praemissis c. 3, 9—c. 5, 21. quae uberiorem rei expositionem praepararent, nunc 6, 1. sq. persequi (quid igitur dico? an hoc dico: perseveremus —? v. infra) putavit, perpaucis VV. DD. probata est. Nempe manifestum est, P. hoc capite non se lectoribus pur-

Digitized by Google

gare, sed hoc sedulo agere, ne suam vocem 5, 29. per cavillationem turpitudini obtenderent (v. 11 — 14. 19. cl. 7, 6.).

V. 1. Ἐπιμενοῦμεν] ἐπιμένωμεν A. B. C. D. E. F. G. gr. 31. 37. 46. al. Copt. Clar. Germ. Damasc. al. (ἐπιμείνωμεν, quod *Grot.* probavit Mt. q.) ἐπιμένομεν 1. 57. 68. Mt. c. b. e. f. g. al. Perplacuit ἐπιμένωμεν *Millio* Prol. §. 986, nuper *Griesbachio* ed. med. et *Knappio* receptumque est in ordinem a *Griesb.* ed. min. et *Lachm.*. Recte. Superquam enim quod in optimis Cdc. ἐπιμένωμεν legitur magis etiam firmatur lectionis varietate (nihil est enim ἐπιμείνωμεν et ἐπιμένομεν, nisi ἐπιμένωμεν depravatum) augeturque suspicio, ἐπιμενοῦμεν ex ἐροῦμεν per librariorum festinationem natum esse. Sonorum similitudinem (τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν —;) P. ipsum captasse (v. supra 2, 17. et Gal. 4, 14. cl. meâ de nonnullis P. ad Gal. ep. l. comment. tertiâ p. 16. Rost. 1834. 4.) credi posset, si qui libri ἐπιμένωμεν habent ἐπιμενοῦμεν continerent. Ceterum leve est sensus discrimen. Ἐπιμενοῦμεν hanc vim habet: quid ergo dicemus (ex ante dictis 5, 20. cogemus?)? num *adhaerescemus* (wollen wir verbleiben) *peccatis* (nam ἡ ἁμαρτία v. 1. 2., sicut 5, 20., collective dicitur), ut clementia abundet? Ἐπιμένωμεν hoc dicit: quid igitur concludemus? *adhaerescamusne* (sollen wir verbleiben) peccatis, ut —? (v. 1 Cor. 11, 22. *Herm.* ad Vig. p. 742.). *Grot.* P. v. sic cepit: τί οὖν ἐροῦμεν; ἐροῦμεν ἐπιμένωμεν —; (quo pacto Conjunctivus adhortationi inservit): quid ergo est quod dicimus (nos i. e. ego, P.)? an ista dicimus (hoc est λέγομεν, non ἐροῦμεν), quae Judaei de nobis spargunt: *perseveremus* —? [Cic. Tusc. III, 32, 77. — quid dicemus, Cleanthe? num in illâ re — mali nihil fuisse?] Flumen haec interpretatio ex errore, quem supra ostendimus. Sed ne tum quidem *Grotii* explicatio ferri potest, quum Pluralem simul ad P. simul ad homines christ. rettuleris. Neque enim P. operam dat, ne homines christ. *dicant*: ἐπιμένωμεν τ. ἁ. ἵ. σ. χ. πλ., sed ne in malo agendo, ut div. benevolentia abundet, perseverent. Ponitur autem τί οὖν ἐροῦμεν; non ibi tantummodo, ubi quid jam *dicere* aut *effari* possit aliquis exquirit, verum etiam tum, quum quid jam *in disputando dicere* h. e. *ex antegressis colligere* possit aliquis percontatur. Ibi formula *quid ergo est? quid ergo inde efficitur?* notat (7, 7. 9, 14.). Sic h. l., ubi percontationem *quid igitur dicemus* (e superioribus eruemus)? nova et quae sui juris sit interrogatio excipit: *Num adhaerescamus* —? Humani quid passus est *Winer.*. Nam gr. p. 234. ἐπιμενοῦμεν Indicativum. Praesentis ejusque Con-

junctivum ἐπιμενῶμεν (sic) fecit, quum v. ἐπιμενέω s. ἐπιμενόω excogitasset.

V. 2. Detestatur P. sententiam v. 1. ut absurdam, quia hoc vehementer repugnet, eosdem homines christ. et vitam peccatis dicatam *deposuisse* et *adhuc* in peccatis *vivere*. Οἵτις rationem reddit (v. supra p. 73. 1, 32. 2, 15. Gal. 2, 4. al.): *quippe qui mortui simus* — i. q. *quum* mortui simus —. Syr. Clarom. (qui enim) al. οἳ γάρ exprimunt. Qui aut οἵτινες liberius verterunt, aut, quod magis credo, glossema οἳ γάρ reddiderunt (Vulg. *si enim*, εἰ γάρ, quod ex οἳ γάρ natum est). Hinc F. G. οἵτινες γάρ. Πῶς, *quî*, ut Gal. 4, 9., posteriorem notionem (ἔτι ζῆν ἐν τῇ ἁμ.) cum priore (ἀποθανεῖν τῇ ἁμ.) minime congruere designat. Ἀποθνήσκω τινὶ πράγματι *rei mori* detractâ similitudine *se a re sevocare*, *rei valedicere*, *commercium quod tibi cum re intercesserit abrumpere* valet (7, 4. Gal. 2, 19. 1 Petr. 2, 24. Porphyr. de abstin. ab esu anim. I, §. 41. p. 68. ed. Rhoer. τί δὲ ἕδει καὶ μαραίνειν τὰ πάθη καὶ ἀποθνήσκειν ἀπ' αὐτῶν —;). Illustrant l. a *Casaubono*, *Grot.*, *Elsn.*, *Koppio* al. congesta, quibus de *morte philosophorum* agitur, Pauli *loquutionem* ἀποθνήσκω τινί (quod *Reich.* negavit), non sententiam. Nam illam philosophorum mortem obit qui animum a corpore abducit, mortem de quâ P. loquitur adit qui sacrâ lotione initiatur (v. 3.). Ζῆν ἐν τινι πράγματι worin leben und weben, demtâ similitudine *intentum studium rei dicare*, *rei vehementer studere* declarat. Cf. Aelian. V. H. 3, 13. ζῆν ἐν οἴνῳ Diod. Sic. 5, 40. ἐν πότοις καὶ ῥᾳθυμίαις ἀνάνδροις βιοῦν., 2 Cor. 4, 2. Eph. 2, 10. 4, 17. Col. 3, 7. al. v. 6. et 8. περιπατεῖν ἔν τινι πράγματι. Cic. ad Fam. 9, 26. Vivas, inquis, in literis. Sic igitur P. disputat: Ne Christi alumni clementiae div. abundantiam evocaturi peccatis adhaerescamus (μὴ γένοιτο). Qui *posuerimus vitam* peccatis dicatam, quî tandem fieri poterit, ut adhuc in iis vitam agamus. (C. paucique alii ζησωμεν habent i. e. quî tandem adhuc *vivamus*?). Eâdem argumentandi formâ Ap. utitur Col. 2, 20. *Posuisse* homines christ. vitam peccatis dicatam *quum sacro lavacro initiarentur* P. ipse dicit v. 3. 4.. Unde eae hujus vs. explicationes repudiandae sunt, quae cum v. 3. et 4. pugnant, ut *Chr. Fr. Schmidii*, ut *Rosenmülleri*, ut portentosa *Flatti*. Ceterum haud pauci interpretes v. 2—11. Christi beneficia, per sacram lotionem in homines christ. collata enarrari crediderunt. Unde hunc vs. sic exposuerunt: quum mortui simus peccatis [np. per Christi virtutem, quocum per fidem coaluimus v. 3. 5.], quomodo adhuc vitam iis consecrabimus? Quae opinio cupide a *Calvino*, *Beza* al. exornata propterea rejicienda est, quod

Digitized by Google

neque obtineri potest, nisi nonnulla l. perverteris (v. infra), et male conclusam disputationem inducit. Nempe posita v. 1. objectio non eo refellitur, quod vires nobis Christus inseverit, quibus dedecori obsistere virtuteque Deum colere possimus v. 2. — 11., quoniam turpitudinem nobis deponendam virtutique operam dandam esse inde consequatur v. 12. 13.. Possunt enim haec ab improbo homine obtendi: illas a Christo suppeditatas vires in vitae sanctitatem conferendas esse tum demum concedendum est, quum Christianis nefas esse in male agendo pergere, ut div. clementiam illustrem reddant, demonstratum sit. Possunt enim illae Christi dotes et intima quae nobis cum sanctissimo viro societas est hanc vim habere, ut vitae honestatem appetant, qui Dei honori minus consultum voluerint, peccatis indulgeant, qui Deo gratificari decreverint. Contra objectio v. 1. exploditur, si P. Christiani notionem hominis, qui perditos mores valere jusserit, cogitatione absolvi e sacrae lotionis vi h. l. docet. Hinc enim efficitur hominis christ. ingenium exuere, qui sacrâ lotione initiatus quocunque praetextu peccata sibi indulgeat.

V. 3. Constituit nunc P., qui vitam peccatis dicatam *posuerimus* (v. 2. ἀπεθάνομεν τῇ ἁμ.) dicitque neminem ignorare susceptâ sacrâ lotione id a nobis *factum esse*, quae quum illationem mortui in sepulcrum per ambages significet mortuum existimandum esse illâ lotione initiatum facile intelligi. Formulae ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι —; (7, 1.) ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι —; (1 Cor. 6, 2. 9. 16. 19. Rom. 11, 2.), οὐκ οἴδατε, ὅτι —; (v. 16. 1 Cor. 6, 15. 9, 24.) rem in vulgus notam et quam nescire turpe sit afferri indicant. εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν] Frequentat P. Χριστὸς Ἰησοῦς (v. v. 11. 23. 1 Cor. 1, 2. 4. 30. Gal. 3, 14. 1 Thess. 2, 14. al.). Sed h. l. Ἰησοῦν mihi suspectum est. Nam omittunt Ἰησοῦν B. 31. 39. Mt. h. k. q. Chrys. al.; transponit 80. Ἰησοῦν Χριστόν. Praeterea εἰς Χριστόν commendant v. 4. Χριστός v. 8. σὺν Χριστῷ et v. 9. Χριστός. Quare Ἰησοῦν cancellis circumscripsi. Sed male Mt. h. k. 8. invertunt εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν. Neque enim primarium pondus v. εἰς Χριστόν habent, ut Ap. *Christo* (non alii) baptismate initiatos *ejus morti*, quam quum lustrarentur adiissent, initiatos esse dixerit, sed voc. ἐβαπτίσθημεν. Ostendendum enim est, homines christ. ex vitâ peccatis dicatâ tum excessisse quum *baptizarentur*: a vitâ, inquam, nequitiae consecratâ discessimus (v. 2.). An ignoratis, quotquot *baptismo initiati* simus Christo, ejus morti, quam tum occubuerimus, baptismate initiatos esse? i. q. quemvis nostrûm quam dixi mortem suscepto *baptismo* oppetiisse

Digitized by Google

nonne in vulgus constat? Non est ὅσοι fortius, quam h. l. foret οἵτινες (*Tholuce.*). "Οσοι ἐβαπτίσθημεν est *quot-quot lustrati sumus* i. e. *nos cuncti qui lustrati sumus*, οἵτινες ἐβαπτ. *quiqui lustrati sumus* h. e. *nos singuli qui lustrati sumus* (Gal. 5, 4.) hîc idem prorsus diceret. Loquutio βαπτίζω τινὰ εἴς τινα (εἴς τι) per se non minus late patet, quam vernacula Jemanden auf Jemanden (auf etwas) taufen. Non enim nisi hanc generalem notionem complectitur: aliquem aquae ita immergere, ut ejus cogitationes in aliquem (aliquid) dirigas; Jemanden unter Beziehung, Hindeutung auf jemanden (etwas) taufen. At multis de causis ei qui lavatur res memorabilis monstrari potest, v. c. ut in aliquo fidem collocet, ut aliquem ducem sequatur, ut aliquid pie revereatur, ut aliquid effectum reddat, ut aliquid sibi evenisse sciat et sic porro. Quare quum quae monstratae rei ratio sit formula ipsa non aperiat, contexta oratio aut res, cur lavantes aliquem digitos ad aliquid intenderint, manifestare debet. Sic dubitari non potest, quin βαπτίζω τινὰ εἰς Χριστόν (Gal. 3, 27.) *aquae aliquem sic immergere, ut animum ad Christum applicare eum jubeas* valeat ita aliquem aquâ lustrare, ut *Christo fidem habendam esse* ei significes (Act. 19, 4.) et βαπτίζω τινα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος *) (Matth. 28, 19. cl. Act. 8, 16. 19, 5. 1 Cor. 1, 13. 15.)

*) Infelici conatu *Bindseilius* (v. Theol. Studien u. Kritiken 1832. p. 410. sqq.) *Clerici* vestigiis ingressus hanc loquutionem sic explicuit: *immergendo aliquem ad patris — nomen adducere* i. e. *baptismo efficere, ut aliquis patris — sibi nomen indat.* Quam opinionem his argumentis firmare studuit: I. homines sacrâ lotione lustratos ex iis nuncupatos esse, quorum nominibus initiati fuissent ex 1 Cor. 1, 12. 13. patet: II. inveniunt homines christ. quum lavantur nomina a Deo, Christo et Spiritu s. ducta. Vocantur enim υἱοὶ τοῦ θεοῦ, δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ et πνευματικοί: III. Apud Hebraeos, Syros, Poenos aliasque nationes multi ex Diis appellati sunt (v. *Gesen.* ad Jes. 7, 6. et Geſch. d. hebr. Spr. u. Schrift p. 225. sqq.): IV. commendant propositam interpretationem formulae rabbinicae (לשם עבדות) לשם עבד" פ טבל. Quâ disputatione nihil vidi levius. Nam I. ipsa interpretatio ejusmodi est, ut nemini in mentem venire debuerit, quum nominis impositio in veteribus linguis *ad nomen adductio* neque vocata neque cogitata sit: II. non potest vera esse loquutionis βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομά τινος explanatio, nisi quam omnibus ejusdem generis formulis adhibere liceat. At *Bindseilii* opinio ad multas phrases accommodari nequit, v. c. βαπτίζεσθαι εἰς Χριστόν, εἰς ἓν σῶμα, εἰς μετάνοιαν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, טבל פ" לשם עבדות, מוכל פ" לשם הר גריזים. Nam ut aliquem ad *servi* nomen quo *Bindseilio* placuit sensu adducas, tamen qui ad *servitutis* nomen aliquem adducere queas non apparet: III. in coetu corinthiaco aliòs se *Paullinos*,

Digitized by Google

baptismate aliquem initio *monstrans* (reverendum, opinor) *patris, filii et sp. s. nomen* (unter Hindeutung auf den [anzuerkennenden] Nahmen des —) notet *lustro aliquem reverentiâ, quae patris — nomini debeatur, eum obstringens.* Item in promtu est, Samaritanos quum suos לשם יהוה גריזים (digitis ad montem Garizim intentis, mit Beziehung auf den Berg G.) circumciderent (v. *Schoettgen* Hor. hebr. I, 239.), homines hâc lege circumcidisse, ut montem Garizim consecratum montem existimarent sacrisque ibi faciendis obstringerentur. Sed Israelitae 1 Cor. 10, 2. εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίσαντο [boni Cdd. ἐβαπτίσθησαν] *Mosen* (quem ducem nimirum sequerentur) *intuiti* (unter Hinblick auf M.) *lavacro se subjecerunt* h. e. (quum nubem sequerentur et mare transirent) baptismum susceperunt, quo Mosi se submitterent. (Cf. ὀμνυμι εἰς Ἱεροσόλυμα Matth. 5, 35. juro *Hierosolyma intuitus* i. e. *per* Hierosolyma. Advertimus enim rei, per quam juramus, animum. Contende etiam Romanorum formulas *jurare in verba alicujus, in nomen principis, in alicujus obsequium*, quarum rationem et sensum superius dictis usus facile perspiciat). Lectionem ἐβαπτίσθησαν amplexo sic explicandum est: Israelitae quum Moses iis (dux) monstraretur lavacrum experti sunt divinitus nubi et mari i. e. obsequio Mosi praestando divinitus alligati baptismate sunt, quod nubi subjecti et transitu per mare facto subierunt. Phrases rabbinicae de servorum lustratione

---

alios *Petrinos*, alios *Christianos vocasse* male sumsit *Binds.*. Εἶναι τινός valere *alicujus esse* h. e. *alicui addictum esse* tralatitium est. Unde alii se cum Paulo aliove magistro, alii cum Christo facere dictitarunt 1 Cor. 1, 12. Non igitur Ap. versum 13. adjecit, quod veritus esset, ne qui, quod nonnulli se Paullinos Corinthi appellarent, Paulum suo potius quam Christi nomini homines baptismo initiasse suspicarentur. Imo duabus rationibus Corinthiorum vanitatem redarguit. Primo absurdam esse eorum orationem, quorum alii doctoris christ., alii Christi se assectatores perhiberent, inde demonstrat, quod *unus* sit Christus, qui omnia servatoris officia *solus* obierit. Nempe non absona illa oratio videretur, si Christus et Apostoli divisis inter se partibus Messiae muneribus conjunctim functi essent, v. c. si Christus homines instituisset, Apollonius vaticinatus esset, Petrus messiana miracula edidisset, Paulus hominum peccata expiaturus in crucem actus esset (μεμέρισται — ὑπὲρ ὑμῶν.). Sic enim etiam Apostolis, non solum Christo, messiana majestas inesset. Deinde eum esse dominum observandum, cui sacro baptismi ritu initiatus sis, h. e. Christum, Ap. monet (ἢ — ἐβαπτίσθητε;): IV. Nomina a Diis repetita, ad quae *Binds.* provocavit, *propria* sunt, ut *Hannibal, Hasdrubal, Abdiel, Obadjah, Ithabal* (v. *Gesen.* l. c.), contra υἱοὶ τοῦ θεοῦ, δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ et πνευματικοὶ *appellativa* nomina sunt et quae fide potius ac pietate comparentur, quam baptismo acquirantur.

Digitized by Google

usitatae (לְשֵׁם גר טבל פ׳ לשם עבר: לשם בן חורין) et (לשם חירות: לשם עבדות גרות לשם טבל פ׳ [loca rabbinica suppeditat *Seldenus* de jure nat. et gent. (c. 3. init. p. 152 sq. Lond. 1640. f. et *Vitringa* s. Obs. libr. III. c. 22. p. 324. Franeq. 1641. 4.] quo jure cum N. T. formulâ *βαπτίζω τινὰ εἰς τὸ ὄνομά τινος* collatae sint nunc videamus. Haec autem iis vis subest: in aquam aliquem mergo *in proselyti, servi, liberi nomen* (quod ei nempe gerendum sit) *ejus animum dirigens* (*ad proselytismi, servitutis, libertatis nomen, rem ei memorabilem, attendere eum jubens*) i. e. hâc aliquem lege aquae immergo, ut proselytus etc. et sit et vocetur, ut proselytismi nomen sibi, quippe futuro proselyto, permagni momenti esse judicet. Quamobrem loquutiones rabbinicae cum N. T. formulâ eo congruunt, quod eandem constructionis et formam habent, et, si illam in universum spectaveris, rationem, sed sensu cum eâ discrepant. Nam Christianis in sacrâ lotione naturarum nomina ostenduntur, quas et esse profiteantur et pie colant; servis judaicis nomina monstrantur, quae quod iis inter Judaeos jus futurum sit per ambages portendant. His disputatis ceterae N. T. formulae, quae ad idem genus pertinent, facile expediuntur. 1 Cor. 12, 13. *ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν nos omnes quum ad unum corpus* (quod nempe efficeremus v. 20. 27.) *animum advertere juberemur loti sumus* idem declarat, quod *lotio in nobis peracta hanc nobis legem injunxit, ut unum corpus efficeremus.* His v. proxima vocc. P. de industriâ conformavit *πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν*, quibus ante dictorum 10, 4. manifesto ratio habetur. Explana: *omnibus ita potus datus est, ut unus spiritus* (np. potus praebitor) *nobis monstraretur* (alle sind wir unter Hinweisung auf einen Geist [der Gabe Darreicher] getränkt worden) i. q. omnes unius spiritus dotibus recreati sumus. Quam *Lachm.* lectionem recepit *πάντες ἓν πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν* apertum est vulgatae scripturae glossema. Act. 19, 3. homines *εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε;* (quo igitur quum lavaremini animum appellere jussi estis? i. e. quâ igitur re baptismate alligati estis?) interrogati respondent *εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα* ad lavacri Johannei *argumentum* mente nostrâ directâ loti sumus i. e. eâ re alligati sumus baptismo, quâ qui Johannis lavacrum subeunt alligantur. Act. 2, 38. non v. *βαπτίζεσθαι ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰ. Χρ.*, sed vocc. *βαπτίζεσθαι εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν* integram loquutionem constituunt: *ita lavari, ut* (futura) *peccatorum venia tibi monstretur*, unter Hinweisung auf (zu erwartende) Sündenvergebung (cf. Marc. 1, 4. Luc. 3, 3. *βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν*). Verba autem *ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰ. Χρ.* declarant

Digitized by Google

Jesu Chr. auctoritate, qui sacram lotionem sanxit Matth. 28, 19.. Item Act. 10, 48. *βαπτίζεσθαι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου, domini auctoritate lustrari* significat. Matth. 3, 11. *βαπτίζω τινὰ εἰς μετάνοιαν* valet immergo *aliquem poenitentiam ei monstrans* (quâ opus sit), i. e. poenitentiâ agendâ aliquem obstringo. Potest hîc *εἰς* de consilio capi (baptizo aliquem, *ut resipiscat*). Cf. ad Matth. p. 134. Sed quia haec *interpretatio* ad omnia l., in quibus est *βαπτίζω τινὰ εἴς τινα* (*εἴς τι*) aut similis loquutio, accommodari nequit eam nunc repudio. Restat nostro l. formula *εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν*. Quae sane, si eam solam spectaveris, sic enarrari potest: ita in aquam mersi sumus, ut Christi mors (ad abolenda hominum peccata a servatore oppetita), quam pie agnosceremus nobis commonstraretur h. e. hâc lege baptismo initiati sumus, ut Christum ad scelera nostra expianda mortem adiisse pie fateremur 4, 25. (v. *Grot.*). Verum enim vero et cohaerentia hanc interpretationem respuit neque homines christ., ut salutarem Christi mortis vim profiterentur, baptismate tum separatim obligatos esse doceri potest (v. *Reich.*). Quin aut Deo, Christo et Spiritui s. Christiani baptismate initiati sunt (Matth. 28, 19. cl. Act. 19, 2. 3.), aut uni Christo (Act. 8, 16.). Nempe qui Christo se religiose dediderit, totam servatoris disciplinam probarit necesse est. Non minus v. hanc explicationem admittunt: sic lustrati sumus, ut in Christi mortem *nobis imitandam* nostra mens dirigeretur h. e. hoc in nos baptismate recepimus, ut Christi mortem imitemur, quum quemadmodum Christus animam exspiravit sic nos vitam turpitudini consecratam deponamus (v. *Schoettgen.*, *Stolz.*, *Reich.*, *Koelln.* al.). Sed huic quoque explanationi contexta oratio refragatur, unde baptismum non eo spectasse, ut mortem, quâ probro et dedecori valedicamus, baptizati meditemur, sed ut hâc morte, quum baptizaremur, *affectos nos esse* reputemus (v. v. 2. *ἀπεθάνομεν* et v. 4. *συνετάφημεν*), manifestum est. Superest igitur, ut sic exponamus: in Christi mortem *nobis quum lavaremur oblatam* animo nostro directo loti sumus i. e. hanc quod subiimus lavacrum vim habuit, ut Christi mortem nobis quum lavaremur illatam fuisse ipsâ re admoneremur. Quod P. dictum sententiamque v. 4. ex eo collectam ne secus intelligamus, ad Pronomen *αὐτοῦ* nobis attendendum est. Nam *Christi* mortem eam dixit, quam *reditus in vitam* (v. 4.) sequutus sit. Scilicet immersio totius corporis in aquam in baptismo tum usitata (*ἡ κατάδυσις*: v. *Suic.* Thes. eccles. I, 259. sq. et *Usterii* Entwickl. p. 224.) Paulo interprete Christi mortem oculis eo subjicit, quod mortui amotionem

Digitized by Google

in sepulcrum repraesentat (v. 4.), docetque baptizatos vitam sceleribus dicatam deposuisse, sicut Christus moriens vitam humanam posuisset; contra emersus ex aquâ baptismo peracto (ἡ ἀνάδυσις) Christi in vitam reditum imitatur, nisi quod Christus rellicto sepulcro vitam vixit paullo ante depositam, nos postquam e baptismi undis tanquam e sepulcro emersimus in novâ vitâ, quae sanctitati dicanda sit, positi sumus (v. 4.). Christum ipsum baptismatis caerimoniam in hanc partem interpretatum esse demonstrari nequit, sed apta tamen est quam P. posuit interpretatio. Certe hoc fine sacra lotio instituta est, ut qui eâ perfundatur suas sordes quum eluerit sancte se victurum esse per ambages ostendat (Eph. 5, 26. sq. Tit. 3, 5.), sive, ut Pauli similitudine utar, sepulcro se condi patiatur peccatis mortuum, unde resurgat virtuti victurus. Item ἡ κατάδυσις sepulturae, quâ mortuus afficiatur, ἡ ἀνάδυσις reditus in vitam simulacrum mente facile concipitur. Credibile est, illam sacri ritus interpretationem tum temporis pervulgatam fuisse; sin minus, P. quidem bis literis proditam (Col. 2, 12.) saepe quum ore voceque homines institueret proposuit. Nam eam commemorat ut nemini ignotam (ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι —;). Qui βαπτίζεσθαι εἰς Χριστόν et εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ *Christo ejusque morti immergi* enarrant (*Benecke* p. 138., *Gloeckler* al.) diu laborabunt, dum sententiam vel sanam vel perspicuam formulis subesse quidque hoc pacto βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰ. declaret doceant. Quodsi βαπτίζεσθαι εἰς Χριστόν *Christo immergi* valere dicas *in Christi corpus mysticum* (in ecclesiam Eph. 5, 23. 30.) *inseri* (*Erasmus*), aegre sane loquutionum βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ (Act. 19, 5.), Παύλου (1 Cor. 1, 13.), aliarumque ejusdem generis formularum sententiam expedias; sin *Christo immergi* significare *arctissime cum Christo per baptismum conjungi et quasi in unum coalescere* cl. v. 5. et Gal. 3, 27. contendas (v. *Chr. Fr. Schmid.* cl. *Beza*, *Calv.*, *Beng.*) et *Christi morti immergi* interpreteris *in hanc cum Christi morte communionem venire, ut mors, quâ peccatis emoriaris, ex illa tanquam ex fonte profluat*, multa peccas. Neque enim ex eo, quod qui sacrâ lotione Christo initiatus fuerit, eum *Christum induisse*, tum quod ad Christi se exemplum conformaturum esse promiserit (v. Rom. 13, 14.), tum quod Christi ornamenta adeptus sit (Gal. 3, 27.) recte aliquis affirmet, loquutionem *Christo per baptismum initiari* idem denotare quod *Christum induere* jure concluditur. Aliud est enim formulae βαπτίζεσθαι εἰς Χριστόν potestatem enucleare, aliud eorum tum officia tum decora referre, qui ἐβαπτίσθησαν εἰς Χριστόν. Praeterea Gal. 3, 27.

Digitized by Google

homines Christo per baptisma initiatos Christo *per omnia* similes redditi esse minime dicuntur, sed hoc dumtaxat affirmatur, eos quod *Christum*, *Dei filium*, induissent, ex hominibus, quibus servorum fortuna fuisset, *Dei filios* factos esse. Nimirum hanc, quam PP. gr. inierunt, interpretationem et v. 26. poscit et tota Ap. disputatio 3,25.—47. Leve est, quod *Usterius* objicit, rectius sic Paulum v. 27. τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ (pro *Χριστόν*) ἐνεδύσασθε dicturum fuisse. Nam Christum pro *Dei filio* nemo non tum Christianorum veneratus est. Deinde e v. 5. vel propterea nihil efficitur, quod σύμφυτος *insititium* non designat. Tum quod *Calvini* et *Bezae* formulae εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν subesse voluerunt, non potuisset ab eo obscurius exprimi, qui sua cogitata perplexis v. obvolvere constituisset. Denique, ne plura cumulem, vana est illorum v. expositio, nisi Christi in vitam reditum *efficacem* fuisse ad suscitandam melioris naturae novitatem Ap. v. 4. contenderit; quod his v. eloqui debuisset: — ἵνα διὰ τῆς ἀναστάσεως Χριστοῦ ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.

V. 4. Argumentatur nunc P. e sententiâ verbis v. 3. ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν conceptâ: *baptismo nemo nostrûm Christi morte (quam in vitam reditus excepit) non affectus est.* Quod qui teneat *primo* οὖν non sollicitandum esse facile perspiciat. Habent pro eo σύν 39. 41. 42. 43.. Confundere enim solent utramquè vocem librarii (v. Matth. 13, 30. 2 Tim. 2, 3. varr. lect.). Et h. l. post συνετάφημεν proclivior etiam error erat. Quod autem Syr. Clar. Germ. Vulg. γάρ (*nempe*) pro οὖν posuerunt, id interpretum sententiarum perspicuitatem adjuvantium libertati tribuendum est. Scilicet οὖν quo pertineret partim ne recentissimi quidem interpretes (*Rueck.*, *Reich.*) perceperunt. Explana: sumus *igitur* (i. e. quia Christi mors quum baptizaremur mersu in aquam, *sepulturae simulacro*, nobis illata est; v. ad v. 3.), quemadmodum Christus, *in sepulcro repositi per baptisma*, *quo mortui declararemur.* Itaque οὖν eo nititur, quod P. baptismum eatenus homines *mortuos* sistere, quatenus eorum sepulturam repraesentet sumsit. Nimirum sepeliri non solere nisi mortuos reputavit. *Deinde* v. διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον arctissime, ut unam notionem efficiant, copulanda esse patet. Nam argumentatio v. 4. a v. v. 3. εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν proficiscitur: per baptisma Christo initiati *ejus morti nobis oblatae per baptismum* (quoniam immersio in aquam *sepulturae imago est*, soli autem *mortui* sepeliuntur) *initiati sumus* (v. 3.). Sumus igitur,

Digitized by Google

at Christus, *sepulti* per *baptisma*, *quo Christi morti nobis allatae initiati sumus* (np. quia baptismus *sepulturam*, quâ afficeremur, oculis subjecit). Articulo τοῦ post βάπτίσματος opus non est, quoniam Substantiva de verborum, unde ducta sunt, ratione Articulo non interposito struuntur. Quum igitur βαπτίζεσθαι εἰς τὸν θάνατόν τινος recte dicitur, bene etiam τὸ βάπτισμα εἰς τὸν θάνατόν τινος comparatum est. Eph. 3, 13. αἱ θλίψεις μου ὑπὲρ ὑμῶν (v. θλίβεσθαι ὑπέρ τινος 2 Cor. 1, 6.), Phil. 1, 26. ἡ ἐμὴ παρουσία πάλιν πρὸς ὑμᾶς (cf. παρεῖναι πρός τινα) Col. 1, 24. τὰ παθήματα ὑπὲρ ὑμῶν (cf. πάσχειν ὑπέρ τινος) Gal. 1, 13. Thuc. 1, 6. ἡ δίαιτα μεθ' ὅπλων. Cf. supra p. 195. *Grotii*, *Calovii*, *Wolfii* al. vocc. εἰς τὸν θάνατον a v. συνετάφημεν diverso sensu suspendentium (sumus cum Christo per baptismum sepulti *ad repraesentandam etiam oculis Christi mortem*; *Grot.*; *ad mortem peccati testandam et obsignandam*; *Calov. Wolf.*) rationi praeterquam quod a P. argumentatione abhorret, formulae θάπτεσθαι εἰς θάνατον, quae quo sensu usurpari potuerit, vix apparet, insolentia nocet. Fortasse lectio Mt. d. εἰς τὸν θάνατον διὰ τοῦ βαπτίσματος vulgatae scripturae ad eam quam rejecimus structuram revocatio est. *Tum* si τὸν θάνατον τοῦ Χρ. v. 3. mortem, *quam reditus in vitam insequutus esset*, vocatam esse memineris, et verborum συνετάφημεν αὐτῷ vis patet et tota vs. 4. sententia plana est. Quamquam P. quo facilius intelligeretur et ἠγέρθη ut voc. praecipuum statim post ὥσπερ collocavit et in altero membro ponderosa v. ἐν καινότητι ζωῆς ante περιπατήσωμεν posuit. Hoc igitur dixit: quotquot per baptismum initiati sumus Christo *ejus mortem* (*quam reditus in vitam sequutus est*) baptismate (*sepulturae imagine*) *occubuimus*. *Sepulti* igitur sumus *Christi* (*qui funeratus vitam recepit*) *exemplo*, ut, quemadmodum *in vitam restitutus* est Christus ex inferis patris majestate, ita nos quoque *novitatem vitae* haberemus. Haec sententia duobus vitiis laborat judice *Reichio*. Primo enim ejus sepulturae rationem hanc cogitari posse negat, ut sepultus reviviscat h. e. demtâ similitudine eo consilio vitia deponi infitiatur, ut virtuti operam des. Argutiae. Sane nobis e turpi vitâ cedendum est, ut honestam vitam vivamus, quia totus absurde in coenum revolvaris, improbe ad morum turpitudinem redeas, quam fugeris. Quodsi feceris, ingenium exuisse ut rursus indueres recte dicaris. Possumus igitur, ut Ap. similitudini insistam, sepeliri, tum ut in *pristinam*, tum ut in *novam* vitam restituamur. Videtur *Reich.* ad v. ἐν καινότητι ζωῆς non satis attendisse. Deinde flagitiorum ejurationem et studium virtutis, res na-

Digitized by Google

turâ cohaerentes, male Paulum distraxisse *Reich.* obtendit. Sufficit, quod utrumque *cogitatione* divelli potest. Sed rectè P. loquutus est, cujus oratio similitudine detractâ hanc sententiam complectatur: baptismo suscepto pristinum ingenium exuimus, ut novos mores potius induceremus, quam ad illud rediremus, quod improbe faceremus. *Jaspis.* Paulum duobus comparationis membris pro quattuor locatis concise scripsisse opinatur: *ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν — καὶ περιεπάτησεν ἐν καινότητι ζωῆς, οὕτω καὶ ἡμεῖς συναγερθέντες αὐτῷ, ἐκ νεκρῶν ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.* Tantam vero diligentiam quia jejuna est, ne optimi quidem scriptores consectantur. Christum *ἐγερθέντα ἐν ζωῇ περιπατῆσαι* res docet, item homines *mortuos* et *sepultos* non posse *ἐν καινότητι ζωῆς περιπατεῖν nisi in vitam restitutos* quivis assequitur. „*Διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός* [quae v. om. Iren. 3, 16. Tertull., Pacian., Gaudent. Chromatius] est vetus scholion. Nemo certe v. tam insignia praetermitteret." *Mill.* Prol. §. 451. Praetermittuntur quoniam ad sententiae paullinae integritatem non prorsus necessaria sunt. — *διὰ τῆς δόξης τ. π.*] *Theodoret.* (cf. *Theophyl.* et *Chr. Fr. Schmid.* qui majestatem patris interpretatur majestatem a patre *in Christum* [ubi haec?] collatam): *δόξαν τοῦ πατρὸς τὴν θεότητα καλεῖ τοῦ Χρ.*, quod mire munire conatur Eph. 1, 17. *ὁ πατὴρ τῆς δόξης* (pater *majestatis* i. e. *majestate conspicuus*) explicans: pater *divinae Christi naturae.* At *Deus* Christum in vitam revocavit, non Christus Christum, aut divina Christi natura humanam (10, 9. 1 Cor. 6, 14. 15, 15. Eph. 1, 20. 1 Thess. 1, 10. al. cum quibus 1. Joh. 10, 18. minime pugnat). Non rectius *Beza* cl. v. 10. exposuit: in gloriam patris i. e. ut deposità carnis assumtae infirmitate intrans in gloriam patris gloriosus Deo viveret in aeternum. Haec enim sententia a P. verbis alienissima est. Quin etiam voce. *εἰς δόξαν τοῦ πατρός* (15, 7.) s. *τῷ πατρὶ πρὸς δόξαν* (2 Cor. 1, 20.) hoc tantummodo dicerent: in patris honorem. Nisi autem isto modo Ap. v. ceperis, qui constare posset altera pars collationis, (*ἐν καινότητι ζωῆς*) aut quorsum hic commemoret P, cujus virtute Christus vitam receperit se videre *Beza* negat. Non igitur Ap. optime v. delegisse, ut aliam vitae Christo redditae, aliam vitae nobis quum revixerimus degendae rationem esse indicaret, *Beza* consideravit. Nam Christum in vitam *physicam* patris majestas restituit; nobis sepulturâ affectis vita inunda est non pristina, quae peccatis contaminata erat, sed nova, quam virtuti consecremus. Tum multi interpretes aut *τὴν δόξαν* simpliciter i. q. *τὴν δύναμιν* valere putarunt (*Stolz.*, *Jasp.* al.

Digitized by Google

potentiâ patris), aut, ut aliquam hujus opinionis rationem reddidisse viderentur, *διὰ τῆς δόξης per potentiam, quam gloria sequitur* (*Grot.*), *per potentiam gloriosam* (*Heum. Boehm.* al.) aliisque hujus generis formulis converterunt. Et primum quidem *τὴν δόξαν* i. q. *τὴν δύναμιν* denotare ex eo concluserunt, quod LXX כָּבוֹד passim *τῆς δόξης* voce expresserunt. Quae argumentatio claudicat. Voc. כָּבוֹד proprie *vim*, *robur*, *potentiam* notat respondetque vocabulis *δύναμις* et *ἰσχύς*, deinde etiam res quae potentiâ comparantur declarat, *majestatem*, *gloriam*, *laudem*. Quare LXX quum Jes. 12, 2. Ps. 29, 1. 68, 35. כְּבוֹד *δόξαν* verterent, id fecerunt, non quod *δόξα* iis *robur* valeret, sed quod ibi כָּבוֹד *laudem* designare recte intellexissent (cf. Ps. 8, 3.). Sed Jes. 45, 24. LXX *errarunt*, כָּבוֹד, quod ibi esset *potentia*, *laudem*, *δόξαν*, interpretati. Deinde *τὴν δόξαν potentiam* declarare ex iis l. patere putarunt, ubi Christi in vitam restitutio div. potentiae opus dicitur 1 Cor. 6, 14. 2 Cor. 13, 4. Eph. 1, 20. cl. Col. 1, 11. Hic turpis est locorum parallelorum abusus. Locum haberet ista conclusio, si et *τὴν δόξαν potentiae* significatum habere aliunde constaret et quod h. l. et Col. 1, 11. *τῇ δόξῃ* tribuitur non nisi *potentiae div.* tribui posset. Postremo illam explicationem eo defendunt, quod *Dei majestas omnipotentiam* contineat (*Tholuc., Rueck.*). Recte quidem; nihilo secius tamen *τῇ δόξῃ* ac *τῇ δυνάμει* sua manet notio et potestas. Itaque P. Christum in vitam revocatum dicit *majestate* patris h. e. earum vi virtutum, quibus Deus sit Deus aut numen supra quam cogitari et enarrari potest excelsum et absolutum. Etiam Joh. 11, 40. *ἡ δόξα τοῦ θεοῦ Dei majestatem* valet, quae conspicitur, si eam Deus aliquo a suâ majestate profecto miraculo nobilitat. *ἐν καινότητι ζωῆς*] Haec P. ex Hebraismo pro *ἐν καινῇ ζωῇ* scripsisse male olim creditum est, nisi forte etiam Plutarch. Vit. Themist. c. 10. *χρημάτων εὑρίσκειν πλῆθος ἐν ταῖς ἀποσκευαῖς ἀποκεκρυμμένων* Hebraeorum idioma imitatus dixit pro *χρήματα εὑρίσκειν πολλὰ ἀποκεκρυμμένα*, aut Cicero de Offic. 3, 1. 1. imitatione *tantam ingenii praestantiam* consequi subito Hebraeus factus pro *tam praestans ingenium* exaravit. Esse autem *ἐν καινότητι ζωῆς* quam *ἐν καινῇ ζωῇ* fortius facile intelligitur. Hanc enim ille loquendi modus rationem habet, ut rei Praedicatum maxime spectandum esse indicaturus de rei *Praedicato* (h. l. de *novitate* vitae) potius, quam de *re*, cui aliquod Praedicatum competat (h. l. de novâ *vitâ*) loquaris. Perperam *Win.* gr. p. 190 sq. quae ad unam eandemque classem loca pertinent in duo genera divisit. Nam nostro l. ea tantummodo l. consentanea esse dixit in quibus *verbum* ad

Digitized by Google

nomen *rectum*, ut id primarium esse vocabulum intelligatur, potius accommodatum sit, quam ad nomen *regens* cl. 1 Tim. 6, 17. 2 Thess. 2, 11. [1, 9. Eph. 1, 6.]. Phaedr. Fab. 1, 13, 12. tum demum ingemuit corvi deceptus stupor. Ab his autem l. Col. 2, 5. — *βλέπων — τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν* et finitima l. secludenda putavit. Haud dubie V. D. sic philosophatus est: vivi *vitam* posse, non *novitatem* (v. *Reich.*), fidi posse *divitiis*, non *vanitate* 1 Tim. 6, 17., *errorem* mitti posse divinitus, non *efficaciam* 2 Thess. 2, 11., *corvum* ingemiscere posse non *stuporem*; contra *fidem* oculis conspici *non posse* Col. 2, 5. Verum enim vero in hujusmodi l. nomen regens et rectum unam notionem afferre (*vitae novitas*, *divitiarum vanitas*, *erroris efficacia*, *fidei firmitas*, *corvi deceptus stupor* etc.) in promtu est. Cf. Cic. de Nat. D. 2, 50, 127. multae etiam (bestiae) insectantes *odoris intolerabili foeditate* depellunt. Non *odore*, sed *odoris intolerabili foeditate* insectantes depelluntur. Neque dubitari potest, quin quod *de re in universum* valeat, recte etiam de rei Praedicato, modo rei aptum sit, dicatur. Possumus igitur in vitae *novitate* versari, opum *vanitate* confidere, quod multi locupletes homines improbante Paulo faciunt, mentis nostrae acie fidei *firmitatem* videre Col. 2, 5., potest erroris *efficacia* alicui immitti et corvi deceptus stupor ingemiscere. Nam in vitae novitate versatur, in tali vitae statu constitutus, ut ejus vita sit *nova* vita, divitiarum *vanitate* confidere recte dicimus, qui spem suam in *caducis* opibus reponere jure culpatur ingemiscitque corvi deceptus stupor, quum corvus ingemiscit, cui per stuporem decepto stupor gemitus excitavit. Ne multa; *ἡ καινότης τῆς ζωῆς*, *τὸ στερέωμα τῆς πίστεως*, *πλούτου ἀδηλότης* et similia ab *ἡ καινὴ ζωή*, *ἡ στερεὰ πίστις*, *πλοῦτος ἄδηλος* non differunt, nisi animi informatione et vi rhetoricâ. Inveniuntur tamen formulae, in quibus illa loquendi ratio maxime usitata sit. Sic N. T. scriptoribus *ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου* Gal. 2, 5. pro *τὸ ἀληθὲς εὐαγγέλιον* et *ἡ ἐπαγγελία ταῦ πνεύματος* pro *τὸ ἐπαγγελθὲν πνεῦμα* Gal. 3, 14. dicere solemne est.

V. 5. Sententiam v. 4. prolatam Ap. v. 5. — 7. firmat, h. m.: sepulti sumus, quemadmodum Christus sepultus est, quum baptismo initiaremur, ut Christi exemplo in vitam reversi *novam* vitam ageremus v. 4.. Neque enim verendum est, ne qui mortis societatem cum Christo inierimus, in vitam reditus societatem repudiemus. Reviviscemus igitur. v. 5. Jam reputabimus, *veterem* nostram, quae peccavit, personam velut crucis supplicio, quo Christus affectus est, periisse v. 6., mortuum autem non peccare v. 7. Quamobrem

obrem ita reviviscemus, ut in vitam restituti non pristinam i. e. flagitiosam vitam deganus (qui enim vetus persona peccet interfecta, quum homo mortuus, ut dixi, non peccet?), sed *novam* et honestam vitam vivamus (cf. v. 4.). Etym. M. ξύμφυτος, ὁ συγγενὴς, ἀπὸ τοῦ ξὺν καὶ φύω. Recte. Neque ullo vinculo σύμφυτος cum v. φυτεύω cohaeret. Falsi sunt igitur, qui σύμφυτος h. l. aut *unâ plantatum* (*Syr.*, *Chrys.*, *Phot.*, *Vulg.*, *Luther.*, *Heum* al.) aut *insitum*, *insititium* (v. *Erasm. Calv.*; *inserere* valet ἐμφυτεύω) exposuerunt, quamquam admissus error iis sententias suppeditavit, quas *profundis* hujus aetatis hominibus *profundas* videri posse credo. Cujusmodi haec est: mortis Christi similitudini *divinitus nos insitos* vocari, ut tum mortem (pravarum cupiditatum interitum) tum reditum in vitam (melioris naturae renovationem) Christi morte et reditu in vitam in nos redundare sciremus, quandoquidem surculus communem haberet vitae et mortis conditionem cum arbore, in quam insertus esset Joh. 15, 4. sq. (*Calv.*). Prima eaque maxime usitata Adjectivi σύμφυτος, quod ut συγγενὴς, σύμμορφος et hujus generis alia vocc. et cum Genitivo et cum Dativo struitur, vis haec est, ut *unâ cum aliquo natum* significet; sensumque fundit pro contextû orationis diversum. Pind. Isthm. 3, 28. ἀνδρῶν ὁ ἀρετᾶν | σύμφυτον (cum ipso natam, ergo genti insitam) οὐ κατελέγχει. Plato Timaeus p. 45. *Bekk.* ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης —, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι —. (αἴσθησις ξύμφυτος est unâ cum corporibus nata). Philo De vitâ Abrah. II, p. 24. *Mang.* τὴν ἐπιθυμίαν vocat τὸ σύμφυτον ἡμῖν θρέμμα. Joseph. A. J. 6, 3, 3. ἡ σύμφυτος δικαιοσύνη probitas unâ cum Samuele nata h. e. probitas Samueli innata. Non sensu hujusmodi in l. σύμφυτος ab ἔμφυτος Sap. 12, 10. differt, sed modo, quo res animo concepta est. 3 Macc. 3, 22. ἡ σύμφυτος κακοήθεια. Joseph. c. Ap. I, 8, σύμφυτόν ἐστι τινί τι. Amphilochius Or. de occursu domini n. J. Christi etc. init. p. 23. (Paris. 1644. f.) — καὶ γάρ ἐστι θαυμαστὴ (ἡ παρθενία), ὡς τῶν ἀγγέλων σύμφυτος (cum angelis nata i. e. angelis peculiaris), ὡς τῶν ἄνω δυνάμεων συνόμιλος, ὡς τῶν ἀσωμάτων φύσεων σύνδρομος κ. τ. ἑ.. Aristot. Poët. c. 16. distinguit σημεῖα σύμφυτα (cum re nata h. e. quae rei, ut sit res, necessario insunt) et σημ. ἐπίκτητα (*adventitia*, ut in corpore cicatrices). LXX. Zach. 11, 2. — κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος (quercetum *cum regione natum* i. e. antiquissimum). Sed quia inter simul nata cognatio inter-

cedit, cognata autem pervulgatâ metaphorâ appellantur inter quae similitudo est (cf. lat. *cognatus* et *cognatio*: persimiles enim esse solant gemini), eo factum est, ut σύμφυτος (*unâ natus*) *cognatum* notaret idque per metaphoram *similem* declararet. Plato de legg. I. 10. 399. (p. 207. sq. *Bekk.*) — ὅτι μὲν ἡγεῖ θεοὺς, συγγένειά τις ἴσως σε θεία πρὸς το ξύμφυτον ἄγει τιμᾶν καὶ νομίζειν εἶναι. Lege quae praecedunt et sequuntur. Phileb. 116. (p. 163. *Stallb.*) Λέγω δὴ τὰς τῶν φθογγῶν λείας καὶ λαμπρὰς, τὰς ἓν τι καθαρὸν ἰείσας μέλος, οὐ πρὸς ἕτερον καλὰς, ἀλλ' αὐτὰς καθ' αὑτὰς εἶναι καὶ τούτων ξυμφύτους (his cognatas, similes i. e. οὐδὲν ταῖς τῶν κνήσεων προσφερεῖς, ut paullo ante dixit) ἡδονὰς ἑπομένας. Porro σύμφυτος *eum qui concrescit aut coaluit* designat. Cf. Theophrast. de causis plant. 5, 5, 2. — συμφύεται γὰρ ἀλλήλοις. Σύμφυτον μὲν γὰρ ἅπαν τὸ ζῶν τῷ ζῶντι καὶ μάλιστα τὸ ὁμογενὲς, καὶ γίνεται μία τις φύσις. *Boisson.* ad Philostr. Her. p. 356. et de causâ, cur planta τὸ σύμφυτον vocata sit, interpretes Hesychii ad v. Σύμφυτος. Quodsi hâc vi σύμφυτος *metaphorice* ponitur *arcte cum aliquo junctum* valet. Summa est enim eorum quae coaluerunt conjunctio. Cf. Nonnus Metaphr. Ev. Joh. (c. 14. v. 10. v. 44. ed. *Fr. Passow.*) — ὅτι καὶ αὐτὸς | σύμφυτός εἰμι τοκῆος (i. q. v. 34. ὅτι σὺν, ζυγός εἰμι τοκῆος. cf. etiam *Nonnum* Joh. 15, 4. vs. 8 sq.). Sin hâc potestate de *locis* dicitur, τόπος σύμφυτος locum *arboribus tanquam concretum* h. e. multis arboribus consitum denotat. LXX Amos. 9, 13. καὶ πάντες οἱ βουνοὶ σύμφυτοι ἔσονται. Hoc unum adjungo, veterum Grammaticorum, ut Hesychii σύμφυτον· συμπορευόμενον, συνὸν et quae ad nostrum l. pertinet Zonarae p. 1691. σύμφυτον· τὸ συμμέτοχον. glossis nullam esse in hâc disputatione auctoritatem. Non enim nisi sensum, quem σύμφυτος aliquibus in l. habere illi credidissent, utcunque exprimunt. Nunc, quidnam h. l. sibi velit σύμφυτος, quaeritur. Pendet autem hujus voc. significatio a legitimâ totius vs. constructione. *Beza*, *Grot.*, *Boekm.*, *Jasp.* al. hunc vs. sic struunt: εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν (scil. αὐτῷ, τῷ Χριστῷ) τῷ ὁμοιώματι (casus instrumentalis) τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως (np. τῷ ὁμοιώματι) σύμφυτοι (np. αὐτῷ) ἐσόμεθα. Omitti potuisse αὐτῷ post σύμφυτοι γεγόναμεν patet. Nam σύμφυτοι γεγόναμεν post ea, quae v. 4. dicta sunt (συνετάφημεν οὖν αὐτῷ κ. τ. λ.), suâ sponte lector ad Christum referre potuit. Deinde quamquam P. si usitatum loquendi genus sequi voluisset (ἀλλὰ καὶ τῷ (np. ὁμοιώματι) τῆς ἀναστ. ἐσ. dicere debuisset, tamen non minus bene praecipuo pondere in v. τοῦ θανάτου reposito similitudinem

Digitized by Google

mortis ab *in vitam reditus* (ap. similitudine) distinxit. Jam si similitudinem mortis quam Christus occubuerit in ejusmodi morte susceptâ, quam reditus in vitam sequatur, sicut mortem quam Christus obierit vitae instauratio exceperit, cerni putaveris, tum ἀλλὰ καὶ *verum etiam* explanaveris, postremo Futuro ἐσόμεθα pervalgatam vim, quâ rem *futuram* indicat, tribueris, nihil sane in sententiâ mutabitur, sive *cognatos* (similes), sive *coalitos* (arcte junctos) σύμφυτους exposueris, sed sententia ipsa nemini recte placebit. Sic enim hâc ratione initâ Ap. disputat: sumus igitur, ut Christus, in sepulcro conditi per sacram lotionem —, ut Christi exemplo vitae redditi *novam vitam* agerémus (v. 4.). Nam si *cognati* (*similes*) *Christo exstitimus* (s. cum eo coaluimus, arctam societatem coivimus) similitudine, quae ejus *mortem* (vitae procreatricem) complexa est (h. e. eo quod baptismo initiari nos passi mortem adiimus Christi neci, quae vitam peperit, similem), verum etiam *reditus in vitam* similitudine *Christo cognati* (*similes*) *erimus* (s. cum eo coalescemus, arcte jungemur; nam mortem Christi morti similem in vitam restitutio sequatur necesse est) v. 5., neque *vetera* nostra et impura studia in crucem sublata esse ignoramus (v. 6. 7.), unde in *novam* vitam reditus similitudine nos cognationem cum Christo habituros (arctissimam cum eo societatem inituros) esse liquet. Quae disputatio hoc vitio laborat, quod oppetita, de quâ P. loquitur, mors non magicâ vi *novam vitam* (v. 5.—7.) gignit (h. e. quod sacra lotio pie atque honeste vivendi necessitatem initiato minime imponit) neque quidquam Ap. toto l. agit, nisi ut argumento a baptismi vi et sensu repetito lectores ad virtutis studium compellat. Rectius igitur mortis Christi similitudinem in eo collocabimus, quod morte affecti simus Christi neci *simili*, quum Christi *corpus* interfectum fuerit, *nostrorum studiorum perversitas* morti addicta sit (v. v. 4. et *Chrys.* et *Theophyl.*) et Futurum ἐσόμεθα ad voluntatem animique propositum referemus h. r.: (sumus igitur, ut Christus, quum baptizaremur — sepulti ut servatoris exemplo in vitam restituti *novam vitam* viveremus v. 4.). Nam si *cum Christo coaluimus* (intimam cum eo societatem conflavimus; seu mavis cognationem cum eo suscepimus, ejus similitudinem expressimus) similitudine *mortis*, quam obiit (h. e. eo quod similiter atque ille mortui sumus v. 4.), verum etiam *reditus in vitam* similitudine societatem cum eo *faciemus*, wir werden mit ihm verwachsen wollen (ad cognationem cum eo jungendam parati erimus; ergo ut *reviviscamus* curabimus) v. 5. neque *veterem* no-

stram, quae malefacere consuevit, personam supplicium subiisse, mortuos autem peccare non solere, nescimus v. 6. 7. (hinc ut quum revixerimus *novam* vitam agamus curabimus v. 4.). Nihil sententiae inest quod recte reprehendatur. Quod enim P. homines *mortis similitudine* cum Christo consociatos operam daturos v. 5. ait, ut etiam *in vitam reditus* societate cum eo copulentur, hâc, quae a nemine non facile concedatur, sententiâ nititur: hominibus christ. Christi similitudinem, ne manca sit et imperfecta, non unâ in re, sed per omnia referendam esse. Id unum in hâc interpretatione vituperari potest, quod quum Dativus τῷ ὁμοιώματι salvâ sententiae bonitate a σύμφυτοι γεγόαμεν suspenderetur, Ap., ne quis quî verba struenda essent haereret, αὐτῷ ad σύμφυτοι γεγ. non adjecit omnem dubitationem amoturus. Et aptum judicarunt Dativum τῷ ὁμοιώματι a σύμφυτοι γεγόναμεν *Chrys.*, *Theophyl.*, *Calv.*, *Tholuc.*, *Rueck.*, *Reick.* al., sed ut alii alia peccarent. Quibus assensus σύμφυτος *coalitum*, *arcte junctum* explicet necesse est. Recte autem σύμφυτος γεγονέναι [συμπεφυκέναι] τινὶ πράγματι metaphorâ minime obscurâ is dicitur, qui quocunque modo rei aut ipse se totum tradiderit, aut ab alio emancipatus sit. Cf. Plutarch. Lycurg. c. 25. Τὸ δ' ὅλον εἴθιζε τοὺς πολίτας μὴ βούλεσθαι μήτ' ἐπίστασθαι κατ' ἰδίαν ζῆν, ἀλλ' ὥσπερ τὰς μελίττας τῷ κοινῷ συμφυεῖς ὄντας ἀεὶ (cum republicâ semper coalitos i. e. uni semper rei publicae inservientes) καὶ μετ' ἀλλήλων εἱλουμένους περὶ τὸν ἄρχοντα — ὅλους εἶναι τῆς πατρίδος. Deinde sic quoque Genitivus τῆς ἀναστάσεως a τῷ ὁμοιώματι suspendendus est, ut *mortis* similitudo a *reditus in vitam* (similitudine) discernatur (v. supra). Infelix est enim *Heumanni*, Apostolum paullo ante dictorum oblitum τῆς ἀναστάσεως, quasi μέταχοι pro σύμφυτοι exarasset, scripsisse post *Erasmum* rati opinio. Neque melius *Rueck.* Apostolum constructionem variasse suspicatus est, quo probato ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσ. usitatâ Graecis in comparando brevitate (vid. Conject. m. in N. T. I, 1. sq.) pro ἀλλὰ καὶ τοῦ ὁμοιώματος τῆς ἀναστάσεως (scil. σύμφυτοι) ἐσ. Paulus scripsisse existimandus est. At haec in tantulo intervallo structurae variatio h. l. aeque inficeta est, quam quae Luc. 1, 72. 73. (μνησθῆναί τινος et τί) a nonnullis interpretibus excogitata est. Quare vel sic Dativo (τῇ ἀναστάσει) h. l. opus erat. Jam si τὸ ὁμοίωμα τοῦ θανάτου τ. Χρ. mortem explicueris, cum quâ in vitam reditus summâ necessitate conjunctus sit et Futurum ἐσόμεθα simpliciter rem utique futuram declarare putaris, sententia exsistit parum commoda: baptismo suscepto quemadmodum Christus funerati

Digitized by Google

sumus, ut Christi exemplo in vitam reversi *novam* vitam degeremus (v. 4.) nam si mortis, quam Christus adiit, similitudini nos totos (eo quod baptismo nos lustrari passi sumus v. 4.) tradidimus (ut ab eâ jam divelli nequeamus), verum etiam futurum est, ut cum in vitam reditus similitudine (np. quoniam mortem Christi neci similem reditus in vitam necessario excipit) coalescamus (i. q. ut non possimus non reviviscere) v. 5. et quidem cum reditus in *novam* vitam similitudine v. 6. 7. (i. q. et ita quidem reviviscere, ut *novam* vitam agamus v. 6. 7.). Neque enim mors nobis quum baptizaremur oblata reditum in *novam* vitam (v. 5.—7. i. e. vitae innocentiam) necessario parit (v. supra). Praeterea hoc pacto aliter τὸ ὁμοίωμα τοῦ θανάτου αὐτοῦ, aliter τὸ ὁμοίωμα τῆς ἀναστάσεως capitur. Nempe mortis similitudo mortem complectitur, quae reditum in vitam gignat; reditus in vitam similitudo reditum in vitam figurate capiendum enuntiat cum Christi, qui *sensu proprio* i. e. rellicto sepulcro in vitam reversus est, reditu in vitam comparandum. Imo τὸ ὁμοίωμα τοῦ θανάτου αὐτοῦ et τὸ ὁμ. τῆς ἀναστάσεως mortis, quam Christus obiit, vitaeque quam recepit similitudinem, quam Christus sensu proprio et obierit et in vitam reversus *sit*, nos sensu figurato et mortui simus et vitam repetamus denotat (v. v. 4.), Futurum autem ἐσόμεθα consilium animique propositum declarat h. m.: sumus igitur eo quod sacram lotionem subiimus quemadmodum Christus sepulturâ affecti, ut sicut in vitam Christus restitutus est patris majestate, ita nos quoque *novam* vitam degeremus (v. 4.). Nam si (eo quod baptismo nos lustrari passi sumus) tales exstitimus, qui cum similitudine, Christi mortem complexâ, coalesceremus (i. q. qui Christi mortis similitudinem non possemus non referre), verum etiam cum reditus in vitam similitudine coalescere parati erimus, wir werden verwachsen wollen (i. q. tales esse volemus, qui reditus in vitam similitudinem plane referamus) v. 5. et quum veterem nostram, quae peccata commisit, personam morte affectam esse, mortuos autem non peccare reputaverimus (v. 6. 7.), non ut in pristinam vitam, sed ut in *novam* vitam revertamur elaborabimus. Sic sententia v. 4. satis munita est. Sed quod P. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσ. scripsit, hâc sententiâ fretus dixit: oportere homines christ. in id incumbere, ne similitudinem, quâ Christi fata vitâ et moribus exprimant, inchoatam relinquant. Figurate τῆς ἀναστάσεως voc. sumendum esse quum inde intelligitur, quod et mors Christianorum et eorum sepultura symbolicam vim et notionem habent v. 3. 4., tum ex eo patet, quod P. v. 5.—7. hoc unum agit, ut sententiam v. 4. *esse nos quum*

Digitized by Google

baptizaremur funerati, *ut Christi exemplo in vitam reveni novam* i. e. *piam atque honestam vitam viveremus* communiat. Male igitur *Tertull.* de resurrect. carn. c. 47., *Oecum. Corn. a Lap.* al. [non *Morus*] τὴν ἀνάστασιν reditum *in vitam* sensu proprio interpretati sunt (*olim in vitam restituemur*, *sicut revixit Christus*, 8, 11.). Pejus etiam *Limb.*, *Kopp.*, *Tholuc.* al. τὴν ἀνάστασιν reditum *in vitam* et *proprio* sensu et *figurato* h. l. declarare, ut P. simul vitae per Messiam olim restituendae spem lectoribus faciat, simul eos officii admoneat, quo novam honestamque vitam agere obstricti teneantur, opinati sunt. Quod insulsum commentum neque cum Futuro ἐσόμεθα conciliari potest et Pauli argumentationem v. 5.—7. disturbat. Ceterum ἡ ἀνάστασις non *novae* (honestae) vitae instauratio est, ut *Rueck.* Pauli argumentatione minime intellectâ sibi persuasit, sed *industriae* redintegratio, *quâ aliquid agas et molaris*. Hanc enim viam P. iniit, ut quum vitae actiones homines christ. studiose repetituros esse v. 5. monuisset, deinde vitam ab iis resumtam *non pristinam* esse posse et flagitiosam, sed *novam et honestam* vitam cogitandam esse doceret v. 6. 7, ἀλλὰ καί] G. ἅμα καί (It. Vulg. *simul* et.) probante *Beza*. Saepe ἅμα et ἀλλά confuderunt librarii; v. *Jacobs.* ad Achill. Tat. II, p. 828 sq. et *Herm.* ad Philoct. v. 1150. H. l. ἀλλά genuinum esse patet ab interpretibus mire sollicitatum. Male cum h. l. 1 Cor. 4, 15. 9, 2. 2 Cor. 4, 16. 11, 6. 13, 4. contendas. Ibi enim ἀλλά (et ἀλλάγε 1 Cor. 9, 2.) post enuntiationes hypotheticas, quibus aliquid conceditur, in apodosi gravem ad praecedentem aut vocem aut sententiam oppositionem infert *at* (ἀλλάγε *at nimirum*, *at certe*). Ejusdem generis sunt, quae *Win.* gr. p. 371. attulit, qui et ipse diversa l. commiscuit quumque ἀλλά et pondus apodosi addere et e duarum structurarum confusione explicandum esse diceret, quid sentiret non perspicue enuntiavit. *Wetst.*, *Reich.* al. ἀλλὰ καί, *sed etiam* h. l. valere opinati, in apodosi ante ἀλλὰ καί supplent: οὐ μόνον τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Opportunum commentum, quo e difficultatibus facile te expedias (v. c. Phil. 1, 8. ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι sic exponendo: οὐ μόναν δὲ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι), sed neque particularum vim ostendas et syntaxin pervertas. Neque enim recte sic loquaris: si hoc feci, (np. *non solum* hoc fecisse contentus ero) *sed etiam* illud *faciam*. Imo quum ἀλλά in subito ad novam rem transitu usurpari constet, ἀλλὰ καί haud raro *verum etiam*, *aber auch*, declarare non mirum est. Cf. Luc. 24, 22. Diod. Sic. 5, 84. Διόπερ ἐν ταῖς νήσοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι Κρητῶν λιμένες καὶ Μινῷαι κα-

Digitized by Google

λοίπασαι. Sed Phil. 1, 18. ἀλλὰ καὶ χαρ. *gratulationem* inducit *at etiam* (*quin etiam*) *laetabor*. Posset etiam ille vocis ἀλλά usus ad hunc l. traduci, quo in cohortationibus (Soph. Philoct. v. 796. ἀλλ', ὦ τέκνον, καὶ θάρσος ἴσχ'.) frequentatur: so wollen wir denn auch — verwachsen. Sed illam interpretationem magis probo ut simpliciorem. ἐσόμεθα] Hoc Futurum, de cujus potestate supra dictum est, *Heum.*, *Boehm.* et multi alii *quid faciendum sit* notare putant, contra usum loquendi, quandoquidem τοῦτο ποιήσομεν valere nequit *hoc nobis faciendum est*. Frustra tum ad eum usum, quo τοῦτο ποιήσεις pro τοῦτο ποίει dicitur (vid. ad Matth. p. 252.), tum ad Luc. 3, 10. τί οὖν ποιήσομεν; et similia l. provocatum est. Neque Futurum h. l. a suppressâ conditione suspendi potest (v. *Bernhardy* Wissensch. Synt. p. 377.) v. c. coalescemus np. si salvi esse voluerimus i. q. coalescendum nobis est. *Semler.*, *Rueck.* al. Futurum ratiocinationem inferre autumant. Ne hanc quidem vim Futurum habet. Nam si dico εἰ τοῦτο γέγονε γενήσεται κἀκεῖνο rem colligi ex utriusque membri ratione apparet, Futurum autem non pro Praesenti ponitur, quod perperam fieret, sed suam futurae rei significationem retinet, quandoquidem rem *factam* certam *futurae* rei spem afferre concluditur.

V. 6. Ut inchoatam v. 5. argumentationem, quâ v. 4. stabiliretur, P. absolveret, restabat, ut reditum in vitam, ad quem homines christ. promtâ voluntate ferri aequum esse monuerat v. 5., non posse non ejusmodi esse ostenderet, post quem *nova* atque *honesta* vita ageretur. Id eo demonstrat, quod veterem nostram, quae peccaverit, personam morte affectam esse, mortuos autem non peccare solere scribit v. 6. 7.. Sic homines christ., ut ὁ καινὸς ἄνθρωπος, qui *novam* ac piam vitam degat, vitâ fruatur operam daturos esse emergit (cf. v. 4.). Hanc esse Apostoli mentem et loquutio ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, cum vi statim post ὅτι collocata et quâ ad v. ἐν καινότητι ζωῆς v. 4. alluditur, et Pauli consilium voce γάρ v. 5. manifestatum et singula paene vocc. juxta evincunt. Si Participium γινώσκοντες causam afferre putaris: *quum sciamus* (*Syr.*, *Reich.*, *Koelln.* al.), sententiam everteris. Nemo enim cum similitudine in vitam reditus coalescere aut, quemadmodum Christus vitam receperit, sic *aliquam* vitam habere velit, *quia* veteri personâ in crucem sublatâ *vitam agendam* oportere *honestam* vitam esse sciat (v. not. ad v. 5.). Quare Participium, ut saepe (2, 4.), structuram continuat; — coalescemus, *hoc reputantes* i. q. *neque hoc non reputabimus* (καὶ τοῦτο γινώσκεσθα). ὁ παλαιὸς ἡμ. ἄνθρ.] *vetus noster*

Digitized by Google

homo (unser alter Ich), homo quem *olim* (i. e. prius quam in Christi nos disciplinam traderemus; male Phot. ap. Oec. παλαιὸς *eum qui consensit* exposuit: ὁ παλαιός, τουτέστιν ὁ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις [unde haec?] παλαιωθείς. et paullo post ὁ παλ. ἡμ. ἄνθρ. τουτέστιν ὁ καταγηράσας βίος ἡμῶν τοῖς παραπτώμασιν. cf. infra.) agebamus, h. e. *pristinum nostrum ingenium* i. q. *prava studia, quibus olim dediti eramus.* Neque enim corporis figuram Christi disciplina abolevit, sed animi lineamenta plane immutavit. Nempe in tantam impietatem et improbitatem homines non quidem a Deo detrusi erant, a quâ absurdâ opinione P. longe remotus est, sed *suâ culpâ* delapsi fuerant, ut ex eâ ipsi emergere non possent (1, 18. sq. 2, 14. sq. Col. 3, 7. Tit. 3, 3. sq. al.). Itaque Deus Christi operâ (Eph. 2, 10.) *novum hominem* (ein neues Ich) condidit (καινὸν ἄνθρωπον Eph. 4, 24., qui P. aetate quum recens esset res recte etiam ὁ νέος ἄνθρωπος homo *recens* prognatus vocabatur Col. 3, 10.), quum Christi supplicio hominum peccata expiarentur (2 Cor. 5, 15.), quum div. spiritum, virtutis magistrum, nobis Deus apponeret (Tit. 3, 5.), quum ad virtutis studium Christus nos inflammaret (Tit. 2, 14.) et sic porro, h. e. novum ingenium procreavit, quod indueremus Eph. 4, 24. Namque vetus homo pro suis quae in fraudem inducunt cupiditatibus in sempiternum perit i. e. perversa quae olim vigebant studia sempiternam perniciem afferunt Eph. 4, 22.; quare exuendus ille est una cum iis quae agit et molitur h. e. pravis studiis, quibus olim incensi eramus, factisque quae illis consentanea sint valedicendum est (Col. 3, 9. cf. Gal. 5, 24.). Ceterum haec probe tenenda sunt: I. *Hominem* pro *indole homini maxime peculiari* etiam alios scriptores memorare. Cf. Seneca Trag. Thyest. v. 937. — *veterem* ex animo mitte *Thyestem*! Cic. Off. 3, 5, 26. — quid cum eo disseras, qui omnino *hominem* (i. e. humanitatem homini, ut sit homo, insitam) ex homine tollat? Fin. 5, 12, 35. — ut si — manibus ingrediatur quis —, fugere plane se ipse et exuens *hominem* (dignitatem in motu statuque corporis homini observandam) ex homine naturam odisse videatur. Pers. Sat. 5, 91. sed ira cadat naso rugosaque sanna, | dum veteres *avias* tibi de pulmone revello. (Aviae i. e. nugae aviarum). II. Formulis ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, qui homini christ. exuendus sit, et ὁ καινὸς ἄνθρ., quem induere nos oporteat, hoc indicari: impurâ, quam olim gesserimus, personâ prorsus depositâ novam nobis ad Christi sacra adductis hominum plane emendatorum personam ferendam esse. Nempe, ut Christi beneficio in beatorum sedibus colloceris, *renascaris* necesse est Joh. 3, 3. ac sunt Christi alumni,

Digitized by Google

quos vere sic appelles, pristinâ vitâ oblivioni datâ homines *recens nati* v. 2 Cor. 5, 17. Gal. 6, 15. Tit. 3, 5. Hinc III. loquutionum ὁ παλαιὸς ἄνθρ. et ὁ καινὸς ἄνθρ. vim ipsum N. T. planam facit neque est, quod explicationis praesidia e libris talmudicis et rabbinicis petas. Quamquam illud non male afferturr, solere Judaeos *proselytum* בריה חדשה *novum animal*, n. *hominem* nuncupare eumque qui aliquem ad sacra judaica adduxerit tum patri, qui eum gennerit, tum matri, quae eum pepererit, assimilare illumque dicere *proselytum creasse* (עשה et ברא v. *Schoettg.* et *Wetst.* ad 2 Cor. 5, 17.). Nam Judaei quoque, ut sic loquerentur, hâc sententiâ ducti sunt: eo quod sacra jud. suscipias totum vitae tuae statum adeo commutari, ut pristinâ vitâ depositâ tanquam in lucem denuo editus novam vitam ineas. Sed quod *Schoettgen.* ad hunc l. in l. Sohar chadasch f. 29, 1. *Adamum priscum* (אדם הקדמוני) et Adamum scelestum (אדם בליעל) commemorari, quo tanquam insigni impuritatis exemplo mentis pravitas (יצר הרע) repraesentata indicetur, id eo dissimile est, quod formulâ ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος minime ad *Adamum* respicitur (v. supra). Alioquin sic sonaret: ὁ παλαιὸς Ἀδάμ (1 Cor. 15, 45.). IV. Ut P. prava, quibus olim incensi eramus, studia τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον h. l. vocaret verbis v. 4. ἐν καινότητι ζωῆς motus est. In eo enim nunc occupatus est, ut quam receperimus vitam non posse non *novam* vitam esse doceat (v. supra). Non scripsit Ap. ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, ut formulam haberet, in quam v. συνεσταυρώθη quadraret. Sic enim ἡ σὰρξ ἡμῶν pro ὁ παλ. ἡμ. ἄνθρ. satis commode collocasset Gal. 5, 24. et composuit hanc formulam alias cum verbis deponendi et exuendi Eph. 4, 22. Col. 3, 9. V. Non pugnat hic l., ubi vetus nostra persona, quum sacrâ lotione lustraremur, *in crucem acta fuisse* dicitur (2 Cor. 5, 17.) cum iis l., quibus P. *homines christ.*, ut veterem personam *deponant* cohortatur Eph. 4, 22. 25. Col. 3, 9.. Illic enim quantum in nos receperimus quum ad Christi sacra converteremur Ap. enuntiat; hîc homines christ. ut officium suum faciant monet. VI. Temere Athanasio partim praeeunte Quaest. 115. de parabolis scripturae (T. II. p. 429. Παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν πρῶτον λέγει [ἡ γραφή], τὸν ἀπὸ τῆς πτώσεως τοῦ Ἀδὰμ γεγεννημένον, ἢ τὴν πονηρίαν τὴν ἐξ αὐτοῦ καὶ πᾶσαν κακίαν —.) *Calv.*, *Beza* al. τὸν παλαιὸν ἡμ. ἄνθρωπον universam hominis naturam, corruptam illam prorsusque depravatam, quam ex utero afferat declarare putant. At Adami peccato factum esse, ut hominum naturâ plane depravatâ, nisi Christi beneficio renati, peccare cogeremur nus-

Digitized by Google

quam P. dixit, vir pius et cordatus. Quod autem *Beza* epitheto παλαιὸς *Adami* rationem haberi sibi persuasit, erravit (v. supra). συνεσταυρώθη] Non adducor, ut P. hoc dixisse credam: veterem nostram personam *cum Christo* i. e. tum, quum Christus crucis supplicio afficeretur, cruci suffixam esse, np. eo, quod Christi supplicium peccandi libidinem vel exstinxisset vel minuisset (v. *Calov.*, *Reichard.*, *Rueck.*, *Koelln.* cl. 8, 3.). Toto enim loco v. 3. sqq. mors, quâ ex vitâ peccatis dicatâ discesserimus, tum nobis illata dicitur, quum in baptismi undis sepulti fuerimus. Quamobrem P. sententia haec est: attulisse nos τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον tanquam cadaver, quod crucis supplicio enectum, sicut Christus eo interfectus fuerit, quod in crucem tolleretur, baptismi undis velut sepulcro conderetur h. e. eâ nos mente ad sacrum lavacrum accessisse, ut veteri nostrae personae nos funus facere baptismo, sepulturae imagine, per ambages significaremus. Νεκρωθῆναι (Col. 3, 5.), generalius v., pro συσταυρωθῆναι Ap. ponere potuisset. Nam eum non nisi *interficiendi*, *e medio tollendi* notionem exprimere voluisse, et verbi συνεσταυρώθη expositio docet quae sequitur: ἵνα καταργηθῇ τ. σ. τ. ἁμ. et versus 7. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δ. ἀ. τ. ἁ. Sed verbo *formae* συνεσταυρώθη ad memorabile dilecti servatoris fatum alludere maluit, quod imitando exprimere praeclarum duceret (sic *Kopp.*, *Reich.* al. v. Gal. 2, 19. 5, 24. 6, 14.). *Tholuccius* Paulum συνεσταυρώθη tum idcirco scripsisse perhibet, quia quemadmodum cruce affectus *non sine gravi dolore* emoriatur ita peccandi libido *non sine acerbo dolore* exstinguatur (v. *Grot.*, *Rosenm.*, *Flatt.* al.), tum propterea, ut inhonestas cupiditates *lente* in homine christ. neque prius quam animam efflet intermori indicaret (*lentum* enim mortem crux affert). Hanc *profundam* observationem *Tholuccius* more suo ab *jejunis* interpretibus ita mutuatus est, ut sententiam sano, ut par est, dicendi genere ab his enuntiatam in miserationem converteret. Est autem *Tholuccii* opinio duas maxime ob causas rejicienda. Nam primum quidem Paulo, ut argumentationem suam absolveret (v. supra) hoc dicendum erat: veterem nostram personam *e medio sublatam* esse. Qui si ita eam interfectam esse, *ut graves dolores ex hâc nece caperentur*, contendisset, notionem non solum inutilem, verum etiam talem quae disputationem perturbaret immiscuisset. Atque illud Ap. sibi voluisse, ex epexegesi intelligitur: ἵνα καταργηθῇ τὸ σ. τ. ἁ.. Ut *aboleretur*, P. ait, non ut *acutis doloribus susceptis* aboleretur. Cf. etiam v. 7. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δ. ἀ. τ. ἁ. Deinde lente neque ante obitum pravas hominum christ. cupi-

Digitized by Google

ditates exstirpari, haec, inquam, cogitatio non minus a P. disputatione abhorret eamque Ap. verbis subesse temere suspiceris vel propterea, quod de re h. l. agitur *ante susceptum baptismum mente peractâ* paucique inventi fuerint, qui diu secum ipsi discordes baptismum suscipere ideirco dubitarent, quod pravas cupiditates tanquam funerare h. e. ex animo ejicere noluissent. Aliena sunt etiam, quae P., quum *συνεσταυρώθη* diceret, sequutum esse credit *Wetst.*: „Crux supplicium servorum; hic servorum peccati" et *Boehm.*: „Crucis autem *σκάνδαλον* (1 Cor. 1, 23.) P. ab Jesu M. quovis modo removere studuit." *ἵνα καταργηθῇ τ. σ. τ. ἁμ.*] Haec v. dici vix potest quantopere interpretes perverterint, quum ei satis perspicua videri debeant, qui et Pauli de corpore humano sententiam autam habeat et quam h. l. Ap. ingressus est disputationem perspexerit. Corpus, quo nunc quidem utimur, Paulo auctore non solum ruinosa et quae multa nobis incommoda afferat mentis nostrae domus est (2 Cor. 4, 7. 5, 1. sqq.), verum etiam foedum peccatorum domicilium. Tristi illud haereditate ab Adamo ad nos pervenit, qui *immortalis* corporis sibi posterisque comparandi occasionem per scelus effudit (Gen. 2, 16. 3, 22. 1 Cor. 15, 49.). Est autem corpus peccatorum sedes duas maximi ob causas. Nam quum ut intus conceptum flagitium aut dicas aut facias membrorum corporis ministerio tibi opus sit v. c. oris ut mentiaris, et manus, ut eadem perpetres, corpus peccatorum, quae foras efferat, administer videri potest (v. 12. 13. 19. 2 Cor. 5, 10.). Sed multo gravius est, quod corpus *peccatorum incitamenta* continet facesque subjicit, quibus ad pravas cupiditates inflammemur v. 12. 8, 13. *τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν*. Opponitur *κατὰ σάρκα ζῆν*. 7, 18. — *οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν*. v. 23. [cl. v. 25.] *ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας ὁ ὢν ἐν τοῖς μέλεσί μου*. Gal. 5, 16. — *ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε*. 24. *τὴν σάρκα σταυροῦν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις*. Col. 3, 5. *νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*, [hic mente repete *νεκρώσατε*] *πορνείαν, ἀκαθαρσίαν κ. τ. λ.* 2, 11. — *ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός*. Eph. 2, 3. — *ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν* [cupiditatibus quas corpus nostrum accendit dediti viximus] *ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν* [quum corporis et cogitationum desideriis, libidinibus, satisfaceremus. Cogitationes dicit cogitationis, i. e. imaginationis, ludibria, quibus decepti fore ut egregiam rem adipiscamur quum appetitus duces sequuti fuerimus putamus]. Gal. 5, 19. 2 Petr. 2, 18. 1 Joh. 2, 16. Non esse *τὴν σάρκα* Rom.

7, 18. Gal. 5, 24. *impurum mentem*, fittlich verwerfliche Sinn (*Reich.*) vel ei pateat necesse est, qui Rom. 7, 23. 8, 13. Col. 2, 11. 3, 5. accurate expenderit. Differunt tamen τὸ σῶμα et ἡ σάρξ in iis quae citavi locis. Nam illud voc. corpus simpliciter notat neque ullam notionem adjunctam habet. Sed ἡ σάρξ, quum totum carnis voc. ejusmodi sit, ut nostrae nos infirmitatis fragilitatisque vehementer admoneat (cf. hebr. בָּשָׂר), illis in l. insipientiam (Cic. Cato maj. 22, 80. corpus insipiens) et proclivitatem ad libidines et prava studia adsignificat. Unde P. corporis pronitatem ad flagitia Col. 2, 11. eo indicavit, quod τὸ σῶμα τῆς σαρκὸς *corpus quod e* (libidinosâ) *carne constat* illud appellavit. Alius generis est Col. 1, 22. Ibi enim ἡ σάρξ *carnem* simpliciter, neque ut libidinem aliamve rem adsignificet, declarat (Gal. 6, 13. Col. 2, 5. al.). Nempe τὸ σῶμα τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ (e carne compositum Christi corpus) corpus Christi hominum corporibus e carne conflatis aequale (humanum Christi corpus) valet. Et quemadmodum Graeci totum hominem τοῦ σώματος vocabulo nuncuparunt, ita in N. T. σάρξ et ψυχή Rom. 13, 1. de homine collocatur. Huc pertinet 1 Cor. 1, 26. σοφοὶ κατὰ σάρκα i. e. κατ' ἄνθρωπον. 2 Cor. 1, 12. σοφία σαρκικὴ *humana* sapientia. Jac. 3, 15. σοφία ψυχικὴ *animalis* i. e. humana s. 1 Cor. 2, 14. ψυχικὸς ἄνθρωπος homo τῇ ψυχῇ praeditus i. e. *purus putus homo*. Opponitur enim ὁ πνευματικὸς homo, qui div. spiritus robur et firmamentum habet. Quum igitur corpus peccandi libidinem irritet, mens in officium intenta sit, fieri non potest quin mire distrahamur. Nam pietatem mens commendat, ad impietatem nos corpus avocat Rom. 7, 22. 23. Quamquam, quum mens arctissimo vinculo cum corpore copulata sit, corporis admixtio mentem quoque in frandem inducit (Col. 2, 18. mens vocatur ὁ νοῦς τῆς σαρκὸς τοῦ ἀνθρώπου mens pravae hominis carni deserviens eoque deterioribus inclinata). Jam quo facilius pravos quos corpus movet appetitus mentis voluntatisque vi domaremus, nunc nobis Deus Christi beneficio div. spiritum impertivit, qui corporis libidines reprimeret et virtutis studium accenderet 1 Cor. 6, 19. Gal. 5, 22. Tit. 3, 5., olim longe perfectiore et quod Christi ad Deum recepti corpori respondebit corpore nos circumdabit 1 Cor. 15, 45 sqq. Phil. 3, 21.. Jam nostrum est, div. spiritus adjumento religiose usi facere ut corporis appetitus menti consilioque obediant quumque perpetuum inter τὴν σάρκα, quae improba et pestifera blande suadeat, et τὸ Πνεῦμα, quod honesta et salutaria graviter imperet, bellum geratur, spiritum s. ducem sequi Rom. 8, 4. — 14. Gal. 5, 16. sqq. Quod qui faciunt κατὰ πνεῦμα

Digitized by Google

περιπατοῦσι Rom. 8, 4., πνεύματα ἄγονται Rom. 8, 14. vereque sunt πνευματικοί Gal. 6, 1. Contra qui τῇ σαρκὶ obtemperant corporis mancipia vivunt et σαρκικοί sunt Rom. 7, 14.. Et quoniam *mente ac voluntate* corporis cupiditates coercendae sunt, inepte agunt qui castimoniam corpori indicunt Col. 2, 23. Quamquam nimia lautitia in vitio est, facit enim ut corporis libidines ingravescant Rom. 13, 14.. Sed tota fere antiquitas originem appetitionum et perturbationum animi a corpore repetiit (v. *Knapp.* Scripta var. arg. p. 200.). Id Hebraeis placuisse satis constat; cf. נפש Genes. 6, 3. Kohel. 5, 5. Item Platonem corpus menti caliginem offundere, animum ad pravas cupiditates inflammare docuisse nemo nescit (v. Plat. Phaed. c. 10. sq. 27. 33. de republ. l. X. p. 609. sq. cl. *Stallbaum.* ad Phileb. p. XXV. sq.), quae sententia, quum tantum auctoris lumen haberet, multis antiquitus probata est (v. Cic. Tusc. I, 19, 44. Plut. XIV. p. 260. ed. *Hutt.* Philo Alleg. I. fin. T. I, 64. sq. *Mang.*). Quum Platonis de corpore humano sententia Paullinae et similis sit et dissimilis, jucundum sane est, utriusque viri disputationem contendere, quod alieno quidem l. hic facerem. Sed illam de corpore humano, peccatorum sede, opinionem et *absonam* esse et a N. T. remotam perhibuit *Reichius* (cf. *Tholuc.* ad 7, 14.). Mens peccat, non corpus (Liv. I, 58.) arbitriumque, quo officium vel colatur, vel deseratur, penes mentem est ac voluntatem. Haec nimirum P. ignoravit, qui id nobis mentis animique robur assumendum esse, quo cupiditates rationi obtemperare cogamus idemtidem dicat (ut infra v. 12.) et idcirco maxime corpus peccatorum domicilium esse voluerit, quod inde peccatorum illecebrae pullulent. At appetitus ipsi non mali sunt, imo necessarii, ut virtuti locus sit, quae illis sub mentis potestatem redactis oriatur. Scilicet appetitus P. non incusavit; sed hominum vitam contuitus cupiditatum corpore excitatarum importunitatem, quâ nimis saepe fieret, ut dominarentur quae servire par esset deploravit Rom. 7, 14. sq.. Non omnium vitiorum irritamenta a corpore proficisci, sed aliorum, ut libidinum, a corpore, aliorum, ut superbiae, ab animo inter psychologos constat. Tametsi P. omnium peccatorum incitamenta a corpore repetiisset, haec tamen opinio, ut multa in antiquis scriptoribus, aequo animo ferenda esset. Nam ut veteribus scriptoribus nihil placuerit, nisi quod nobis verum esse videatur, ne postulandum quidem est. Sed non fuit in illâ opinione Ap.. Nam ingratum animum Rom. 1, 21. (Matth. 15, 19.), mentis tenebras (Rom. 1, 22.) et imaginationis ludibria Eph. 2, 3. homines ad peccata stimulasse con-

Digitized by Google

tendit. Quid ergo? Corpus peccatorum sedem Ap. animo informavit, tum quia cogitatum scelus corporis membris editum, tum quod foedorum procul dubio et quae a multis saepe committuntur flagitiorum incitamenta corpus nobis admovet, tum quoniam corpus per mentem, cui tenebras obduxit, virtuti nocet Col. 2, 18. Ac vestro quidem l. corpus humanum peccatorum sedem memorari *Vatabl.*, *Beng.*, *Wetst.*, *Semler.*, *Bolten.*, *Jaspis.*, *Bretschn.* Lex. II, 486., *Rueck.*, *Koelln.* al. intellexerunt, sed Genitivum τῆς ἁμαρτίας non uno eodemque modo explicuerunt. Quod *Theophylacto* visum est τὸ σῶμα ἡμῶν τὸ ἁμαρτητικόν (corpus n. ad peccandum *proclive*) Genitivo minime inest. Imo τὰ σῶματα τῆς ἁμ. non nisi hoc dicunt: corpus *quod peccati est*, quod tanquam in manu et potestate peccati est, ut peccatum vim in corpus exerceat, der der Sünde (als Dienstin gethan) angehörende Körper. Similis est 1. Rom. 7, 23., sed valde dissimilis Phil. 3, 21. τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν et τὸ σῶμα τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ i. e. corpus quo *nostra humilitas* et *Christi majestas* induta est i. q. corpus, quae ἡμεῖς οἱ ταπεινοί amicti sumus, et quo ὁ ἐν δόξῃ ὢν Χριστός circumdatus est. Καταργεῖν, quod v. P. frequentat, *vi privare*, *tollere*, *abolere* designat. Corpus autem abolebatur quum necatur. Non idem valet τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, quod ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος (*Glass.*, *Calov.*, *Baehr.* ad Col. p. 252. al.), quae opinio multas ob causas inepta est, sed τὸ σῶμα τῆς ἁμ. minister est τοῦ παλαιοῦ ἡμῶν ἀνθρώπου. Nam sceleris materiam corpus pravae menti suppeditat eaque oblatâ re temere usa scelus facit. Pulore igitur P., quum nos veterem nostram, quae peccatis delectaretur, personam in crucem sustulisse, ut peccato subditum corpus necaretur, scriberet, hoc indicavit; mentis perversitate sublatâ perniciosam corporis vim emortuam esse. Frustra enim corpus incendiarie, h. e. vetere homine, interfecto faces novo homini, incendia non facere sed restinguere sueto, subjicit. Sed ne quis verbis ἵνα καταργηθῇ τὸ σ. τ. ἁ. secus intellectis de *ipsius* corporis morte et interitu agi putaret neque non nisi de corporis, *quatenus peccati imperio subjectum cupiditates incenderet*, caede, h. e. de suffocatis pravis cupiditatibus corpore excitatis, sermonem institui quemquam praeteriret, P. voce. τοῦ μηκέτι δ. ἡ. τ. ἁ. adjecit, quibus quo consilio ὁ παλ. ἡμ. ἀνθρ. συνεσταυρώθη, ἵνα καταργ. τ. σ. τ. ἁ. declararet *).

*) Mire igitur Ven. *Reichius* haec objecit: voce τοῦ σώματος de hominum corpore intellectâ καταργεῖσθαι metaphorice explicari non posse, quia id contortum sit, sed proprie capiendum esse *interfici*.

Δουλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ h. l. peccato servire i. e. obsequi (7, 25. Tit. 3, 3.), non *emancipatum esse* peccato denotat. Neque enim satis est, non esse nos peccati *mancipia*, peccatum dominum esse, nisi in nos *tyrannus* sit, aeque animo patientes; illud a nobis jure postulatur, ut peccato principatu dejecto obsequium denegemus (v. 12.). Haec igitur P. dicit: — verum etiam reditus in vitam similitudinem referre volemus, neque hoc non reputabimus, veterem nostram personam (pristinam animi perversitatem) in crucem (ante susceptum baptismum) ad Christi exemplum actam esse, ut enecaretur corpus peccati imperio subjectum, ne amplius (non dico hunc vitalem spiritum duceremus, sed) obsequeremur peccato domino (et animi impuritate et pestiferâ corporis vi exstinctâ). — Nunc interpretum de v. *ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας* opiniones recensebo. Quorum plerique *τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας* recte consociarunt, pauci Genitivum *τῆς ἁμαρτίας* a *τὸ σῶμα* contorte avulsum a verbo *ἵνα καταργηθῇ* regi putarunt. In hunc modum v. *Theodoretus* explicuit: — *ἵνα ἀργὸν γένηται τῇ ἁμαρτίᾳ τὸ σῶμα· τοῦτο γὰρ εἶπεν ἵνα καταργ. τ. σ. τ. ἁ.* Qui et in verbi etymologiâ argutatus est et loquutionem confinxit non solum a N. T., sed etiam a Graecorum usu abhorrentem. Nam Genitivum *rationis* (quod attinet ad) in formulis, qualis est *μετρίως ἔχειν φιλοσοφίας* (v. *Matthiae* Ausf. gr. Gr. II, §. 337.), usitatum male hîc quaesivit: ut vi privaretur corpus *quod ad peccatum attinet*. Haec sententia vel Dativo commodi *ἵνα καταργηθῇ τ. σ. τῇ ἁμαρτίᾳ*, vel Accusativo *ἵνα κ. τ. σ. τὴν ἁμαρτίαν* graece enuntianda est. *Schulthessii* opinio ne mentione quidem digna est. Is (Die evang. Lehre von dem h. Abendm. p. 233. sq.) v. *καταργεῖσθαι* per metaphoram ab agriculturâ repetitam h. l. positum arbitratus (!) sic explicuit: ut *otiosum redderetur, feriaretur*, corpus a vitio. *Schulthess. Wahlium* traxit, qui Cl. min. p. 175. *καταργοῦμαι τινός* idem esse quod *παύομαί τινος desisto ab aliquâ re* finxit. Tolerabilius illi ex-

---

Hoc rursus male fieri propterea, quod nunquam P. *τὴν αὐτοχειρίαν* commendaverit. At praeterquam quod praecedentis voce *ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη* figurate dicuntur, P. h. l. non *περὶ τοῦ σώματος*, sed *περὶ τοῦ σώματος τῆς ἁμαρτίας* loquitur suamque sententiam ipse enuncleat verbis *τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ*. Et quoniam Ap. pravas cupiditates mente consilioque coercendas esse verissime judicat (v. supra), non quidem ut vi in corpus grassemur nos monet, sed leniore contentus remedio corpus, *quatenus pravos appetitus moveat*, vel exuere Col. 2, 11. vel enecare Col. 3, 5. Rom. 6, 6. h. e. malas corporis cupiditates restinguere, nos jubet.

Digitized by Google

possissent *ut exscinderetur corpus a peccato*, i. e. ut corpus peccato prorsus eximeretur Gal. 5, 4. At ne hoc quidem ferri potest, quoniam P. non scripsit: ἵνα καταργηθῇ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας τὸ σῶμα. Qui τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας copularunt, alii alia commenti sunt. *Chrysost.* τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας *corpus ex peccatis conflatum* corpus, quod τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον efficeret, h. e. τὴν ὁλόκληρον κακίαν, quippe e multis partibus compositam (i. q. τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον) dici putat idque e proximis v. τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ apparere judicat (at v. supra). Nimirum si P. *ut vetus homo tolleretur* enuntiare voluerat, ambiguitate evitatâ simplicitatisque legem sequutus ἵνα καταργηθῇ (np. ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος), τοῦ μηκέτι εἶναι αὐτόν scribere potuerat. Confudit autem *Chrys.* duas diversas expositiones, unam: corpus ex peccatis conflatum, *quod vetus homo pro suâ spurcitie ferret* (v. *Wolf.*), alteram: *corpus peccati* h. e. peccatum, cui, quoniam e multis partibus et quasi membris constat, corpus recte tribuas (v. infra). Phot. ap. Oec. (τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας περιφραστικῶς αὐτὴ ἡ ἁμαρτία —.), *Clarius*, *Schoettgen.*, *Kopp.*, *Flatt.*, al. τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας circumlocutionem τῆς ἁμαρτίας continere censent. Quae opinio neque Graecorum neque Judaeorum usu loquendi firmari potest. Namque corpus *hominis* aut *bestiae* per periphrasin pro *homine* aut *bestiâ* poëtae tragici posuerunt (v. Soph. Oed. C. v. 1564. ὦ χθόνιαι θεαί, σῶμά τ' ἀνοκάτου | θηρός — [de Cerbero], Oed. Tyr. v. 642., ubi v. *Brunck.*, Eur. Alcest. v. 636. *Dind.* οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ —. cf. Aristoph. tragicâ loquutione risum captantem Thesmoph. v. 895. βάϊζε, τοῦμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ.), *corpus rei* pro *re* nemo dixit. Huic graecorum poëtarum loquutioni Rabbinorum usus respondet, qui non magis hunc l. illustrat. Ponunt enim עַצְמִי, עַצְמֵךְ *os meum*, *tuum*, i. e. firmissimâ corporis parte pro toto corpore nominatâ *corpus meum*, *tuum* etc. (*Buxt.* Lex. talm. p. 1645.) et גּוּפִי (*Buxt.* p. 405.) *meum corpus*, ut *meam*, *tuam personam* (*me*, *te* etc.) indicent. Neque quae *Schoettg.* ad h. l. et ad 7, 24. loca adscripsit Judaeos per inertem periphrasin *corpus rei* pro *re* collocasse docent *). Sed etiamsi

per

*) Diversorum generum loca male *Schoettg.* miscuit. Primo enim Breschith rabba sect. 4. s. 5. 4. citavit, ubi גרם של ארקיע non periphrasin coeli convexorum continet, sed coeli convexis corpus recte vindicat, ut quae solida et coelestis maris receptacula et stellarum fulcimina fingerentur Genes. 1, 7. 14. Deinde l. protulit, in quibus corpus (גוף) hominis aut bestiae pro homine ipso ipsâque

per loquendi usum *corpus rei* pro *re* bene caperetur, hoc tamen I. sententia non permitteret, *ut τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας* pro *ἡ ἁμαρτία* positum esse judicaremus. Neque enim veterem nostram indolem eo consilio crucis supplicio affecimus, ut *peccatum e medio tolleretur*, quod nunc quoque viget multosque in homines dominatur, sed ne cupiditatum lenociniis porro nos dederemus. Itaque illi interpretes aut *τῆς ἁμαρτίας* vocabulo vel proclivitatis ad peccandum, vel consuetudinis peccandi, ut *Schoettg.*, significatum affinxerunt, aut *quod ad nostra studia pertinet* pro arbitrio P. verbis addiderunt: ut peccatum *quantum ad nos* exstingueretur. Phot. ap. Oec.: *πῶς δὲ καταργεῖται [ἡ ἁμαρτία]; ἡμῶν*

---

bestiâ memoratur (Pirke Aboth c. 4, 6. Ketuvoth f. 7. 1. Tanchuma f. 70, 1.). Ex his *τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας* per circumloquutionem pro *ἡ ἁμαρτία* recte capi minime efficitur (v. supra). Tum locum laudavit, ubi גוף corpus *rem* notat, Aboth R. Nathan c. 22. לא מצאתי לגוף טוב משתיקה non inveni *rem bonam*, nisi silentium. Cf. הא גופא קשיא *haec res* difficultatem creat apud *Buxt.* Lex. talm. p. 405. et 2156.. Porro גוף metaphorâ inde ductâ, quod corpus ab aliis corporibus seclusum per se absolutum ac sui juris est, rem declarat plenam per sese. Sic Pirke Aboth c. 5, 8. שבעה גופי עבירה commemorantur, septem corpora (i. e. *genera*) peccati. Postremo גוף rei corpus id valet *quod rem continet facitque ut res sit res, caput, essentiam rei.* Gittin f. 85, 1. גופו של גט corpus (*caput*) libelli quo nuntius uxori remittitur, Siphra f. 171. 4. גופי תורה (v. *Buxt.* l. c. p. 405.) corpora (*primariae partes*) legis i. e. principales leges lege mos. comprehensae. Pesachin c. ult. agnus paschalis גופו של פסח nuncupatur corpus (i. e. *caput*) paschatis. Sic graeci philosophi *σῶμα* usurpant; v. Aristot. Rhet. 1. init. — *οἱ δὲ περὶ μὲν ἐνθυμημάτων οὐδὲν λέγουσιν, ὅπερ ἐστὶ σῶμα* (i. e. *κυριώτατον*, ut paullo post ipse explicat) *τῆς πίστεως* (h. e. *τῆς ἀποδείξεως*), *περὶ δὲ τῶν ἔξω τοῦ πράγματος τὰ πλεῖστα πραγματεύονται.* Itaque *Schoettg.* minime demonstravit, quod ostendere voluit, *τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας* per usum loquendi Judaeorum recte *περιφραστικῶς* sumi pro *ἡ ἁμαρτία*. Unum addo, ei vocis גוף usui, quem ultimo l. tetigi, cognatum esse vocabuli עֶצֶם in V. T. Nam quum ossa firmissimae et quae totum corpus contineant corporis partes sint, factum est, ut *os rei* metaphorice *rei essentia* appellaretur. Sed alia est aliarum rerum essentia. Diei essentia *tempus* est diei tributum (Gen. 17, 23. 26. בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה hujus diei tempore, hoc die labente, LXX *ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἡμέρας ἐκείνης*), coeli, si nitoris rationem habueris, *caeruleus color* Exod. 24, 10., *felicitatis*, secundarum rerum flos Job. 21, 23. Mire Lexicographi (v. *Gesen.* Lex. lat. p. 788. et *Win.* Lex. man. p. 741.) עֶצֶם sequente Genitivo his in locis *ipse* denotare observant. 2 Reg. 9, 13. עֶצֶם הַמַּעֲלוֹת *os* i. e. corpus, ambitum graduum designat, nisi forte metaphorice gradibus os tribuitur, quod vestibus nondum superstratis quippe nudi atque intecti ossis speciem referrent.

μὴ χρωμένων αὐτῇ. Qui quod suae opinioni praesidium in v. τοῦ μηκέτι δ. ἡ τ. ἁ. quaesivit, neque haec vocc. ad totam enuntiationem ὅτι ὁ π. ἡ. ἁ. σ., ἵνα κ. τ. σ. τ. ἁ., non ad sola v. ἵνα κατ. τ. σ. τ. ἁ. pertinere reputavit et male enarravit δουλεύειν *mancipium esse* (v. supra cl. v. 12.). Frustra *Heum.*, *Kopp.*, *Reichius* (qui ex corpore *monstrum* fecit, i. e. ὁ θήρ, τὸ θηρίον) al. P., ut metaphoram continuaret, peccatum hîc corpore circumdedisse observarunt. Corpus enim in crucem actum necatur, non peccatum. Nempe quod de *peccato* hîc male diceretur, *quo id aboleretur veterem nostram indolem cruci affixam esse* (v. supra), idem non rectius de *corpore* peccati affirmaretur, quum ut in metaphorâ persisteret corpus peccato scriptor dedisset. Eodem argumento eorum opinio evertitur, qui (*Theophyl.*, *Grot.* al.) re e longinquo repetitâ peccato propterea hîc corpus tribui autumant, quia compages sit quaedam multis constans membris i. e. vitiis. Nemo autem hâc asperâ et inficetâ translatione usus τὸ σῶμα τῆς ἀρετῆς, τῆς ἁμαρτίας dixit, ut illam multis virtutibus, hanc multis vitiis absolvi significaret. Temere sane multi ad Col. 3, 5. provocarunt. Aliud enim egerit necesse est, qui scortationem aliaque flagitia ibi *membra Colossensium*, *quae in terrae orbe circumferrent* (τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς cf. 2 Cor. 5, 1.) vocari sibi persuaserit. Quin haec P. mens est: *enecate* corporis vestri membra quae in terrae orbe (libidinosa illa minimeque idonea 2 Cor. 5, 1.) habetis (np. *cupiditatum quas accendunt ardore restincto*), enecate, inquam, scortationem, impuritatem etc. (v. supra). *Klee* τὸ σῶμα τῆς ἁμ. peccati *naturam* (essentiam), *Cornel. a Lapide* totam peccatorum *massam* exponit. Rei essentiam τὸ σῶμα nusquam denotat, nisi apud philosophos et ubi umbra rei (ἡ σκιά), quae inanis est, ipsi rei solidae (τῷ σώματι) opponitur (v. interpretes ad Col. 2, 17.). *Massam* τὸ σῶμα auctore *Tholuccio* designat Aristot. Problem. 24, 9., ubi v. τὸ σῶμα τὸ τοῦ ὕδατος πᾶν legantur. Quo l., quem male citatum nondum repperire potui, τὸ σῶμα corpus declarare videtur, quo sensu physici lapidem corpus dicunt (Aristot. Problem. 23, 2. et 7. Lucian. Vitar. auctio c. 25.). Aristot. Probl. 24, 9. σῶμα est *pondus*. Sed ut totum rei ambitum Graeci τὸ σῶμα vocarint dixerintque, quod non credo, hoc sensu τὸ σῶμα τοῦ ἀέρος, τοῦ ὕδατος etc., ede mihi, qui τὸ σῶμα τῆς ἀρετῆς, τῆς ἁμαρτίας virtutis, peccati *massam* (ambitum) usurpaverit. Quamquam ne sententia quidem alterutram explicationem recipit, quandoquidem pristinum nostrum ingenium in crucem sustulimus, neque ut peccati *essentiam* tolleremus, neque ut *totam peccatorum massam*

Digitized by Google

aboleremus (v. supra). *Carpzov.* τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας *mancipium peccati* (i. q. ὁ δοῦλος τῆς ἁμαρτίας cf. v. 16. 17.) enarrari posse credidit et hoc nomen τῷ παλαιῷ ἡμῶν ἀνθρώπῳ h. l. imponi sibi persuasit. Seriores Graecos servos nude σώματα appellasse (v. Athen. 5, p. 207. [I, p. 454. *Dind.*] 2 Macc. 8, 11. Apoc. 18, 13.), quum veteres Graeci cujusvis conditionis homines σώματα dixissent (v. *Lobeck.* ad Phryn. p. 378. sq. et *Schaef.* ad Demosth. II, p. 289. sq. cl. Liv. 29, 21. *libera corpora* placere Locrensibus restitui.) tralatitium est. Sed nemo τὸ σῶμα metaphorice usurpavit, ut v. c. hominem flagitiosum σῶμα τῆς ἁμαρτίας pro δοῦλον τῆς ἁμ. (Joh. 8, 34.) vocaret.

V. 7. Argumentationem, quâ initam ab hominibus christ. peracto baptismo vitam *novam* (*sanctam*) vitam esse oportere doceret (v. 5. 6. cl. 4.), apte Ap. hoc vs. conclusit. Quamquam enim eorum qui in Christi se disciplinam dedissent vitam honestam esse oportere ex eo intelligi poterat, quod *veterem* nostrum hominem, *peccatorum auctorem*, priusquam baptismo initiaremur, firmo animi proposito in crucem nos egisse dixerat, tamen, ne quis illum vel mortuum peccata committere fingi posse objiceret, sententiam e vitâ communi depromtam (*post mortem nemo peccat*) addidit, quâ ad exstinctum *veterem* hominem (v. 6.) accommodatâ non metuendum esse, ne ille mortuus scelera edere perseveraret impedimentoque esset, quominus *novam* vitam ageremus, lectores faterentur. Ὁ ἀποθανών est *qui mortuus est, qui e vitâ physicâ abiit* in universum. Generalis est enim sententia, quam lector suâ sponte ad τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον v. 6. traducat. δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμ.] *absolutus est a peccato* (tanquam a molesto litigatore) i. e. demtâ metaphorâ *liberatus est a peccati potestate*, ut recte Syrus (ܙܟܝ ܡܢ ܚܛܝܬܐ), *Chrys.* (ἀπήλλακται), *Theophyl.*, *Oec.*, *Schol. Matth.* (ἠλευθέρωται), *Beza*, *Grot.*, *Kopp.* et innumerabiles alii, quos loquendi usum violasse male *Rueck.* et *Reich.* culparunt. Nam qui judicio absolvitur ab ingratâ re liberatur, h. e. ab ignominioso crimine, a poenâ condemnato reo persolvendâ, a petitoris iniquitate. Quare δικαιόω (*absolvere* LXX Deut. 25, 1.) sq. ἀπό τινος (*a re absolvere*) metaphorâ a judicio petitâ *a re liberare* declarat. Nihil est enim absolutio, nisi aliqua liberandi ratio. Sirac. 26, 29. Μόλις ἐξελεῖται ἔμπορος ἀπὸ πλημμελείας καὶ οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας. *vix se mercator liberum praestabit ab errore neque absolves* (liberabis) *institorem a peccato* (ut nullum peccatum ab eo commissum esse doceas). Act.

Digitized by Google

13, 38. 39. Cf. absolvere se ab homine Cic. pro Rosc. Com. 12, 36. Pendet igitur ἀπό ab ipso v. δικαιόω, quod liberandi notionem complectitur. Male *Win.* gr. l, p. 104. ed. 2. structuram praegnantem esse credidit: δεδικαίωται (καὶ ἠλευθέρωται) ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας *insons declaratus* (et liberatus) est a *peccati poenâ* (?). Sententia autem h. l. proposita *hominem mortuum a peccato, quasi ab iniquo petitore, absolutum non peccare* egregie cum N. T. scriptorum et Judaeorum mente concordat, qui aliter quam nostri homines, qui homines mortuos vel in virtute vel in nequitiâ proficere putant, mortuorum et bene et male agere esse negant. Nam tempus, quo aut bene aut male factorum sementem faciamus, angustis hujus vitae terminis circumscribunt, mortuos neque meliores neque pejores fieri futurumque esse, ut quemadmodum in hâc vitâ sementem fecerint ita aliquando metant, statuunt (v. 1 Petr. 4, 1. cl. Hebr. 9, 27. 2 Tim. 4, 7. sq. 2 Cor. 5, 10. al.). Bene *Grot.*, quum apte in hanc rem attulisset vocem talmudicam: משמת אדם נעשה חפשי מן המצות *postquam mortuus homo est liber est a praeceptis* (v. Nidda f. 76. cl. *Meuschen.* N. T. e Talm. illustr. p. 170. sq.), „si *a praeceptis* liber, inquit, etiam *a peccato* liber." Sed male hûc trahunt a *Carpzovio* decepti l. Philonis Alleg. l. I. fin. (I, 65. *Mang.*) — εἰ δὲ ἀποθάνοιμεν τῆς ψυχῆς ζώσης τὸν ἴδιον βίον καὶ ἀπηλλαγμένης κακοῦ καὶ νεκροῦ τοῦ συνδέτου σώματος., quum is platonicam sententiam contineat: animos e libidinoso corpore quasi e sepulcro egressos tum demum vivere (lege antecedentia cl. not. ad v. 6.), non hoc dicat, mortuos neque virtuti operam dare neque peccare. Theodoreti (cf. *Chrys.*, *Beza*, *Grot.*) expositio, qui P. vocem ad hanc vitam quam mortuus improbe factis contaminare nequeat, refert („τίς γὰρ ἐθεάσατο πώποτε νεκρὸν ἢ γάμον ἀλλότριον διορύττοντα — ἢ ἄλλο τι τῶν ἀτόπων διαπραττόμενον;") non cadit in Ap. v. ὁ γ. ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τ. ἁ.. Simpliciter illud his v. dici potuisset: ὁ γὰρ νεκρὸς οὐκέτι ἁμαρτάνει. Ceterum universalis P. sententia hoc m. in rem conferenda est: nam homo mortuus absolutus est a peccati potestate; *itaque etiam vetus noster homo a peccati imperio liberatus non amplius peccat quippe interfectus* v. 6. Male *Grot.*, *Reich.* al.: *unde nos quoque, qui peccato mortui sumus* (*Chrys.* in baptismi undis suffocati), *a peccati potestate liberati non amplius peccamus.* Quod enim Ap. supra v. 2. dixerat nihil ad hanc l. pertinet, ubi proxima sententia, in crucem nos τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον sustulisse v. 6., explicanda erat, ut eam quod efficiendum erat (v. 4.) utique confirmare appareret. Haec igitur est subtilissima Ap. disputatio:

Digitized by Google

sepulti sumus, quemadmodum Christus sepultus est, sacrâ lotione, quae sepulturam adumbrat, susceptâ, *ut* Christi exemplo *in vitam reversi in novâ vitâ constitueremur* (v. 4.). Nam si (eo quod baptismum, sepulturae imaginem, subiimus) homines ejusmodi evasimus, qui mortis Christi similitudinem necessario referremus, verum etiam tales esse volemus, qui reditus in vitam similitudinem prorsus referamus v. 5. (Ergo, ne manca sit nostra cum Christo similitudo, *aliquam* vitam agere volemus; restat, ut eam vitam, quum *pristina* vita esse nequeat, non posse non *novam* vitam esse ostendat; quod facit v. 6. et 7.) et hoc considerabimus, nos *veterem nostrum hominem*, corpus peccato deserviens enecturos, ne porro peccato obsequeremur, *cruci suffixisse*, sicut Christus cruce affectus obiit v. 6. Homo enim mortuus a peccato liberatus est v. 7. (Hinc *vetus* quoque noster homo nece, quâ affectus est, a peccato liberatus non ultra peccat *novamque* vitam agemus v. v. 5. cl. v. 4.). — *Rueck.*, quocum fere facit *Usterius* l. c. p. 211., vs. 7., universalem sententiam, quâ vs. 6. corroboretur, afferri autumat hujusmodi: *nam homo mortuus* (np. quoniam mors iis poena irrogatur, qui peccaverunt 5, 12.) *culpae peccatis contractae insons declaratus est*, quam e P. mente sic ad rem revocandam esse perhibet: *quare nos quoque, qui quum baptismo lustraremur ad Christi exemplum mortui sumus, a peccati dominatu liberati sumus.* Nam P. disparet *culpae peccati* et *dominatus peccati* notiones, ut sibi alias confudisse opinatur! Verum, ne istam diversarum cogitationum permistionem justam in P., subtilissimo viro, miratione facere moneam, *Rueckerti* opinio insulsa est duas maxime ob causas. Neque enim *hominem mortuum culpae, quam peccatis commeruisset, absolutum esse* contendere P. potuit. Nam *mors physica* non unica peccatorum poena est, sed praeludit multo gravioribus poenis ab eo, quem Messias judex damnaverit, dependendis 2, 5. 2 Cor. 5, 10. Gal. 5, 10. al.. Deinde v. 6. non de hominibus christ. ad Christi exemplum quum baptizarentur mortuis agitur, sed de vetere nostro homine, priusquam sacrâ lotione initiaremur, firmo animi decreto in crucem sublato. Multi explicatores ὁ ἀποθανών figurate sumunt qui vitam posuit *peccatis dicatam*, ceterum v. δεδικ. ἀ. τ. ἁ. alii aliter enarrant. Sed merito h. l. sic expetas ὁ γ. ἀποθανὼν τῇ ἁμαρτίᾳ (v. 2.), nisi P. ambiguitatem captasse tibi persuaseris. Et invexerunt illi vel ignavam vel ineptam sententiam. *Limb.*, *Beng.*, *Boehm.*: nam qui e vitâ cessit peccatis consecratâ absolutus est a peccato quasi domino (a peccati potestate), ut nihil peccato in eum juris sit. Sed id male h. l.

Digitized by Google

diceretur, quandoquidem v. 6. non haec P. mens est, τὸν παλαιὸν ἡμῶν ἄνθρωπον vitam improbam posuisse, ut *idem* sancte postea viveret. Imo eum prorsus abolitum esse Ap. affirmare voluit. Denique, innumerabilia enim interpretum, qui P. disputationem non perspexissent, commenta inutiliter referrem, *Kopp.*, *Rosenm.*, *Jasp.* al. Ap. verbi ὁ ἀποθανών figurate intellecti vim h. l. declarasse credunt h. s.: *mortuum esse et non amplius indulgere peccatis unum idemque est.* Verum cur illam vim P. hîc ostenderet nulla erat ratio, quae esset, si v. 6. pro ὅτι ὁ π. ἡ. ἄνθρωπος συνεσταυρώθη haec legerentur ὅτι ἡμεῖς τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπεθάνομεν et hoc vs. ὁ γὰρ τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποθανών —.

V. 8. 9. Non ignavam hi vss. superius (v. 5.!) dictorum iterationem complectuntur (*Kopp.*, *Tholuc.*, *Klee*, *Koelln.* al.), sed sententiam v. 4. positam, deinde munitam v. 5.—7. *homines christ. sacrâ lotione lustratos in novâ vitâ collocatos esse* h. l. P. amplificat *hanc novam vitam sempiternam fore et ex quâ in mortem, quâ homines flagitiosi oppressi sunt Eph.* 5, 14., *non recasuri sint Christianos credere* observans. Itaque postquam sententiam v. 2.—7. expositam verborum v. 7. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δ. ἀ. τ. ἁ. invitatu his vocc. repetiit εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σ. Χρ. hanc argumentationem subjicit: *si autem mortui sumus cum Christo* (np. eo quod vitam impuris studiis inquinatam posuimus v. 2. sqq.), *etiam victuros nos cum eo esse credimus* i. e., ut ipse v. 9. explicat, novam nostram vitam, quum Christi ex inferis excitati vita sempiterna sit, *perpetuam* et quae dum homines inter homines vivamus non abrumpatur fore nobis persuasum est. Recte πιστεύομεν ὅτι — Ap. scripsit. Nam in novâ vitâ non perstare posse, nisi quorum honestatis studium Deus et Christus coelo receptus adjuverint, (Phil. 2, 13. 4, 13. 1 Tim. 1, 12. 2 Tim. 4, 17.) piorum hominum more existimavit. Sed P. conclusio: *si mortui sumus cum Christo fore ut etiam vitam habeamus* (diuturnitate) *Christi vitae similem credimus, si tralatam loquutionem institutamque* Christianorum sortis cum utraque Christi fortunâ collationem spectaveris, hâc sententiâ nititur: memorabilia Christi fata homines christ. quodammodo referre aequum videri idque Deum et Christum effecturos esse (Phil. 3, 10. sq. 2 Cor. 13, 4.); sin similitudinem detraxeris, sententiam verissimam fundit: si prava studia valere iussimus, fore ut Deo et Christo opitulantibus honestatem semper colamus pie confidimus. Qui enim Deus et Christus homines pios destituant (2 Tim. 2, 13.)? Quae qui non perspexissent interpretes ut v. πιστεύομεν, ὅ. κ. συζήσομεν αὐτῷ expedirent, alii alia

Digitized by Google

commenti sunt. Sic fuerunt, qui male verterent *πιστεύομεν credendum nobis est* (*Kopp.*, *Stolz.* al.; *Koelln*: *credere nobis licet*) et ὅ. κ. *συζήσομεν αὐτῷ oportere nos — cum Christo vivere* (*Kopp.*, *Mor.*, *Jasp.* al.). Perverse *Usterius* l. c. p. 225. *συζῆν τῷ Χρ. ita vivere, ut Christum intus habeas* enarrat. Nam qui sic vivit, ut Christi voluntas et praecepta ejus animum gubernent, in eo *Χριστὸς ζῇ* Gal. 2, 20., vel ipse *τῷ Χρ. ζῇ* 2 Cor. 5, 15., non *συζῇ τῷ Χρ.*, quod rem justo obscurius enuntiaret (Christo convictorem esse; v. *Wetst.*). Et h. l. *συζῆν τῷ Χρ.* valere *vitam vivere, qualem vivit Christus* i. e. perpetuam manifestum est (v. v. 9.). Si *εἰδότες* causam afferre putabis (1 Cor. 15, 58.), sententiam habebis nullam, nisi forte Apostolum nudis verbis *συζήσομεν αὐτῷ perpetuae* vitae notionem subjecisse (i. q. *ὅτι κ. ἀεὶ ζήσομεν ὥσπερ αὐτός*) temere finxeris: — persuasum nobis est, nos etiam *semper*, sicut Christum, victuros esse, *quoniam* Christum in vitam restitutum non amplius moriturum esse scimus. Quin *εἰδότες* structuram continuat (*πιστεύομεν — εἰδότες* i. q. *πιστεύομεν — καὶ οἴδαμεν*) exponiturque verbis *εἰδότες — οὐκέτι ἀποθνήσκει* formulae ὅ. κ. *συζήσομεν αὐτῷ* vis ac notio: — credimus, nos etiam *vitam, qualem Christus vivat, habituros esse* neque Christum vitae redditum non iterum moriturum esse nescimus (i. q. *hoc est perpetuam vitam nos habituros esse* v. 9.). Illustratur praecedens sententia *ὅτι Χρ. ἐγ. ἐ. ν. οὐκέτι ἀποθνήσκει* verbis *θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει*, quae causam, cur Christus *non amplius* moriturus sit, continent. *Mors*, inquit P., *in eum non amplius dominatur*. Nemo igitur Asyndeto recte offendatur (v. Dissert. m. II. in 2. ep. ad Cor. p. 107. sq.). Veteres Theologi *Glassius*; *Quenstedtius* (v. *Heum.*), *Calov.*, *Bengel.* al., quum malâ relligione ducti mortem in Christum *dominatam* esse falso dici putassent *οὐκέτι* h. l. idem quod *οὐ* denotare perhibuerunt, l. Joh. 15, 15. Act. 13, 34. antestati. Nugae (v. *Calv.*, *Wolf.*, *Heum.*). Eorum est enim *ὁ θάνατος* tum dominus tum rex (5, 14.), qui moriuntur. Similis est *Tholuccii* error, qui quoniam morti nullum in Christum, *τὸν ἀναμάρτητον*, jus fuerit (Rom. 5, 12. cl. 1 Petr. 2, 22.) *κυριεύειν* h. l. *potiri* enarrat. Nempe *κυριεύω τινός* non solum *sum rei dominus*, verum etiam *fio rei dominus* (*γίνομαι κύριός τινος*), *facio me rei dominum*, *re potior* (Polyb. 1, 29, 6. 8, 19. 5.) declarat. Sed quamquam Christus innocentissime vixit, tamen, quoniam hoc negotium susceperat, ut homo factus hominum peccata *supplicio suo* expiaret (Phil. 2, 7. sq. Joh. 3, 16.), moriendum ei erat, estque Mors quum interficeretur suo in eum usa jure. Neque e mortis faucibus

Digitized by Google

post paucos dies Christus propterea ereptus est, quod nullam peccando concepisset maculam, sed quia id futurum esse vetus vates cecinerat i. e. quia per Dei decretum prophetae divinitus monstratum res aliter cadere non potuisset Act. 2, 24. sqq. Proinde *κυριεύειν* h. l. est *dominum esse*. *Christus in vitam restitutus non amplius moritur. Mors enim in eum non amplius* (olim habebat) *potestatem habet.* — Satis multi interpretes (v. c. *Chrysost.*, *Grot.*, *Heum.*, *Flatt.*, *Reich.*) *συζῆν τῷ Χριστῷ* ad *τὴν αἰώνιον ζωήν* referunt (2 Tim. 2, 11.) h. m.: si autem ab inhonestâ vitâ discessimus, sicut Christus physicam vitam posuit, persuasum habemus, fore, ut *cum Christo* (*ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι*) i. e. *in perpetuum* vivamus (nam morum sanctitas certam sempiternae felicitatis spem affert 5, 4. sq.), quum Christum in vitam revocatum non amplius mori haud ignoremus etc. Superquam quod illi *εἰδότες* rectius exposuissent *καὶ οἴδαμεν* (v. supra), sententiam in hunc l. invexerunt a P. disputatione remotissimam. Toto enim l. hoc unum agit, ut homines christ. vitâ, quae peccatis contaminata fuisset, positâ honestam vitam iniisse demonstret v. 2. — 11. Jam si illis assensus v. 8. 9. ad vitam aeternam probis Christianis certo sperandam revocaveris, primo in Ap. argumentatione rem primariam jure desideres. Non enim satis erat homines christ. in *novâ* vitâ locatos esse Paulum monuisse v. 4. — 7., nisi *perpetuitatem* se huic vitae jure quodam ominari adderet v. 8. 9.. Nam hâc spe corroboratus sit necesse est, qui se *νεκρὸν μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντα δὲ τῷ θεῷ* esse existimet (v. 11.). Deinde quod Ap. hic *obiter* de vitâ aeternâ dicere volunt, ne obiter quidem illius vitae mentio h. l. faciendа, sed disputatio pertexenda erat ut versu 11. quo modo legimus concludi posset. Quamvis enim *verba* v. 11. ad vocc. v. 10. accommodata sint, *sententia* tamen ejusmodi est, ut ante dictorum v. 2. — 10. summam fieri pateat. Nihil dicunt qui (*Flacius*, *Chr. Fr. Schmid*, *Rosenm.*, *Boehm.*, *Klee* al.) *συζῆν τῷ Χριστῷ* vitam sanctam et aeternam simul complecti perhibent, et quia illam loquutionem *alterutrum* significare oportet, *aut cum Christo ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι vivere* proprio sensu 2 Tim. 2, 11. Col. 1, 5., *aut virtuti* vivere (sensu figurato) *quomodo* Christus vivit, i. e. perpetuo (v. 9.), et quoniam etiamsi illa *utrumque* continere posset, male tamen aeternae vitae cogitationem ab h. l. prorsus alienam immiscuissent.

V. 10. Ratio redditur ultimorum v. 9. vocc. *θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει*. h. m.: Mors non amplius in eum dominatur. Nam quam occubuit mortem ea ad peccatum pertinuit semel oppetenda (qui igitur mors iterum Christum

Digitized by Google

affligat?); quam autem vitam vivit ea ad Deum, nimirum *sempiternum*, refertur (non igitur verendum est, ne Christus Deo vivens aliquando moriatur). — Inepte *Valla*, *Benecke* al. post *Hilarium* (v. *Sabatier.* ad h. l.) enarrant: nam quae Christi pars (humanum Christi corpus) mortua est, peccato mortua est, quae autem Christi pars (Christi mens) vivit, Deo vivit. Corpore etiam, non solum mente Christus in coelum sublatus est Act. 1, 9. Versu autem 9. de *Christo* agitur morti nunc erepto, non mortalis Christi pars ab immortali secernitur, quae morti obnoxia non fuerit. Non rectius multi (v. c. *Beza*, *Grot.*, nuper *Kopp.*, *Win.* gr. p. 143., *Wahl.* Cl. min. p. 235. al.) ὅ *quod attinet ad id, quod* — collato Romanorum *quod* (*Zumpt* Lat. Gr. §. 630.) denotare ferunt. Ut enim late pateat Accusativi absoluti usus, non tamen illo modo Graeci loquuti sunt. Nempe quae illi l. e *Matthiae* auct. gr. Gr. II, p. 894. (cf. *Bernhardy* Synt. p. 297.) afferunt, in iis Pronomen relativum a proximo verbo regitur habentque ea Anacoluthon, quod quo facilius sentias, sententiâ, quam Pronomen relativum ducit, pronuntiatâ pausam fac. Xenoph. Hiero 6, 12. ὃ δ' ἐζήλωσας ἡμᾶς, ὡς τοὺς μὲν φίλους μάλιστα εὖ ποιεῖν δυνάμεθα, τοὺς δ' ἐχθροὺς πάντων μάλιστα χειρούμεθα, (hîc fac pausam, si placet) οὐδὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει i. e. si ad legitimam structuram revocaris: τοῦτο δ', ὃ ἐζήλωσας ἡμᾶς, ὡς — — χειρούμεθα, οὐχ οὕτως ἔχει. Anab. 6, 1, 19. Ὅ δ' ὑμεῖς ἐννοεῖτε, ὅτι ηττον ἂν στάσις εἴη ἑνὸς ἄρχοντός, ἢ πολλῶν, (nunc inchoata structura destituitur) εὖ ἴστε, ὅτι ἄλλον μὲν ἑλόμενοι οὐχ εὑρήσετέ με στασιάζοντα. (Eodem modo expone Herod. 3, 81., nisi forte ibi breviloquentiam obtinere statuere malueris: — τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος [i. e. τὰ δ' εἶπεν ἐς τὸ πλῆθος ἀνώγων φέρειν τὸ κράτος: lege praecedentia], γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε). In hujusmodi locis ὅ esse *quod attinet ad id quod* magistris, quibus ad puerorum captum descendendum est, dicere licet, non licet structuram ad rem veritatemque dirigentibus. Neque alios explicatus habet Romanorum *quod*, de quo duo tenenda sunt, unum, illud *quod* tum ὅ esse (Cic. ad Div. 1, 7. 2. *Quod* scire vis, quâ quisque in te fide sit et voluntate: difficile dictu est de singulis), tum ὅτι, idque saepissime (Cic. ib. §. 11. *Quod* mihi de filiâ et Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam —.), alterum, hoc abruptum loquendi genus Romanis, maxime in sermone colloquium imitante, prorsus in usum vertisse. Cum locis Xen. Hiero 6, 12. et finitimis formulae ad totam quae sequitur enuntiationem pertinentes (v. c. ὃ δὲ πάντων δεινότατον) cognationem habent, quibus proximae sententiae

Digitized by Google

verbum nullâ interpositâ voce interdum adhibetur (v. Alciphr. ep. 2, 2. p. 214. *Bergl.* et *Bernhardy* l. c. p. 298.). E. N. T. hûc refer 1 Cor. 4, 2. ὧδε λοιπὸν ζητεῖται ἐ. τ. ο., ἵνα —. *quod autem reliquum est, requiritur* in —, ut —. Non recte *Billroth.* exponit: ὃ δὲ λοιπόν ἐστιν, ἐστὶ τοῦτο. Lectiones ὧδε pro ὃ δέ et ζητεῖτε pro ζητεῖται, quarum illam recepit *Lachm.*, quisquiliae sunt. Jam h. l. ὃ a verbis ἀποθνήσκειν et ζῆν utique suspendendum est. Nempe ἀποθνήσκειν τί et ζῆν τι *aliquam mortem mori, aliquam vitam vivere* declarat (v. Lucian. Tim. c. 33. ἀνδρὸς βίον ζῆν. Charito p. 12. ed. *d'Orville* ἀποθνήσκειν θάνατον μακρόν). Verte: *quam mortem mortuus est, eam peccato mortuus est semel, quam vitam vivit, eam Deo vivit.* Eadem est ratio loci Gal. 2, 20. Sic recte h. l. *Theophyl.*, *Oec.*, *Erasm.*, *Ruepk.* al., ad Gal. l. l. *Theophyl.*, *Usterius*, *Rueck.*, *Schott.* Comment. p. 407. al. Perperam τῇ ἁμαρτίᾳ virgulâ post id voc. locatâ ad v. ὃ γὰρ ἀπέθανε trahitur a 73. 80. It. Vulg. et PP. lat. (v. *Sabatier.*), non item ab *Erasmo*, neque a *Syro* (v. *Tholucc.* et *Reich.*). Nam ut v. τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ arcte jungantur et v. 9. poscit, ubi quum mortem amplius imperium in Christum exercere P. negaverit, sequitur ut mortis a Christo oppetitae notione verbis ὃ γὰρ ἀπέθανε redintegratâ, quam ea rationem habuerit vocabulis τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπ. ἐφάπαξ aperiat, et antithesis ζῇ τῷ θεῷ flagitat et v. 11., quo vs. de Christo dictum ad homines christ. traducitur (— νεκροὺς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ —), postulat. Patet ex his, vanam esse *Millii* κρίσιν, qui Prol. §. 1214. τῇ ἁμαρτίᾳ ab uno Aethiope omissum adulterinum judicat idque e vs. 2. irrepsisse opinatur. Formulae ἀποθνήσκειν τινί et ζῆν τινι *alicui vel homini vel rei mori et vivere* perlate patent. De iis enim usurpantur, quorum aut mors aut vita *quocunque modo* ad aliquam sive personam sive rem refertur debetque e re aut contextu cognosci, quae sit mortis aut vitae alicujus cum re aut personâ ratio. Elucet hoc e multis locis, quae *Wetstenius* hîc et ad 14, 7. attulit. Cf. 2 Cor. 5, 15. Eur. Jon. v. 660. *Herm.* ἓα δέ μ' αὐτῷ ζῆν. Alciphr. ep. 1, 37. fin. — βραχύ μοι μέλει· δεῖ γὰρ αὐτὸν ἢ ἐμοὶ ζῆν ἢ τεθνάναι θεττάλῃ. Terent. Eun. 3, 2, 27. Atque haec qui misit non sibi soli postulat te vivere —. Recte autem P. illis minus definitis loquutionibus h. l. usus est, tum quod eas attentis et qui utramque Christi sortem nossent lectoribus minime ambiguas fore intellexit, tum ut formulas poneret ejusmodi, quae in hujus argumenti conclusione v. 11. acute et graviter alio sensu ad homines christ. accommodarentur. Jam τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ, quum Chri-

Digitized by Google

stum supplicio suo hominum peccata expiasse constanter N. T. scriptores doceant (1 Cor. 15, 3. Gal. 1, 4. 1 Petr. 2, 24.), aliter nisi sic exponi nequit: mortuus peccato est semel, ejus fur allcinal (v. Hebr. 9, 26. sq.) np. *quum Peccatum, ut ἁμαρτωλοδαίμονα, aboleret.* Nam ejus quoque mors jure ad aliquem refertur, qui moriendo exitium alicui paravit. Sed v. ζῇ τῷ θεῷ male sic capias: quam nunc agit vitam. *Deo vivit* np. totâ mente Deo deditus seque ad ejus voluntatem componens. Nam tum quoque hoc Christus fecit, quum inter mortales mortalis ipse degeret Joh. 8, 29. Phil. 2, 8. Imo hoc P. vult: quam nunc vitam vivit, Deo vivit np. quum ejus vitae fructus ad Deum pertineat. Nam quem aliquamdiu *homines* convictorem habuerant et contubernalem, nunc *Deus* consessorem habet (8, 34. Col. 3, 1.), quique dilectus filius rellicto coelo in terrarum orbe peregre ad tempus habitaverat patri nunc redditus est. *Rueck.* p. 259. sententiam vs. 9. solis v. ὃ γὰρ ἀπ., τ. ἁ. ἀ. ἐφάπαξ firmari, cetera autem vocc. ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ θεῷ obiter adjecta esse, ut antithesis oriretur quae v. 11. ad homines christ. transferretur affirmavit. Quae opinio tum ferri posset, quum verbis ὃ δὲ ζῇ, ζ. τ. θ. aut nullum inesset muniendae sententiae firmamentum, aut imbecillum longeve remotum. At si Deum *sempiternum* esse memineris, acutissima et quae versum 9. egregie corroboret sententia exit: Mors non amplius in Christum imperium habet: neque enim mors denuo invadet *semel* ut peccatum amoveret mortuum, neque vitae *immortali Deo* dicatae finis imponetur (v. supra). — Interpretes multis modis hîc peccarunt. Nonnulli enim usum loquendi violarunt. Sic *Grot.* τὴν ἁμαρτίαν *peccatorum poenas* enarravit („Christus semel defunctus est malis illis quae ob peccata nostra sustinebat"); *Theophyl.* ζῇ τῷ θεῷ] τουτέστι τῇ θείᾳ δυνάμει (i. e. διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ 1 Cor. 6, 14., ἐκ δυνάμεως θεοῦ 2 Cor. 13, 4.). Ridicule Oec. — τῷ θεῷ] τουτέστι διὰ τὸ εἶναι θεός — τῷ εἶναι θεός, qui praeclare se interpretis munere functum putat, quia recte dicatur: ἀπέθανεν οὗτος ὁ ἄνθρωπος τῇ σαρκὶ (corpore) ζῇ δὲ τῇ ψυχῇ (mente 1 Cor. 14, 20.)! Alii quum in loquutionibus ἀποθνήσκειν et ζῆν τινι late patentem Dativum *relationis* obtinere non meminissent, in v. τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπ. ἐφ. vel Dativo *causae* (Schol. Cd. A. *Matth.* διὰ τὴν τοῦ κόσμου ἁμαρτίαν post *Chrys.* et *Theophyl.*), vel Dativo *detrimenti* (*Beng.*, *Flatt.* al.), vel Dativo *commodi* (i. q. ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας ἀπ. ἐφ.) locum esse opinati sunt. Ita *Tholuccius*, cujus, ut ipse ait, πνευματόφορος interpretatio est, citato in hanc rem l. Eurip. Andromache v. 334. τέθνηκα τῇ σῇ θυγατρὶ καί μ' ἀπώλεσε· | μιαιφόνον μὲν οὐκέτ' ἂν

φύγοι μύσος., hîc quidem a *Kypkio* deceptus. Nempe ἀποθνήσκω ibi *passive* dicitur h. s.: pono me a tuâ filiâ *pessum datam esse* eamque me perdidisse; tum non amplius cruentum caedis piaculum effugerit. Cf. *Matthiae* ad h. l..

V. 11. Ita nunc hunc l., quo sacrae lotionis vim ostenderat v. 2. sqq., Ap. absolvit, ut sententiâ proxime praegressâ v. 10. in lectores versâ eos commoneat, ut tales se homines existiment, quales se futuros esse suscepto baptismo re professi fuerint i. e. quâ turpitudinem mortuos, quâ Deum aut pietatem viventes (cf. v. 2.). — *Griesb.* ed. med., *Kopp.*, *Schott.* ed. 2. al. post ὑμεῖς interpungunt (*Οὕτω καὶ ὑμεῖς· λογίζεσθε κ. τ. λ. sic vos quoque* [facite]: existimate etc., credo, quia *sic vos quoque existimate vos mortuos* etc. non recte dici putassent, quoniam Christus *peccato mortuus esset* v. 10., non se ei mortuum esse *censuisset*. Male. Neque enim quidquam lucrati sunt, quandoquidem οὕτω καὶ ὑμεῖς (np. ποιεῖτε)· verbis sqq. λογίζεσθε κ. τ. λ. exponeretur (sic *vos quoque facite*: nempe *existimate* etc.) et v. praeter necessitatem contorserunt. Quin οὕτω ad praecedentem sententiam v. 10. pertinet, voces autem καὶ ὑμεῖς Romanos cum Christo contendunt h. r.: *sic* (i. e. ut Christus Peccato semel mortuus Deo vivit v. 10.; v. not. ad Matth. 5, 16.) *vos quoque* (Christi exemplum imitantes) *existimate* vos mortuos peccato, viventes Deo. Luc. 17, 10. οὕτω καὶ ὑμεῖς — λέγετε —. *sic* (h. e. ut servorum conditionem ferre docui v. 7.—9.) *vos quoque* (quibus et ipsis servorum sors est) — *dicite* etc.. Perperam *Beza*, *Heum.* al. λογίζεσθαι retento εἶναι h. l. *colligere* interpretantur, et quoniam quae huic versui insunt e v. 10., ad quem illa accommodantur, non efficiuntur, et quia si ex superius dictis v. 2. sqq., unde recte ducerentur, Ap. verbis v. 10. in rem suam conversis hîc argumentaretur, id indicandum fuisset: *Λογίζεσθε οὖν ὑμᾶς νεκροὺς κ. τ. ἑ.* Imo ut Romani Christi exemplum aemulantes peccato mortuos eosque qui Deo vivant se *existiment* lectores monet. Scilicet ne officio desis permagni momenti est te meminisse, qui sis aut qualem te futurum esse sponderis. Apte igitur P. lectores, ut quales sint secum reputent commonitos v. 11., ad virtutem, quae hujusmodi homines deceat, cohortatur, a vitiis revocat, quae ejus conditionis hominibus foedissimam non possint non inurere maculam v. 12. 13.. λογ. ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμ.] εἶναι om. A. D. E. F. G. 17. Mt. 8. semel. Aeth. Tertull. bis probante *Mill.* Prol. §. 1286. et *Bengelio*. | λογ. ἑαυτοὺς εἶναι μὲν νεκροὺς τῇ ἁμ. C. Cyrill. Damascen. Recte exclusserunt manifestum incertaeque sedis glossema *Griesb.* ed. med. et min.,

Digitized by Google

Knappius et *Lachm.*. Struitur λογίζεσθαι, ut ἡγεῖσθαι (Demosth. de male gestâ legat. 419, 11. *Reisk.*) et *existimare* (Cic. de Or. II, 46. 192.) cum duplici Accusativo (Sap. 15, 15. 5, 4.), Jemanden für etwas halten. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν] Absunt v. τῷ κυρίῳ ἡμῶν ab A. B. D. E. F. G. 47* Aeth. Syr. p. It. flor. al. Bas. Cyr. Theodoret. Tert. bis Hilar. al. *Millio* Prol. §. 929., *Bengelio*, *Knappio* al. probantibus. Jure deleta sunt a *Griesb.* et *Lachm.* Castigasse hunc l. librarios ad alia P. l. (5, 21. 6, 23. 1 Cor. 15, 31. Phil. 3, 8. al.) credibile est, non item *tot* auctores praeterisse nullius offensionis v. ab Ap. scripta. Miror interpretes tum quo referendum tum quî explicandum esset ἐν Χρ. Ἰ. dubitasse. Est enim res plana. Ex verbo λογίζεσθε vocc. ἐν Χρ. Ἰ. apta putari nequeunt h. s.: existimatote — quum societatem cum Christo inieritis. Nam et verborum ordo eam juncturam respuit neque verba istam sententiam complectuntur, his vocabulis, quae rectius post ὑμεῖς quam in vs. fine collocata fuissent, enuntiandam: ὅτι (s. οἵτινες) Χριστοῦ ἐστε. Multo minus v. ἐν Χρ. Ἰ. a θεῷ pendent (*Kopp.*). Deest enim Articulus τῷ θεῷ τῷ ἐν Χρ. Ἰ. eaque v. hanc vim haberent: — Deo, qui in Christo domicilium collocaverit, non quam iis *Kopp.* subjecit: dum vivitis in Christi honorem, in ipsius Dei honorem vivitis. i. e. ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν τῷ ζῆν ὑμᾶς τῷ Χρ., ut bene monuit *Rueck.*. Neque v. ἐν Χρ. Ἰ. a solis voce. ζῶντας δὲ τ. θ. recte suspenduntur cum *Rueck.*, *Koellnero* al. propterea, quod vocc. νεκροὺς — τῷ θεῷ *unam* sententiam efficere voculae μὲν — δέ indicio sunt. Pertinent igitur v. ἐν Χρ. Ἰ. ad totam sententiam νεκροὺς μὲν τ. ἁ., ζῶντας δὲ τ. θ. (*Bengel.*, *Reich.* al.). Non minus certum est, ἐν Χριστῷ h. l. instrumentalem potestatem habere, *per Christum* i. q. διὰ Χριστοῦ (v. 2 Cor. 2, 14. Hebr. 10, 10. et quae disputavi in commentat. I. de nonnullis P. ad Gal. ep. locis p. 30. sq. Rostochii 1833. 4.) idque h. l. sic exponendum esse: Christi J. *beneficio*. Comprobant rem loca, cujusmodi sunt v. 23. 5, 11. 21., ex quibus Paulum in disputationum suarum exitu lectores beneficiorum per Christum partorum admonere solere intelligitur. Quocirca et eos errore ductos esse apparet, qui, quum ἐν recte explicuissent, formulam sic exposuerunt *per Christum* i. e. *opitulante Christo* (*Oec.*: συμμαχοῦντος Χριστοῦ.: cf. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Flatt.*) s. per Christum h. e. *per Christi doctrinam* (*Morus*), et gravius etiam eos peccasse, qui ἐν Χριστῷ h. l. enarrarunt: tanquam homines *Christo quasi insitos*, *cum Christo arcte consociatos* i. e. tanquam homines christ. (ἐν Χριστῷ ὄντας 1 Thess. 2, 14.). V. 1 Cor. 15, 18.

Digitized by Google

et *Calvin.* et *Rueck.* ad h. l. Converte: ita vos quoque existimatote *vos turpitudini mortuos*, *Deo viventes* (vitiose multi, ut *Heum.*, transferunt: *oportere* vos dedecori mortuos esse, Deo vivere) *Christi J. beneficio.* Acceptam enim referimus et mortem et vitam, de quâ P. disputat, *Christo*, qui, si neque ad homines legatus venisset neque ab iis interfectus in vitam divinitus restitutus esset, facere non potuissemus quod quum sacro fonte perfunderemur fecimus h. e. servatoris et vitam et mortem *imitari* et utramque ad mores nostros transferre v. 3. sqq.

V. 12. *Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ Ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ,* 13. *μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ Ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ.* 14. *Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν.*

V. 12. et 13. Nexus: Quum refutatâ, quam v. 1. posuimus, objectione v. 2. sqq. vos ex vitâ turpitudini consecratâ digressos piam, quae Deo dicetur, vitam iniisse manifestum sit (v. 11.), enitimini *igitur*, ut vos improbitati valedixisse, Deum aut virtutem totos amplexos esse ex vitâ vestrâ et moribus possit intelligi v. 12. 13. — *Ἡ Ἁμαρτία* h. l. personae (i. e. Domini) dignitatem habet. PP. gr. in v. *βασιλεύειν* inepte argutati sunt. Quorum *Chrys.* et *Theophyl.* Paulum de industriâ *μὴ βασιλευέτω* pro *μὴ τυραννείτω* scripsisse ferunt, ut nemini peccandi necessitatem impositam esse indicaret. Nempe si PP. graecis credendum est, Ap. ne tria quidem voce. exaravit, quin *τὸ αὐτεξούσιον* hominibus vindicaret. Et si *μὴ οὖν τυραννείτω ἡ Ἁμ.* h. l. legeremus, ea v. hoc dicerent: *nolite Peccati tyrannidem pati* i. e. *Peccatum tyrannico principatu dejicite*, quod nisi armis, quibus Peccatum vinceremus, acceptis efficere qui possemus? Non minus absurdum est existimare, quod *Chrysostomo* et *Theodoreto*, *nuper Rueckerto* placuit, sapienter P., quia nostrae infirmitatis, quos ad mala facinora nonnunquam abripi necesse esset, rationem duxisset, *μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ Ἁμ.* pro *μὴ οὖν ζήτω, ἐνεργείτω ἡ σάρξ* posuisse. Nam postquam Ap. Christiani notionem cogitatione hominis, qui se impietati mortuum pietati vitam suam consecraturum professus fuerit, v. 2. sqq. absolvi graviter ostendit, haec subjungere debet: exprimite igitur *perfectorum et qui Peccati jugum exuerint* Christianorum formam, quam vos mente concepisse per ambages quum baptizaremi-

Digitized by Google

ni declarastis, vitâ ac moribus *); leviter quidem et ridicule sic disputaret: Homo christ. est, qui vitam, quae ad improbitatem referatur, *nullam* se habere, sed quâ vitâ fruatur eam *totam* virtuti dicandam esse judicaverit v. 2. — 11. Quare, *ut peccetis*, *imperium* tamen, quo voluntas vestra et vita *regatur*, nolite Peccato concedere! Adde, quod ὑπακούειν, verbum ad illorum rationem nimis mite, hanc explicationem evertit; εἰς τὸ δουλοῦσθαι αὐτῇ apte sic P. scripsisset. V. ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι *locum* designant, ubi Peccatum, si ejus principatum patienter tuleris, regnet h. e. potestatem exerceat (v. *Oecum.*, *Beza*, *Grot.*, *Flatt.*, *Rueck.*, *Koelln.* al.). Habet enim in corpore Peccatum tum suorum consiliorum adjutrices libidines corporis vitio accensas, tum obsequiosos ministros, qui foeda Peccati imperia exsequantur, corporis artus (v. vocc. sqq. et not. ad v. 6. p. 379. sq.). H. l. *illius* rei rationem haberi (h. s. nolite potestatem Peccato in corpore permittere; np. pravis studiis, quae corpore inflammantur, obsequendo) et v. ipsa et proxima vocc. εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ, et sequens membrum v. 13. μηδὲ παριστάνετε κ. τ. λ. et antithesis v. 13. ἀλλὰ παραστήσατε κ. τ. λ. evincunt. Non nocet huic interpretationi, quod P. v. 13. ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς κ. τ. λ.), v. 14. (Ἁμ. γ. ὑμῶν οὐ κυρ.) et v. 16. (οὐκ οἶδ., ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δ. εἰς ὑπ.) dixit, quum v. μὴ οὖν βασ. ἡ Ἁμ. ἐν τ. θν. ὑμῶν σώματι hanc sententiam contineant: *nolite* igitur imperium Peccato in vestro mortali corpore *concedere*, et si formam rhetoricam, quâ ἡ Ἁμαρτία *persona* inducitur, demseris: omnibus igitur, quas corpus movet, vitiorum illecebris obsistite. Cetera, quae *Reich.* I, 479. huic enarrationi argumenta objecit, quam vana sint iterum dicere nolo (v. not. ad. v. 6.). Nunc quaeritur, quonam consilio P. corpus h. l. *mortale* vocaverit. *Rueckerto* fidejussore P., somnolentus videlicet scriptor, alieno loco epitheton temere addidit. In quo illud permirum est, quod Ap. alias (8, 11.

*) Non lucem huic l. affundit, quod *Wolfius* ex Maimonide (More Nevochim P. III, c. 22.) affert, solere doctores judaicos voluntatis, quâ in nefas propendeamus, inclinationem (יצר רע) *potenti regi* (מלך גדול), honesti studium (יצר טוב) *pauperi et sapienti puero* (ילד מסכן וחכם) assimilare (v. *Schoettgen.* Hor. hebr. I, 1194. cl. Kohel. 4, 13. 9, 14. 15.). Hi enim hominum mores intuiti istâ collatione esse homines multo ad mala facinora temere perpetranda, quam ad virtutem sapienter colendam promtiores enuntiant. P. autem de voluntatis ad turpitudinem proclivitate nihil hic disputans hoc unum lectores monet, ne ullâ in re a Peccato domino se gubernari patiantur h. e. ut nullum flagitium concipere sustineant. Cf. not. ad v. 6.

Digitized by Google

2 Cor. 4, 11.) idem epitheton non sine idoneâ ratione collocavit. In promtu est autem, quo I. Ap. in hoc uno occupatus sit, ut lectores a peccando graviter absterreat, cordatum scriptorem non aliâ mente illud epitheton adjicere potuisse, nisi ut praecepto suo vim additurus *stultum* esse facere contrarium ac praeceperit manifestaret. *Absurde* enim rei te committas, cujus vis simul cum corpore cito peritura sit, et *inconsiderate*, ut in Ap. similitudine persistam, in *mortali* corpore *temporarium* dominum, cui obediat, sellam regiam collocare sinas, nullo *immortali* menti, multo majore curâ dignae, rectore apposito. Sic mihi olim videbatur. (Similia habent *Wetst.*, *Reich.* et *Koelln.*). Sed nunc mihi non dubium videtur, quin et ἡ Ἁμαρτία acute ad τῷ Θεῷ v. 13. referatur et ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι Ap. exaraverit, ut haec v. vocabulis v. 13. ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας graviter opponeret h. m.: *Nolite potestatem permittere Peccato in vestro mortali corpore ita ut illi obsecundetis* (nempe hoc stultum est, et quia abominandus est dominus [ἡ Ἁμαρτία], a quo vestrum corpus segregaveritis v. 6., et quoniam qui huic ministrum se praebet adhuc in *mortali* corpore haerere nec nisi *fragilis*, quae horae momento finiri possit, vitae meminisse videtur). V. 13. *Sed sistite vos Deo tanquam ex mortuis viventes.* (scilicet hoc *cordati* Christiani est tum quod ejus vitam ad Deum referri oportet v. 11., tum quoniam hoc pacto mentis aciem in *recenti*, *perenni*, denique câ vitâ, cui sese addixerit (cf. v. 3.–9.) defigere recte judicatur). Magna est interpretum de epitheti (θνητῷ) vi dissensio. *Chrys.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *Grot.*, *Tholuc.* al. corpus *mortale* appellatum esse credunt, ut facilem potius quam arduam rem sibi imperari Romani sentirent neve formidarent labores haud sane diuturnos: ne igitur potestatem Peccatum habere sinatis in vestro *mortali* corpore i. q. arcete igitur, quâ re, quum vestrum corpus *mortale* sit, non sempiternos labores suscipietis, a vestro corpore Peccatum dominum. Sed neque satis perspicue quod illi volunt solo voc. θνητῷ enuntiatum est, neque in hâc verborum complexione, ubi Romani, ut Peccato *nihil* loci relinquant, monentur, hoc ignavum placet sive solatium sive admonitionis argumentum: *non fore iis diu laborandum*, et manifesta oppositio perit, quâ hic vs. ad membrum affirmativum v. 13. ἀλλὰ παραστήσατε — ζῶντας refertur (v. supra). Ven. *Boehm.* (cl. *Schleusn.* Lex. I, 1074. et *Orig.* ad h. l., cujus hîc quoque verbosior quam clarior interpretatio est): „— θνητῷ — cum respectu ad illud ἀποθανεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ (v. 2.) dictum videtur q. d. in corpore, quod *sensu morali* et potest mori *et debet* (?), np. devictis pravis cupiditatibus."

Non

Non ostendit V. D. θνητός metaphorice usurpari, ut ponitur νεκρός. Deinde isto modo et breviter et perspicue P. ante dictorum memoriam repetere potuisset, si dixisset: ἐν τῷ νεκρωθέντι αὐτῇ [τῇ ἁμαρτίᾳ] ὑμῶν σώματι. Chr. Fr. Schmid. aliique θνητόν i. q. νεκρὸν (τῇ ἁμαρτίᾳ) (peccato) mortuum valere opinantur contra usum loquendi (v. ad 8, 11.). Temere Chr. Fr. Schmid.; Rosenm., Reich. al. ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, *in vobis, qui estis mortales* (i. e. ἐν ὑμῖν, οἵτινές ἐστε θνητοί) explicuerunt, quod fieri nullo modo posse vel ex epitheto θνητῷ cognoscitur. Nihil enim θνητὸν σῶμα nisi *mortale corpus* valere potest. Neque promiscue σώματα ἀνθρώπων pro ἄνθρωποι ponuntur, sed ubi vel *capitum* numerus initur vel hominum quatenus *vivant* ratio habetur, vel omnino homines ex eo spectantur, quod conspiciantur, nisi quod poëtae, elatum orationis genus venari soliti, *hominum corpora* pro hominibus locant (v. Erfurdt. ad Soph. Antig. v. 672. et Ovid. Met. 3, 58. fidissima corpora). Permire etiam Reich. tum alia librorum ss. l. in rem suam contorsit, tum Ez. 23, 35. LXX. ἀνθ' ὧν — ἀπέρριψάς με ὀπίσω τοῦ σώματός σου. Nam ubi LXX. loquutionem hebr. הִשְׁלִיךְ פ אַחֲרֵי גֵוּ *aliquem pone dorsum suum facere* i. e. *aliquem negligere, spernere* liberius converterunt ἀποῤῥίπτειν τινὰ ὀπίσω τοῦ σώματος αὐτοῦ abjicere aliquem pone suum *corpus* (v. Nehem. 9, 26. 1 Reg. 14, 9.), ibi eos τῷ σώματι *corporis* significatum dedisse, longe apertissimum est. Perverse Morus. (cf. Tholucc. p. 222.) ἐν τ. θν. ὑμ. σώμ. enarravit: *quamdiu in hoc mortali corpore versamini* i. e. ἐφ' ὅσον ἐστὲ ἐν — s, ὄντων ὑμῶν ἐν —.! Conformatio recepta: εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ h. e. ita ut obsequamini ei (Peccato), quum cupiditates corpus excitaverit, bei den Begierden des Körpers (1, 24. 27.). Nemini haec scriptura recte displiceret, si in eâ libri consentirent (v. 8, 13. Gal. 5, 24. Eph. 2, 3. et not. ad v. 6. p. 379. sq.). Sed magna est librorum discrepantia. D. E. F. G. (*Clar.* a sec. man.). Boern. Iren. 5, 14. Victor Tun. de poenit. p. 603. εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ habent missis reliquis v.. Probavit hanc lectionem *Mill.* Prol. §. 452. | 9. 23. 35. 71. Tertull. de resurr. c. p. 585. εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῷ i. e. τῷ σώματι exclusis reliquis. | A. B. C* 4* 39. 47. 67. 80. Syr. Erp. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Harl. Tol. Orig. I, 239. Damasc. Hier. August. Sedul. et pauci alii εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ (τοῦ σώματος), praetermissis v. αὐτῇ ἐν, quam scripturam *Bengelio* probatam *Knapp.* et *Luchm.* receperunt. | Vulgatam lectionem et continent et datâ operâ explicant Chrys., Theodoret., Theophyl.. Defendit eam *Matthaeius* ed. maj. et min. | Germ. Ambr. l. 2.

de Abr. c. 7. et Faustin. contra Arian. p. 649. a. εἰς τὸ ὑπακούειν praebent demtis reliquis vocc. Hos *Griesbachius* sequutus est multis plaudentibus v. c. *Koppio*, *Boehm.*, *Rueck.*, *Reich.*. Postremo leviores quaedam sunt in singulis v. varietates. αὐτῇ om. Mt. k. | αὐτῇ] 17, αὐτοῦ sic | αὐτῇ ἐν] αὐτὴν ἐν sic. | αὐτοῖ | om. 68. ap. Tresch. | αὐτοῦ] Mt. d. Theodoret. Basil. II, 653. al. αὐτῆς (sic.). Jam neque receptam lectionem genuinam esse neque quam *Griesb.* excudendam curavit facile est intellectu. Apparet enim, primis saeculis duplicem scripturam in Cdd. exstitisse, unam εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ (v. Iren.), alteram εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ (v. Syr.). Utraque deinceps, ut fit, in ordinem insinuavit effectumque est interposito ἐν, ut in unam sententiam coiret (v. Chrys.). Hi sunt receptae lectionis natales, quam *vulgares* Cdd. fovent h. e. ii, quibus *Matthaeius* plurimum tribuit. Non melius *Griesbachii* lectio εἰς τὸ ὑπακοὐειν. comparata est. Nam nimis nudam sistit orationem, ut multi bene monuerunt. Sane N. T. consuetudo additamentum poscit h. e. aut εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ aut ε. τ. ὑπ. ὑμᾶς, quod frustra negavit *Reich.* mire obtendens v. 16. εἰς ὑπακοήν et v. 19. εἰς ἁγιασμόν. Deinde a tribus minime luculentis auctoribus cupide suscepta est. Denique, quod summum est, librariorum de verâ lectione dubitatio *Griesbachii* scripturam peperit. Solent enim scribae, quum in duplicem scripturam inciderint, verba, de quibus dubitatur, adulterina esse rati, neutram exprimere. Sic h. l. nonnulli librarii, quum εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ et εἰς τ. ὑπ. ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ variari vidissent, non nisi voce. nulli dubitationi obnoxia scripserunt h. e. εἰς τὸ ὑπακούειν. Hinc summus *Griesb.* hîc quidem magnae ἀκριβείας postulandus est. Quae quum ita sint haec nobis optio relicta est, ut aut εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ aut εἰς τ. ὑπ. ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ Paulo vindicemus (v. *Koellner.*). Atque illud Apostolum dedisse longe certissimum est. Namque ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ manifestum glossema est vocis αὐτῇ ab iis profectum, qui versum 6. et v. v. 12. ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι contuiti *tum nos P. auctore Peccato obsequi, quum quas corpus excitaverit cupiditatibus obediamus* monerent. Deinde εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ eo firmatur, quod ἡ Ἁμαρτία h. l. persona est, de qua potissimum exponitur (cf. μὴ οὖν βασ. ἡ Ἁμ. et v. 13. μηδὲ παρ. τ. μ. ὑ. ὁ. ἀδ. τῇ Ἁμαρτίᾳ), quemadmodum in membris oppositis v. 13. ὁ Θεός. Hinc etiam repudiandam esse lectionem εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῷ, quae alioquin plausibilis videri posset, conficitur.

Digitized by Google

V. 13. Superiore vs. Ap., ne Peccatum in corpore imperare sinerent, ap. quum cupiditatibus corpore excitatis ducerentur, lectores monuerat; quibus nunc (μηδὲ — τῇ ἁμαρτίᾳ) hoc addit: ne corporis membris pro nequitiae instrumentis abutantur. Παριστάνειν τινί τι nihil est, nisi sistere, *exhibere alicui aliquid* Act. 1, 3. Eph. 5, 27. Col. 1, 22. al. *). Τὰ μέλη ὑμῶν *artus vestros* i. e. membra, ex quibus corpora vestra constant (7, 23.). Contra usum loquendi et temere nixi loco Col. 3, 5. permulti *animi corporisque vires* interpretantur (*Erasm.*, *Heum.*, *Kopp.*, *Reich.* al.). Quamquam probe scio, quam strenue P. et ipse militaverit (2 Cor. 10, 4.) et nos sub Dei et Christi signis militare voluerit (Eph. 6, 11. sq. 1 Thess. 5, 8.), inepte tamen hîc ὅπλα pro *armis* sumuntur (*Theodoret.*, *Theophyl.*, *Calvin.*, *Beza*, *Bengel.*, *Reich.* al.), *neque exhibete membra vestra arma, quibus nequitia defendatur, Peccato.* Primo enim membra inficete h. l. arma vocarentur. Quod argumentum *Wetstenii* locis minime evertitur. Cic. Tusc. II, 16, 37. Nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra milites esse dicunt. Quae quidem ita gerunt apte, ut, si usus ferat, abjectis oneribus, expeditis armis, ut membris, pugnare possint. Sil. Italici Punic. 12, v. 23. — ac ne nocte quidem clipeive ensesve reposti, | non pharetrae aut jacula, et *pro membris arma fuere*: Lege v. sqq. Nimirum docent haec l., quod nemo recte miretur, arma membra militum nuncupata esse, ut arma tam necessaria, tam non molesta, tam tractatu facilia militibus videri debere, quam videantur membra indicaretur. At h. l. de militiâ agi nulla vox indicio est. Perspicua faisset res, si P. dixisset: μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὁπλοφόρα τῇ ἁμαρτίᾳ s. μηδὲ παριστάνετε ἑαυτοὺς ὁπλοφόρους τῇ ἁμαρτίᾳ. Deinde translationem a domino petitam (v. 12. βασιλεύειν) postulare, ut ὅπλα *arma* explicentur (v. *Theodoret.* et *Reich.*) male contendas. Nam tum quoque suus Peccato dominatus salvus manet, quum ὅπλα *instrumenta* explanaveris. Denique ad v. 23. temere provoces (v. *Bengel.*) vel propterea, quod *novam* Ap. v. 15. disputationem orditur. Sunt igitur ὅπλα *instrumenta* (v. כְּלִים Jer. 50, 25. et Lexica

*) *Tholuccio* p. 223. παριστάνειν τινί τι „jemandem etwas zu freiem Gebrauch vorlegen" valet, quod mire probat e Polyb. 3, 55, 6. (!!) καὶ μετὰ ταῦτα παρασήσας τὸ πλῆθος τῶν χρημνῶν ἐξωκοδόμει μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας. et postea quum militum turbam apposuisset (operi admovisset) praecipitium patefecit (Hannibal) magno cum labore.

Digitized by Google

graeca). *Neque exhibete membra vestra instrumenta, quibus scelus edatur, Peccato* (domino) v. c. quum linguam a mendacio, manus ab injuriâ cohibeatis. Proximi membri (ἀλλὰ — ζῶντας) *sententia* versui 12. opposita est, sed *verba* ad praecedentia vocc. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅ. ἀδ. τ. Ἁμ. accommodata sunt. Sane Deus *dominus* cogitandus est, cui nos tanquam ex mortuis vivos sistamus, sed idcirco Paulo quum παραστήσατε ἑαυτοὺς τ. Θ. ὡ. τ. λ. scriberet *servos* qui se hero sistant et praesto sint ad accipienda mandata (*Beza*) obversatos esse non credo. Infra v. 16. δούλων voc. diserte adjectum est, neque quidquam formula declarat, nisi *se alicui sistere, exhibere, ostendere* (2 Tim. 2, 15. Cic. ad Att. 10, 16, 6. te vegetum nobis in Graeciâ siste). Παραστήσατε, Aoristus, ad vulgarem Grammaticorum regulam bene respondet. Nam qui se alicui sistit tanquam rellicto sepulcro viventem rem peragit, quae brevi temporis momento absolvitur (v. *Herm.* ad Vig. p. 747. ed. 4.). Quamquam non acerrime cum eo contendam, qui hanc Aoristo vim subjicere maluerit: esse rem *continuo* faciendam (v. *Schaef.* ad Demosth. IV. p. 488.). Infra quidem v. 19. diserte additum est νῦν. Sed dispar est ratio loci 15, 11., ubi quae *Win.* gr. p. 261. sq. de hoc genere praecepit, censurae meae submittam. ὡς] ὡσεί A. B. C. 26. 47. 73. Methodius ap. Epiphan. Haer. 64. Damascen., quos sequutus est *Lachm.*. Ὡσεί interpretamentum est eorum, qui ὡς h. l. non ad rem ipsam, sed ad rei cogitationem referendum esse observarent. Neque enim vita post mortem recepta, de quâ P. loquitur, vita est, quae vulgo dicitur, sed adumbrata et opinabilis (v. 4. 11.). ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας] *velut homines qui ex mortuis vivatis* i. e. qui olim mortui nunc vivatis. Lys. adv. Ergoclem init. καὶ ἐκ πένητος ἐκ τῶν ὑμετέρων πλούσιος γεγενημένος (np. φαίνεται ὁ Ἐργοκλῆς). Eurip. Fr. Hippolyt. p. 190. *Matthiae* πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιούδε σώματος (quum talis homo fuerit) κακὸς | γένοιτ' ἄν. Tacit. Annal. 1, 74. — dedit exemplum, quod sequuti *ex pauperibus divites, ex contemtis metuendi* perniciem aliis ac postremum sibi invenere. Non audiendi sunt *Rueck.* et *Koelln.*, qui νεκρούς h. l. *miseros* (Eph. 2, 1. 5.) exponunt. Aliter enim νεκροὶ accipiunt (per commissa peccata miseri), aliter ζῶντες sumunt (vitam degentes, quae pietati consecretur) eaque re similitudinem in particulas discerpunt, quae inter se parum conveniunt. Praeterea verbis ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας ad superiora (v. 2. 3. 4. 8.) respici manifestum est. Namque Apostoli admonitiones v. 12, 13. ex antecedente disputatione v. 1. — 11. aptae sunt neque nisi versu 14. quae praecedit rem illo perorat.

Digitized by Google

Sed sistite vos Deo velut homines qui olim (quum baptizaremini, ad Christi similitudinem Peccato) *mortui vitam nunc habentis* (pietati dicandam). Quamobrem P. lectores ostendere se Deo tanquam homines rellicto sepulcro vigentes jubet potius, quam quum Peccatum imperium in mortali corpore exercere passi fuerint hujus languidae et quae magis magisque marcescat vitae memores esse videantur (v. not. ad v. 12.). Perverse *Wolf.*, *Chr. Fr. Schmid.* al. enarrant: sed tradite (offerte 12, 1. Lucian. de sacrif. c. 13.) vos Deo tanquam e morte ad vitam evectos i. e. tanquam victimas vivas (i. e. ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς θυσίαν ζῶσαν τῷ Θεῷ 12, 1.), quum lex mos. non nisi victimas interfectas immolari jusserit. Neque enim v. ἀλλὰ παραστήσατε — ζῶντας, quemadmodum significavi, hanc sententiam complectuntur et obstant huic commento tum vocc. ἐκ νεκρῶν, quibus ad praegressa (v. 2. — 5. 8.) aperte alluditur tum proximum membrum καὶ τὰ μέλη ὑμῶν κ. τ. λ., quod illum in modum explicari nequit. Ne sententia quidem satis apta est: offerte vos Deo ita, ut victimae sitis *vivae*, non quales olim offerebantur, interfectae. Imo v. ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, ut lectoris exspectationi satisfiat, vitae *piae*, non vitae simpliciter, adsignificationem contineant necesse est. Sed portenti similis opinio est, quae *Majo* Obs. ss. p. 177. et *Deylingio* Obs. ss. P. III. p. 399. (Lips. 1739. 4.) incidit, verbis ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς κ. τ. λ. ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας Apostolum ad τοὺς ὑστεροπότμους respexisse h. e. ad homines, qui peregre interiisse falso crediti, quum domum rediissent apud Romanos non per fores in aedes receptí per tectum in domum sese demiserunt, apud Graecos tanquam recens natos mulieribus sese lavandos, vinciendos, lactandos recepto more praebuerint auctore Plutarcho Quaest. Rom. c. 5., ubi v. *Wyttenbach.* *). Neque enim τῶν ὑστεροπότμων rationem Paulum habuisse ex ejus v. prudens lector suspicari potest, et si ad illos homines digitum utique intendisset, alieno loco rem, quae suae cohor-

*) *Tholuccius* p. 228.: „*Majus* und *Deyling* glauben, daß P. an die ὑστεροπότμους, die Scheintodten (?) der Heiden, denke, welche, wenn sie zurückkehrten, für heilig (!!) gehalten wurden." *Contrarium* dicit Plutarchus l. l. — οὐ γὰρ ἐνόμιζον [οἱ Ἕλληνες] ἀγνοὺς οὐδὲ καθεμίγνυσθαι ἑαυτοῖς οὐδὲ εἶναι ἱεροῖς πλησιάζειν, οἷς ἐκφορὰ γεγόνει καὶ τάφος ὡς τεθνηκόσι. (v. etiam Hesychium in voce *Δευτερόποτμος*) Ven. *Reichius* I. 482. — „*Majus* und *Deyling* — [finden] wegen ἐκ νεκρῶν ζῶντας sogar auf die δευτεροπότμους und ὑστεροπότμους [eine Anspielung], welche ihren Mitbürgern aufs Neue vorgestellt wurden." Hoc excogitavit V. D., non memoriae prodiderunt veteres scriptores. Permulta hujus generis peccata tacite correxi.

tationi nullam vim aut pondus adderet, tetigisse videretur. Aliter res haberet, si τοὺς ὑστεροπότμους quum templa adiissent Diis se cum caerimoniâ stitisse constaret. Ultimum membrum καὶ τὰ μέλη ὑμῶν δ. ὅ. τ. Θ. (πρ. παριστάνετε, quod e παραστήσατε petendum) verbis v. 13. μηδὲ παριστάνετε — τῇ Ἁμαρτίᾳ opponitur: *et membra vestra instrumenta, quibus honestum effectum reddatur* (v. c. *vera loquendo, afflictis hominibus opem ferendo*) *Deo exhibete* (non semel aut uno temporis momento παραστήσατε, sed semper, παριστάνετε).

V. 14. Nullâ neque difficultate neque obscuritate hunc l., de quo verbosior quam fructuosior multorum, ut *Vitringae* Obs. ss. lib. VI. c. 17. — 19. p. 443. — 479. Franeq. 1700. 4. et *Reichii* I, 483. — 492. disputatio est, premi interpretes vidissent, si quae praecedit Pauli expositione v. 1. — 13. diligenter expensâ quidnam aut dicendum h. l. Apostolo esset aut cordatum virum hîc adjicere maxime consentaneum esset considerassent. Apparet autem, longi sermonis, quo levem et improbam objectionem refutaturus v. l. homines christ. missâ impietate pietatem omnibus studiis complexos esse Ap. primo ostendit v. 2. — 11., deinde ut voti ab se concepti bene memores scelus vitarent honestatemque sectarentur lectores monuit hanc aptissimam et quam nemo non potissimum exspectet clausulam esse, qui lectores praecepta sua v. 12. 13. observaturos esse *propter argumentorum superius allatorum*, e quibus objectionis v. l. positae perversitas eluceat, *gravitatem* se confidere P. affirmet. Haec vero clausula huic vs. inest. Nam prima voce. ἁμ. γ. ὐ. οὐ κυρ. quam Ap. in lectoribus spem collocaverit declarant, ultima autem v. οὐ γ. ἐ. ὑ. ν., ἀ. ὑ. χ. quâ re illa spes nitatur per brevem superius positorum argumentorum ἀνακεφαλαίωσιν demonstrant. De singulis v. haec accipe. Ἁμαρτία (3, 9.), χάρις (v. 15.) et νόμος (3, 21. al.) non habent Articulum, quem nominibus et abstractis et quorum indoles a nominum propriorum naturâ non multum abhorret saepe demi constat (v. not. ad Matth. p. 206. et *Schaef.* ad Dem. II, p. 50.). Vocula causam afferens γάρ ad Ap. *postulata* h. e. *ad Imperativos* v. 12. 13. spectat. Futurum οὐ κυριεύσει, ut saepe, rem futuram sperantis est: Peccatum enim in vos non, ut mihi persuadeo, dominabitur i. q. non enim Peccatum potestatem in vos exercere vos concessuros esse (v. v. 12.) *confido*. Quibus v. quam hoc P. enuntiet, Romanos pravis studiis in posterum non obsequuturos esse se firme credere, multo plus iis inest, quam interdicto continueretur: μὴ γὰρ ἡ Ἁμαρτία ὑμῶν κυριευέτω. Εἶναι ὑπὸ νόμον *legi mos. subditum esse* (Gal. 4, 21.) denotat va-

letque ea loquutio de Judaeis legis mos. imperio subjectis; εἶναι ὑπὸ χάριν *div. clementiae*, quae per Christum manifestata est (5, 15.) *tanquam gubernatrici subditum esse* designat, cui homines christ. subjecti vivunt fide in Christo repositâ. *Grot.* al. χάριτος vocabulo *evangelii*, *Morus* al. *formae religionis*, *oeconomiae christ.* significatus affingunt, frustra in hanc rem citatis I. Act. 13, 43. Joh. 1, 17. Postremo voce γάρ Pauli spes verbis Ἁμ. γ. ὑ. οὐκ ἐ. expressa firmatur. Quae quum, ut in ἀνακεφαλαιώσει, praecedentis disputationis memoriam renovent, ad superius dicta utique referenda sunt dignique sunt vituperatione, qui haec voce. ex iis, quae P. de legis mos. ad emendandos beandosque homines imbecillitate deque eximiâ doctrinae christ. in hoc genere virtute passim in epistolis vel disputavit vel potius adsignificavit, diffundanda existimarunt (v. infra). Paucis complectar; vocabulis οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον Ap. ad 5, 20. 21. revertitur, verbis ἀλλ' ὑπὸ χάριν ad 6, 2. sqq. h. m.: *neque enim legi mos. subditi estis*, cui ut multiplicarentur peccata divinitus datae 5, 20. si subjecti viveretis peccatorum excusationem habere videremini, *sed div. clementiae*, quam reginam veneratos improbitatem ejurasse vidimus 6, 2. sqq.. Haec igitur Ap. dicit; nullum Peccato in vos dominatum esse passi Deum *colite i. e.* virtutem v. 12. 13. *Nam* ut Peccatum vos gubernet vos non concessuros esse ex eo auguror, quod (estis enim homines christ., non Judaei) non legi mos. paretis (cui ut Peccato regnum amplificaretur promulgatae 5, 20. 21. qui obediunt excusate peccare videantur), sed div. clementiae (ad quam qui confugerit eum vitam, quam improbitati consecret, nullam habere docuimus 6, 2. sqq.). — *Heum.*, *Kopp.*, *Rosenm.*, *Morus*, *Stolz.*, *Jasp.*, *Flatt.*, *Vater.* al. Futuro adhortationem comprehendi putant: neque enim Peccatum vim in vos *exerceat*; quod ferri non potest, quum *tertia* Futuri persona (χυριεύσει) posita sit, non secunda (v. ad Matth. p. 252. et *Bernhardy* Synt. p. 378.). Sed si P. aut μὴ γὰρ ἡ Ἁμ. ὑμῶν χυριεύσῃ aut Ἁμαρτία γὰρ ὑμῖς οὐ δουλεύσετε scripsisset, sententia optime comparata esset, tum quidem, quum voce. οὐ γάρ ἐστε ὑ. ν., ἀ. ὑ. χ., quibus *Kopp.*, *Rosenm.* et *Flatt.* novam disputationem inchoari, quum γάρ fretibly verterent temere opinati sunt, ita exponeres, ut supra fecimus. Male *Reichium* sic tautologiam in hunc l. invehi contendere argumentorum adjectio οὐ γὰρ ὑ. τ. ἐ. docet. Injuriâ enim tautologiam ei exprobres qui sic loquatur: facite haec, *nam* volo vos haec facere *his argumentis commotos.* Mire etiam *Baech.* hanc explicationem propterea ferri posse negavit, quia voce. οὐ γάρ ἐστε κ. τ. ἐ. argumenta e superius v. 2. — 11. ex-

positis *diversa obiter* hoc pacto afferrent. Enimvero v. οὐ γάρ ἐστε κ. τ. ἑ. praegressae disputationis ἀνακεφαλαίωσιν continent. Plerique interpretes (*Chrys.*, *Theodoret.*, *Theophyl.*, *schol. Matth.*, *Clarius*, *Grot.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Tholucc.* al.) huic versui *solatium* inesse censent in eo positum, quod victoriam de Peccato reportare jam minus arduum sit homini christ., quam olim fuerit valente lege mos., h. r.: nullam Peccatum potestatem in vos exercere passi pie vivite (v. 12. 13.). *Nam peccatum nullum, mihi credite, in vos dominatum habebit; non enim legi mos.* (quae primo quidem quae facienda et omittenda sint tantummodo docet 7, 7. non vires ad pietatem suppeditat, deinde peccandi libidinem irritat potius quam sedat 7, 5. 8. sqq., denique salutem iis spondens qui a nemine effecta praestiterint Gal, 3, 12. trepidationem animis injicit, non fiduciâ homines imbuit) *subjecti estis, sed div. clementiae* (quae tum olim commissorum peccatorum veniam dedit, tum ne in posterum peccaretur eos qui fidem habuerunt div. spiritus praesidio firmavit 8, 15. Gal. 5, 22.). Verum enimvero, quemadmodum error parit errorem, ita ista verborum Ἁμ. γ. ὑ. οὐ κυριεύσει explicatio e falsâ vocc. v. 12. μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ Ἁμ. κ. τ. λ. interpretatione manavit. Nempe si οὐ κυριεύσει recte explanaveris *non vobis imperabit*, *non potestatem in vos exercebit*, Apostolum consolandi studio longius provectum plura lectoribus promisisse quam res et veritas concederet apparet. Habet enim Peccatum etiam in homines christ. imperium Gal. 5, 16. sq. Sed non ceperunt οὐ κυριεύσει hoc modo illi interpretes, qui paucis exceptis hoc Paulum lectoribus solatium afferre contendant: *facilius* nunc Peccatum vinci posse, quam olim potuerit vigente lege mos. Cf. v. c. *Chrys.*: — τὸ σῶμα ἡμῶν πρὸ μὲν τῆς τοῦ Χρ. παρουσίας εὐχείρωτον ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ, — ἐπειδὴ δὲ ὁ Χρ. παραγέγονε τὰ παλαίσματα λοιπὸν εὐκαλώτερα γέγονε. et Grot.: „facilem vobis spondeo victoriam, modo ne sitis ῥιψάσπιδες. Non *eae* nunc vires sunt Peccati ad vos debellandos *quae olim fuere*." Enarrarunt igitur οὐ κυριεύσει *non vobis potietur*, *non vos superabit*, *debellabit* (Phot. ap. Oec. — ἀλλὰ προσβάλλει μὲν [νῦν ἡ Ἁμαρτία], οὐ κυριεύει δέ.), quod consilium disputationis ordo non recipit, nisi, male quidem, βασιλεύειν v. 12. de *tyrannico* principatu sumseris. Praeterea P. hoc pacto κατακυριεύσει Act. 19, 16. fortasse scribere maluisset. Certe κυριεύω τινός Paulo alias semper valet *alicujus dominum esse*, *alicui imperare* (v. 9. 7, 1. 14, 9. 2 Cor. 1, 24. 1 Tim. 6, 15.), non *alicujus dominum fieri*, *aliquo potiri*. Simul illud ante oculos est, non potuisse Paulum, postquam quanta officia homines

christ, quum lavandos se praebuissent suscepissent v. 2. — 11. uberius disputavit, deinde lectores ne officio suo deessent neque paucis et gravibus verbis admonuit v. 12. 13., paucissimis vocabulis adeoque obscuris, ut nisi iis collectis, quae Ap. de legis mos. et div. clementiae ad promovendam virtutem vi passim in diversis epistolis significasset, ne intelligi quidem possent, solatium includere, quo facilem lectoribus, quam de Peccato reportaturi essent, victoriam ominaretur v. 14.. Imo legem sequutus, quam res et suus cuique sensus facile subministrat, eâ tum perspicuitate tum ubertate illud solatium P. enuntiasset, quae praecedentis orationis indoli responderet. Facit cum iis interpretibus, quorum sententiam modo impugnavimus, in summâ re *Reichius*, sed suo tamen modo v. *οὐ γάρ ἐστε ὑ. ν.*, *ἀ. ὑ. χ.* exposuit: Peccatum potestatem in vos habere non passi Deo servite v. 12. 13.. Nam Peccatum imperium in vos non exerciturum esse vobis promitto. Neque enim legi mos., quâ *teste experientiâ* 1, 32. 2, 1. sq. 3, 9. sq. *homines ad improbitatem abusi sunt*, sed clementiae div., *ad quam qui se converterint eos honeste vivere oportet* 6, 2. sqq. subjecti estis. Scilicet sententias, quas illi ad vocc. *οὐ γάρ ἐστε ὑ. ν.*, *ἀ. ὑ. χ.* explanationem extrinsecus, i. e. ex aliis P. locis, arcessivisset non esse Paullinas V. D. sibi persuaserat. *Rueckert*., cui neque antiquiores neque recentiores interpretes hic satisfecissent p. 260., *novam* videlicet nullique dubitationi obnoxiam hujus l. explicationem proposuit: nullâ Peccato potestate concessâ Deum colite v. 12. 13. [*Posse hoc vos facere certum est.*]. *Nam* Peccatum imperium in vos non habiturum esse vobis polliceor. Neque enim legi mos. (*imperiosae dominae, non benignae adjutrici, quae vires ad virtutem suppeditet*), sed div. clementiae (*quae peccatorum venigm dat et div. spiritum largitur*) subditi estis. Nimirum hoc *novum* consilium cum eorum bene multorum opinione, qui priore vs. 14. membro Apostoli *solatium* exponi affirmarunt, plane congruit (v. supra), nisi quod eam *Rueck.* suo quodam errore etiam deteriorem fecit. Nam *γάρ* prius, quod illi ab Imperativis v. 12. 13. recte suspenderant (*facite* quae volo v. 12. 13.; non *enim* vobis injungo quae vires vestras excedant), temere *Rueck.* ex omissâ sententiâ (v. supra) aptum dictitavit. Cf. not. ad Matth. p. 186. Luc. Tim. c. 18. *Ἰλοῦτος* [non sum abiturus, *οὐκ ἄπειμι*] *Ἐκεῖνος γὰρ πότε παύσεται — —*; c. 24. *Ἰλοῦτος* [*Nugae*] *Οἶει γὰρ εὑρίσκειν με οἵτινές εἰσι*; Quae *Win.* gr. p. 573. hujus usus exempla posuit nulla sunt. Nam Act. 21, 13. *γάρ* a temeritatis opprobrio pendet, quod ipsa percontatio *τί ποιεῖτε κλαίοντες —*; (i. q. *temere* ejula-

Digitized by Google

tis et nullum meum frangitis) continet. 1 Cor. 4, 9. γάρ ab optato versus 8. καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα κ. ἡ. δ. σ. regitur (*utinam* reges exstitissetis, *ut nos in regni vestri societatem veniremus*! *nam* ea nostra sors est, in quâ collocatus regnum tibi expetas). Act. 4, 27. γάρ verba v. 25. — — οὐ ὁ θεὸς — — ὁ διὰ στόματος Δαυῒδ τοῦ παιδός σου εἰπών eō munit, quòd argumentationem ducit, quâ *divino instinctu* Davidem Ps. 2. de Messia cecinisse ex eō ostenditur, quòd oraculo eventus responderit. De Matth. 2, 2. v. meam notam. Sed sunt etiam philologi, qui in hoc genere subtilitatem passim desiderari patiantur.

V. 15. Τί οὖν; ἁμαρτήσωμεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; μὴ γένοιτο. 16. Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; 17. Χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς, 18. ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. 19. Ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν. 20. Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. 21. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος. 22. Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν, τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον. 23. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

V. 15. Quo P. argumento confisus fore, ut Romani nullam Peccato in se potestatem permitterent, se sperare dixerat v. 14., idem impuri Christiani nequitiae suae praetendere poterant, quum haec objicerent: „ob id ipsum peccare nobis licet, quoniam non legem mos., sed div. clementiam rectricem habemus. *Impune* enim peccet necesse est, qui poenarum, quas lex mos. denuntiavit, metu levatus div. Clementiae subditus degat, benignae dominae et quae peccatorum veniam det potius, quam maleficia vindicet." Itaque quae P. ab improbis Christianis sibi obtendi posse sen-

Digitized by Google

nisi sibi *ipse* objecit (nam ex aliorum, nostro quorum, mente v. *εἰ οὖν*; *ἁμαρτήσωμεν — γένοιτο*. Paulum eloqui temere sumitur; v. *Ruck.* et *Reich.* I, 494.), ut eo infirmaret. Ubi eandem, quam supra, quam hanc sententiam refellaret: *peccandum esse hominibus christis, quo magis Dei praecepta ignoscens clementia exteraret*, inierat v. 1. sqq., cum ingressus est. Decet enim, *hominum christi exuere* qui peccandi licentiam sibi sumat. Nam quemadmodum, *si rerum* rationem habueris, *aut* Peccato *aut* Honestati servire te oportuit v. 16., Romani autem eo quod ad Christi sacra se convertebant deserto Peccato huic Honestatis ministros praebuerint v. 17. 18., hinc apparere, pie Romanis vivendum esse et improbe vota quum fierent Christianus ephebus non dissolvere qui Christianus factus nefarie ageret pergat v. 19. 20. Quo facto argumentationem ratione *spiritu* repetitâ corroborat*urus* Ap. impietatem mortem, pietatem vitam sempiternam afferre monet v. 21. — 23. Nemulti interpretes planum P. disputationem non perspexerunt. Sic PP. graeci v. 16. non intellecto (v. supra) Apostolum penitam v. 15. objectionem voce *μὴ γένοιτο* eluperunt, hinc facile peccata a nobis devitari, quia Peccato mortis mancipatos, se tradere turpe sit ostendere opinantur (v. *Chrys.* et *Theophyl.*). Sed longissime tamen a mente tum a P. verbis *Theliocii* de Ap. disputatione opinio recedit, quam *Reichius* I, 494. satis redarguit. *ἁμαρτήσωμεν*] *peccabimusne — ?* f. *ἁμαρτήσωμεν* [peccemusne — ? 1 Cor. 11, 22.; A. C. D. 20. 37. 46. (qui v. 1. *ἐπιμένωμεν* continent) aliique suppeditant. Dedit *ἁμαρτήσωμεν Grotio* et *Grieshio* probatum *Lachm.*. Citeriores Graecos pro *ἁμαρτεῖν* usurpasse *ἁμαρτῆσαι* tralatitium est; v. *Lobeck*, ad Phryn. p. 732. Rom. 3, 14. 16. LXX. 1 Reg. 19, 4. *Bibl.* Amed. p. 193, 8. [G. *ἡμαρτήσαμεν*, quod peperit corrupte*la* peccavimus i. e. peccabimus; v. Germ. ** Harl. Boerv.]

V. 16. Disputationis, quâ objectionem v. 15. detestabilem esse demonstret, Ap. hâc universali sententiâ fundamenta jacit: cui vos servos sistatis ut ei obsequamini, servi estis ejus cui obsequimini, *aut* Peccati, *aut* Pietatis. Haec in vulgus nota res (*οὐκ οἴδατε — ;* v. v. 3.). Hic duo observanda. Nimirum P. hanc generalem sententiam ad hominum *mores* refert, quorum si rationem habueris *aut* Peccato *aut* Pietati obsecundes atque, ut aliter dicam, *aut* Dei *aut* Satanae ministrum agas necesse est. Procul a vero aberrant, qui sententiam e vitâ communi deprehensam (ut te servum praebueris, in ejus es potestate: *οὐκ οἴδατε, ὅτι — ᾧ ὑπακούετε*) vobis *ἡτοιμασε* e. g. *ἢ Υ. ἀ.*, *ᾧ*, nec exemplo ad praesentem causam accommodato illustrari (*Reichi*),

vel *per conclusionem* (!) ad rem praesentem tradasi (*Rueck. itaque* Peccato subjecti sunt, qui Peccatum, Honestati, qui Honestatem herum sibi praefecerint) autumant. Verba enim eorum opinioni reclamant, quae nonnisi hoc dicant: cui te servum obsequium praestiturum offeras, ejus cui te obtuleris servus es; *hoc est* aut Peccati aut Sanctitatis. Deinde male cum h. l. ejusmodi l. contendi (*Carpz.*, *Kopp.*, *Tholucc.*); in quibus homines improbi, quoniam a libidine hûc illûc rapiantur, cupiditatum *mancipia* vocantur, viri boni, quia nullis libidinum vinculis constricti recta sequantur volentes et lubenter, soli esse liberi dicuntur (v. Joh. 8, 32. 34. et ibi *Wetst.*), in promtu est. Hoc enim vult Ap.: cui te obsequiosum *servum* (i. e. hîc quidem *ministrum*; v. v. 8.) praebeas, ei est tibi, quum te ei tradideris eaque re te obedientem ei fore declaraveris, mos gerendus *et quidem* aut Peccato, aut Sanctitati; non hoc affirmat: cui te morigerum servum offeras, in ejus, h. e. aut Peccati aut Honestatis, potestatem ita venis, ut aut illud aut haec *invitum* te tradat, quocunque voluerit. Infra demum v. 18. sq. plenam *servitutis et libertatis* notionem P. in lectores transfert. — Acute autem Ap. has formulas exaequavit: παριστάνω ἐμαυτὸν δοῦλόν τινι εἰς ὑπακοήν (praebeo me ministrum alicui ad obsequium ei praestandum) et δοῦλός εἰμι [scil. ἐκείνου] ᾧ ὑπακούω [sum minister (sum in potestate) ejus *cui obsequium praesto* i. q. cui me morigerum ministrum praebui, δοῦλός εἰμι ἐκείνου ᾧ παρέστησα ἐμαυτὸν δοῦλον εἰς ὑπακοήν]. Cf. not. ad 5, 17, p. 336. Hic coecus sit oportet, qui vocem δοῦλοι ad δούλους et verba ᾧ ὑπακούετε ad εἰς ὑπακοήν referri non videat. Temere igitur δούλους expungas (*Rueck.*), quod in 17. 48. per errorem, in quem scribas homoeoteleuton (ἑαυτοὺς δούλους) induxit, omissum est. Neque servato v. δούλους solum ἐστέ pondus habet (*Rueck.*). Imo *loquutioni*: praebeo me alicui ministrum, qui ei obsequium pollicear respondet *loquutio*: minister sum ejus, cui obsequium pollicitus sim aut quem mihi dominum praeposuerim. Illud quoque perspicuum est, v. ᾧ ὑπακούετε neque redundare (*Kopp.*), et male exponi: cui obedire vos *oporteat* (*Morus*, *Flatt.*), *quum ei obediatis* (*Calvin.*), *eique* (ᾧ i. q. καὶ τούτῳ) *obtemperatis* (*Tholucc.*); *quatenus obsequimini* (Phot. ap. Oec. — ἢ τὸ ᾧ ὑπακούετε μᾶλλον ἀντὶ τοῦ ἐν ᾧ καὶ καθ' ὃν τρόπον.), *eo quod obtemperatis* (sic *Grot.*, qui totum hunc l. perverse construxit: οὐκ οἴδ., ὅτι ᾧ παριστ. ἑ. δ. ε. ὑπ., ᾧ ὑπακούετε δοῦλοί ἐστε ἤτοι Ἁμ. ε. θ. ἢ Υ. ε. δ. fugitne vos, eo quod vos mancipetis, hoc inquam ipso quod serviatis servos vos esse aut *Peccati* — aut etc.), ne plura in-

terpretum Ap. v. non assequutorum commenta commemorem. Voces ἤτοι — ἤ, ut h. l., saepe componuntur; v. *Herm.* ad Vig. p. 785. et nonnulla l. apud *Hartungium*: Lehre von den Partikeln d. griech. Spr. II, 357. Erl. 1833. Vana veterum grammaticorum opinio, quibus τοί videbatur παραπληρωματικόν (v. Thomas M. p. 427. *Bernard.*), extabuit. Est igitur ἤτοι — ἤ *aut sane* (entweder sicherlich) — *aut*, ut τοί asseverandi vi polleat. *Passovius* Lex. gr. sub voce ἤτοι ed. 4. et *Hartung.* l. c. p. 356. vocibus τοί excludendi potestatem subjiciunt (ἤτοι — ἤ i. q. *aut tantummodo*, entweder nur, — aut) quod minus placet. Ὑπακοῆς] Quum peccatum legis sive divinae sive humanae neglectio sit ac proinde *contumacia* (ἀπείθεια Eph. 2, 2. Rom. 11, 30. sq.) animo recte informetur, vitae sanctitas et cogitari et nuncupari potest *legis obsequium* (ὑπακοή). Jure igitur Ap. *peccato*, quo adversus Deum consurgas, *obedientiam* ex adverso ponit, quam doctrinae div. praeceptis obsequens Deo praestes (v. v. 17. cl. 1 Petr. 4, 17.). Jam Ἁμαρτία et Ὑπακοή per prosopopoeiam personae h. l. inducuntur. Ministri sumus Peccati quum quae *Contumacia in Deum* consilia subministrat exsequimur; contra *Obedientiae* Deo praestandae ministri sumus quum facimus Deo obedientibus decora. Itaque praeter rem formulâ δοῦλον εἶναι Ὑπακοῆς vehementer offensi sunt *Morus* et *Boehm.*. Rectius hoc tibi inconcinnum videatur, quod quum εἰς ὑπακοήν, ad quod spectaret ᾧ ὑπακούετε, aliâ instructum potestate praecessisset, tamen Ap. δοῦλον εἶναι Ὑπακοῆς exaraverit. Sed nimirum hujusmodi verborum acuminibus suae orationi vel leporem vel vim conciliare studet P.. Quantum et detrimentum Peccati obsequium apportet et emolumentum Obedientiae ministerium afferat *obiter* h. l. Ap. memorat verbis εἰς θάνατον et εἰς δικαιοσύνην (v. not. ad v. 15.). εἰς θάνατον] Omittunt haec vocc. D. E. Syr. Erp. Clar. Germ. Aug. et *fortasse* (nam res incerta est) Ruf. in comment.. *Millio* Prol. §. 448. „εἰς θάνατον adjectum videtur antitheseos causa, ut esset quod responderet τῷ, εἰς δικαιοσύνην in fine versus" persuasitque *Griesbachio*, *Koppio* et *Rosenm.*. Sed *Millii* suspicio vel per se valde improbabilis est. Credibile est enim, interpolatores ejusmodi vocem, ut antithesin efficerent, inserturos fuisse, quae verbis εἰς δικαιοσύνην exacte respondere videretur, non ejusmodi voculam addidisse, quae quo jure verbis εἰς δικαιοσύνην opponi potuisset, ab interpretibus semper disputatum est. Quin *Millii* ratio sic invertenda est, ut v. εἰς θάνατον quia verbis oppositis non respondere viderentur exstincta esse putemus (*Rueck.*, *Reich.*). Docet enim *hi-*

Digitized by Google

storia, varie hunc l. *ab interpolatoribus et explicatoribus* tentatum esse, ut aut nulla hic esset antithesis aut quam aptam illi existimassent. Huc tum lectio pertinet e libro *Praedestinatus* ed. *Sirmond.* I, 567. enotata: nescitis quis cui vos servos exhibetis ad obediendum *servi* estis ejus cui obeditis sive *iniquitatis ad peccatum sive justitiae ad sanctificationem*? (i. e. — ἤτοι ἁμαρτίας εἰς ἁμαρτίαν ἢ δικαιοσύνης εἰς ἁγιασμόν. v. v. 19. cf. etiam Rufini (Origenis) comment. varr. lect.) tam scriptura ab Armen. expressa: ἤτοι Ἁμ. εἰς θάν. ἢ Δικαιοσύνης εἰς ζωήν. Illuc et verborum εἰς θάνατον omissionem, de quâ nunc quaeritur, revoca, et perversam eorum, qui εἰς θάνατον damnarant, vocabulorum Ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην interpretationem: *obsequii justitiae* (h. e. ὑπακοῆς δικαιοσύνης, non ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην cf. not. ad v. 17.). Vid. Clar. „obeditionis justitiae" (hanc explicationem cum vulgatâ confundit Boern.: sive oboeditionis *justitiae ad* [*in*] justitiam), *Kopp.*, *Rosenm.*. Θάνατος est mors physica, ut 5, 12. quo respicitur, non *miseria* (*Rueck.*) et multo minus *miseria in morum perversitate posita*, *quam Adami facinus nobis attulerit* (v. *Flatt* cl. *Boehm.* et *Tholuc.*). Δικαιοσύνη dogmaticus *integritatis* significatus (5, 17.); male tribuitur (*Rueck.*, *Koelln.*), quum toto h. l. (v. 18. — 20. cl. v. 13.) *vitae sanctitatem* declaret. Ea vero pro re hic commemoratur, quae nos idoneos reddat, qui *vitâ aeternâ* potiamur (5, 4. 6, 22. Eph. 5, 5. al.). Bene igitur oppositio εἰς θάνατον et εἰς δικαιοσύνην comparata est. Male multi post εἰς δικαιοσύνην ex antegressis mente repetunt δοῦλοί ἐστε, quum v. ἤτοι Ἁμ. ε. θ. ἢ Ὑπ. ε. δ. a vocabulis οὐκ οἴδατε, ὅτι — δοῦλοί ἐστε [ἐκείνου] ᾧ ὑπακούετε *suspensa* sint. Totus vs. sic habet: fugitne vos, cui praebeatis vos ministros ut ei obsequamini, ministros vos ejus esse cui obsequamini (i. e. cui quum vos obsequiosos ministros praebueritis subjecti sitis) aut *quo Deus oppugnatur Peccati*, quod *mortem physicam* apportat aut *quod Deo praestatur Obsequii*, quod *sanctitatem* gignit *vitae sempiternae* procreatricem. Non male hunc vs. exponit Phot. ap. Oec., quo l. de eo dicere incipit.

V. 17. et 18. Hi vss. propositioni majori (v. 16.) addunt assumtionem, quae ad usitatam formam composita sic sonaret: ἀλλὰ μὴν ἤτε δοῦλοι κ. τ. λ. (*atqui* eratis etc. cf. p. 313.). Sed P. pro suâ pietate eam gratiarum actione involvit, quâ Deum pie celebrari voluit, quod fecisset, ut Romani non, ut antea, Peccato servirent, sed quum totâ mente doctrinae christ. morem gessissent Pietati prorsus addicti essent (Phil. 2, 13.). χάρις δὲ τῷ θεῷ] np. εἴη.

Quoniam voc. χάρις primariam vim habet (*gratea autem* Deo persolvantur, quod —), idcireo primo l. positum est, ut 2 Cor. 8, 16. 9, 15. Contra ubi in *Dei* cogitatione pondus recumbit, quemadmodum res postulat, τῷ δὲ θεῷ χάρις dicitur v. 1 Cor. 15, 57. 2 Cor. 2, 14. ὅτι ἦτε δ. τ. Ἁμ., ὑπ. δ.] Male *van Hengel* (Annot. in l. nonnulla N. T. Amstel. 1824. p. 124.), *Rueck.*, *de Wettius* in libello: Kurze Erkl. d. Br. an die Römer. Leipz. 1835. p. 69., al. Paulum post ἦτε voculam μέν reticuisse perhibent. Eodem *Grotii*, *Kopp.* al. opinio redit, qui Ap. per Hebraismum Indicativum verbi cum copulativâ conjunctione vice Participii usurpasse dictitarunt pro: — ὅτι ποτὲ μὲν ὄντες δοῦλοι τ. Ἁ., νῦν δὲ ὑπηκούσατε κ. τ. ἑ.. Perperam quidem P. binas sententias, ut altera ad alteram referretur, compositurus compositionis indicem μέν praetermisisset. Sed qui ne sententiam quidem illud commentum recipere contenderet, quia hoc pacto gratias Deo Ap. agendas esse censeret, tum propterea, *quod Peccati ministri fuissent* (!), tum idcirco, quia mutato hero doctrinae christ., pietatis magistrae, sese addixissent, is vero inepte argutaretur. Grates enim P., si ἦτε μέν scripsisset, Deo persolveret, quod quum Peccati fuissent ministri doctrinae div. sese dedidissent h. e. quod e Peccati ministris Pietatis cultores exstitissent (v. not. ad Matth. p. 287. et 412. sq.). Quin parum illi hujus l. rationem perspexerunt. Praecipua vis in v. ἦτε reposita est (*Reich.*, *Koelln.*). Nam non temere statim post ὅτι collocatum est (v. Eph. 5, 8.). Qui illud negarunt versum 20. antestati (*Hengel.* l. c.), per festinationem ad voce. ordinem non attenderant. Quare sententia haec est: grates autem Deo agantur, quod *eratis* ministri Peccati h. e. quod tempus quo Peccato obedirétis praeterîit. Scriptor verborum parcissimus vocabulis χ. δ. τ. θ., ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς Ἁμ. defunctus esset. Nam quum esse te *aut* Peccati *aut* Pietatis ministrum necesse esse v. 16. affirmatum esset, qui non amplius Peccati ministri essent eos *ad Pietatem*, cui obtemperarent, se contulisse quivis intelligere potuisset. Sed verborum ὅτι ἦτε δοῦλοι τ. Ἁμ. vim enucleare suum duxit Ap.; quod duobus membris per δέ (autem) *annexis* (ὑπηκούσατε δὲ — ἐλευθερωθέντες δὲ —) fecit. Persimilis l. est Eph. 5, 8., ubi rursus *Rueck.* *), male quidem, μέν expetiit (ἦτε μὲν γάρ ποτε σκότος). Nempe cohortatio vs. 7. comprehensa: *nolite cum hominibus impro-*

*) Hujus viri Paulum saepe μέν male praetermisisse opinati sententia cujusmodi sit infra dicetur ad 7, 14.

Digitized by Google

bis societatem conflare satis erat firmata verbis v. 8. ἦτε γάρ ποτε σκότος *facebatis* enim aliquando in tenebris i. e. praeterlapsum est illud tempus, quo aliquando pro vestri rerum div. ignorantiâ Dei praeceptis obstrepebatis estisque nunc alii, quam qui olim *eratis*. Sed P., quo melius sententia verborum ἦτε γάρ ποτε σκ. perciperetur, eorum explicationem subtexuit (νῦν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ), ad quam novum praeceptum accommodaret (ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε —.). Cf. Thucyd. 2, 37. — οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν (haec voce. septem proximis verbis accuratius exponuntur), ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται. ἐκ καρδίας] A. 13, 26. ἐκ καθαρᾶς καρδίας, quod ex aliis l. (1 Tim. 1, 5. 2 Tim. 2, 22.) a librariis intrusum parum hîc aptum est, ubi nemo non hanc sententiam desideret: *ex animi sententiâ* s. *lubenter* (ἐκ καρδίας), non *sincerâ mente* (ἐκ καθαρᾶς καρδίας) Romanos doctrinae christ. morigeratos esse. ὑπηκούσατε δὲ — τύπον διδαχῆς] Attractionem sic resolve: ὑπηκούσατε δὲ τῷ τύπῳ τῆς διδαχῆς, εἰς ὃν παρεδόθητε (v. Conject. m. I, 34. cl. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Oec.*, *Beza*, *Wahl.* Cl. maj. II, 252., *Rueck.*, *Reich.*, *Koelln.*). Explica: — obedivistis autem doctrinae *formae* (s. normae: v. infra), *cui* traditi estis. Nihil in hac interpretatione jure reprehendas. Legitima est enim attractio (v. 10, 14.). Deinde τύπος διδαχῆς esse potest *doctrinae forma*, *figura*, *species*. Jamblich. de pythagoricâ vitâ c. 16. fin. *Kiessl.* καὶ ἦν αὐτῷ (Pythagorae) τῆς παιδεύσεως ὁ τύπος τοιοῦτος (talis institutionis forma s. ratio) —. c. 23. (p. 228. *Kiessl.*) οὐ χεῖρον δὲ ὀλίγων μνημονεῦσαι ἕνεκα τοῦ σαφέστερον γενέσθαι τὸν τύπον τῆς διδασκαλίας. Pro eo paullo post demtâ metaphorâ τὸν τρόπον τῆς διδασκαλίας Jamblichus commemorat. c. 23. init. (p. 222. *Kiessl.*) κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ παρὰ Πυθαγόρᾳ μεγάλης σπουδῆς ἐτύγχανεν, εἴ τις διαρθρώσειε σαφῶς τὰς τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων ἐμφάσεις καὶ ἀποῤῥήτους ἐννοίας, ὅσης ὀρθότητος καὶ ἀληθείας μετέχουσιν ἀποκαλυφθεῖσαι καὶ τοῦ αἰνιγματώδους ἐλευθερωθεῖσαι τύπου (*formae*) —. Eunap. in vitâ Libanii I, p. 98. ed. *Boisson.* — περὶ δὲ ἐπιστολὰς καὶ συνουσίας ἑτέρας ἱκανῶς ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον ἀναφέρει καὶ διεγείρεται τύπον. ib. p. 96. αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπὶ ταῖς μελέταις συνεῖχε καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον ἐξεβιάσατο τύπον, τὴν ψυχὴν διαπλάττων καὶ τὸν λόγον. In vitâ Sopolidis p. 94. legitur καὶ ἦν ἀνὴρ εἰς τὸν ἀρχαῖον χαρακτῆρα τὸν λόγον ἀναφέρειν βιαζόμενος —. et p. 100. in vitâ Aacii — καὶ ἡ λέξις μετὰ κρότου πρὸς τὸν ἀρχαῖον ἐπέστρεφε τρόπον, quod *Wyttenb.* sine idoneâ causâ mutatum voluit in τύπον (cf. supra). Cic. de Or. II, 22. 98. — qui tamen (Curio) verborum

borum gravitate et elegantiâ et copiâ suam quandam expressit quasi formam figuramque dicendi. Quamquam iis non vehementer obsistam, qui *Oecumenium* (*τύπον δέ φησι διδαχῆς οἷον ὅρον καὶ κανόνα*), *Lutherum*, *Bezam*, *Reichium* al. sequuti *τὸν τύπον τῆς διδαχῆς exemplar*, *quod doctrina* (christ.) *ad imitandum proponit* (Hebr. 8, 5. Phil. 3, 17.), *vivendi regulam*, *quam complectitur* (v. Chrys. et Theophyl.) enarrare maluerint; nisi quod illa interpretatio multo mihi simplicior videtur et *ὑπακούειν* minus bene quadrat, si cum *Oec.* feceris. Illud nego, v. *τὸν τύπον τῆς διδαχῆς* sola per sese *effigiem quam doctrina animis imprimat* (*Kypk.*, *Rosenm.*) denotare. Scilicet apud Philonem legat. ad Cajum II, 577. *Mang.* clara est scriptoris mens e praecedente similitudine, quae continuatur (Judaei rituum suorum tenacissimi sunt) *Θεόχρηστα γὰρ λόγια τοὺς νόμους εἶναι ὑπολαμβάνοντες — ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀγαλματοφοροῦσι τὰς τῶν διατεταγμένων εἰκόνας· εἶτα ἐναργεῖς τύπους καὶ μορφὰς αὐτῶν* (clara praeceptorum *div. simulacra et formas*) *καθορῶντες ἀεὶ τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν τεθήπασι.* (cf. Cic. de Fato 19, 43.), in altero autem, quem *Kypk.* citavit, Plutarchi l. verbi *ἐναποτυποῦσθαι* vis ex *institutâ collatione* intelligitur. Ceterum *doctrinae simulacro animis impresso* Romani parum commode quum *obtemperasse* tum *traditi esse* dicerentur. Sed *τὸν τύπον τῆς διδαχῆς vim*, *quâ doctrina animum percellat* (Eindruck der Lehre auf das Gemüth) declarare (*Reich.*), neque ex illo Philonis l. ostendi potest, neque ex aliis. Sed sive doctrinae *formam*, sive doctrinae *regulam τὸν τύπον τῆς διδαχῆς* explanaveris, *doctrinam christ.* ab Ap. dici certum est. Quemadmodum enim in superiore disputatione eo quod sacrum lavacrum aliquis subiisset impuritatem eum ejurasse P. docuerat v. 3. sqq., ita h. l. Romanos eo, quod in Christi se disciplinam tradidissent, dominum deseruisse Peccatum affirmat. Quippe subjecti degunt div. Clementiae, qui Christum, div. benevolentiae procuratorem, ducem sequuntur (v. 15. cl. 5, 15.). *Rueckerti* et *de Wettii* opinio, qui *τὸν τύπον τῆς διδαχῆς* de capitali Pauli doctrinâ capiunt, quâ integros a Deo censeri quicunque fidem in Christo, generis humani expiatore, collocassent ostendit, omni fundamento destituta est. Nam nullam vim *de Wettii* ratiuncula habet, istam potissimum Pauli sententiam homines Dei arbitrio subjicere (v. infra). Tum *παραδίδομαι εἴς τι trador rei* proba et usitata loquutio est (Sirac. 4, 19. Rom. 1, 24. 26. 28.). *Bezae* et *Rueckerti* enarratio: — cui doctrinae typo *immissi*, *immersi* estis (np. ut ad ejus figuram conformaremini), praeterquam quod argute excogitata est,

Digitized by Google

non consistit cum usu loquendi. Postremo verba, tum prius ὑπακούειν, quod P. ante dictis v. 16. metus posuit, tum posterius παραδίδοσθαι, optime habent. Doctrinae, morum magistrae, tum tradi possum tum traditus aut obsequi ei aut obstrepere (1 Petr. 4, 17.), quandoquidem magistro, qui me fingat, tradi recte dicor ejusque fidei commissus monitori obsequium tum praestare possum tum denegare. Quodsi fieri potest, ut *doctrinae* tradar eique deinde obsequar, possum etiam *doctrinae formae* s. *rationi* tradi eique obedire, quia quaevis doctrina *aliquam formam* habeat h. e. *alicujusmodi* sit necesse est. Item discipulum tum tradi posse doctrinae *regulae*, quam moribus effingat, tum *quodammodo* ei obsecundare, quae mores ad sese dirigi postulet, emergit. Sed utrum P. παρεδόθητε *reflexive* (cui doctrinae formae *vos tradidistis*: v. librum meum Prälimi-narien u. s. w. p. 50.), an *passive* (cui *divinitus traditi estis*: v. *Chrys.*, *Theophyl.*, *Reich.*, *de Wettius*) intellectum voluerit constitui vix potest. Illo probato etiam verba v. 18. ἐλευθερωθέντες ἐδουλώθητε *reflexive* capienda sunt: quum autem vos in libertatem a Peccato vindicastis Pietati vos emancipastis. Haec interpretatio pulcre tum cum loquutione ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας τῷ τύπῳ τ. δ. coit, tum cum v. 19.. Sed non minus bene posterior ratio comparata est: obtemperastis autem ex animi sententiâ ei doctrinae formae, cui vos (np. quum ei lubenter obedivissetis) rebus *vestris consulens* Deus fingendos tradidit, in libertatem autem a Peccato vindicati emancipati estis Pietati (scil. eo quod voluntate vestrâ Christi disciplinam amplexi estis). His dictis Ap. sine ullâ repugnantiâ lectores v. 19. cohortatur, ut in quam servitutem volentes abducti fuerint, in eâ perseverent. Neque igitur haec explicatio τὸ αὐτεξούσιον tollit et nonnihil commendationis ab hujus periodi conformatione habet (cf. χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι —). Ceterum vitiosa est et eorum ratio, qui structuram hanc esse putarunt: ὑπηκούσατε δὲ — εἰς τὸν τύπον τῆς διδαχῆς, ᾧ (s. εἰς ὃν) παρεδόθητε (*Bengel.*) *obsecundastis* autem *ei* doctrinae *formulae*, *cui traditi estis*, et eorum opinio, qui v. sic struenda esse sibi persuaserunt: ὑπηκούσατε δὲ — εἰς τὸν τύπον τῆς διδαχῆς, ὃν παρεδόθητε i. q. ὃς παρεδόθη ὑμῖν *obedientes autem* fuistis *ei* doctrinae *formae*, *quae vobis tradita est* (v. *Castalio*, *Heum.*, *Carpz.*, *Chr. Fr. Schmid.*, *Kypk.*, *Boehm.*, *Win.* p. 213. cl. *Grot.*). Scilicet falsa est utraque ratio propterea, quod ὑπακούειν εἴς τι graece non idem valet, quod ὑπακούειν τινί, sed ὑπακούειν (τινὶ) εἴς τι non quidem aufhorchen auf — (sic de *Wettius*, qui quum ne loca quidem a *Kypkio* II, 167. lau-

Digitized by Google

data inspexisset in fraudem inductus est a *Reichio.*), sed *obtemperantem esse* (alicui) *quod ad aliquid attinet* (ergo *in aliquâ re*), i. q. ὑπακούειν (τινί) πρός τι Joseph. A. J. 14, 3, 4. *). Posterior autem opinio *duobus* etiam vitiis affecta est, uno quod ὑπακρύειν εἴς τι pro ὑπακούειν τινί falso sumitur (hoc peccatum *Grot.* declinare studuit sic enarrando: obedivistis autem *ad* eum doctrinae modum, qui vobis traditus est), altero, quod παραδίδομαί τι pro παραδίδοταί μοί τι nemo graece dixit, ut πιστεύομαι (3, 2.), ἐγχειρίζομαί τι et simil.. Debuerat autem formula παραδίδομαί τι *multo usu* trita esse, ut eam P. jure atque ut nullam ambiguitatem afferret *attractioni innecteret.*

V. 18. Male vulgo post διδαχῆς v. 17. plene interpungitur. Nam quum versu 18. idem prorsus, quod verbis v. 17. ὑπηκούσατε δὲ κ.τ.ἑ., nisi quod planius, contineatur, perperam Ap. tanquam impetu de integro capto eandem sententiam iteraret. Quae difficultas ut tolleretur nonnulli tum librarii (73. Mt. h. qui ἐλευθερωθέντες οὖν praebent) tum interpretes (*Jasp.*, *Reich.* al.) versu 18. conclusionem, quâ inchoata v. 16. argumentatio absolveretur, comprehendi judicarunt. At superquam quod sic voce οὖν pro δέ opus erat, istam conclusionem versu 18. nemo facile deprehendet, quam quivis agnosceret ita formatam: Ἐλευθερωθέντες οὖν ἀπὸ τ. Ἁμ. δοῦλοι ἐστε τῆς Δικαιοσύνης (v. v. 16.). Igitur — Pietatis ministri estis i. e. igitur Pietati vobis serviendum est. Vicina est *Rueckerti*, in fine vs. 17. hanc sententiam supplendam esse: *quae doctrinae forma liberos facit a Peccato*, *qui eam probaverint* atque Ap. v. 18. in rei expositione *argumentantem* pergere rati, opinio. Cur mente addendum sit, quod ipsis vs. 17. verbis licet tectius inesse hōmines christ., quos doctrinae christ. rationes non lateant, facile sentiant non assequor. Imo v. 17. post διδαχῆς *virgula* locanda est. Tametsi enim praeterlapsum esse tempus, quo Romani Peccati essent ministri esseque nunc aliud tempus, quo Pietati obsequi eos oporteat, satis perspicue verbis ὑπηκούσατε δὲ — διδαχῆς declaraverat, tamen id disertius etiam et iis verbis, quae lectoribus tum propesi-

*) Cf. Appian. Hist. de bellis civ. 4. c. 58. — τοῖς τε ἄλλοις πᾶσιν ἐκέλευσαν (ἡ βουλή), ὅσοι Ῥωμαίοις ἡγεμονεύουσιν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἀπὸ τοῦ Ἰονίου μέχρι Συρίας, ὑπακούειν ἑς ὅ, τι κελεύοι Κάσσιος ἢ Βροῦτος. c. 92. Ὁ γὰρ δῆμος ὑμεῖς ἐν μὲν τοῖς πολέμοις ὑπακούετε ἑς πάντα ὡς κυρίοις τοῖς στρατηγοῖς, τὸ δὲ κῦρος τόδε ἐν τοῖς εἰρηνικοῖς ἐφ' ἡμῖν ἀντιλαμβάνεις αὐτοί. (2 Cor. 2, 9. — ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.). Sic Appianus identidem; v. *Kypk.* l. l., qui haec Josephi l. adjecit: A. J. 14, 4, 2. et 15, 4, 1.

Digitized by Google

tionem majorem v. 16., tum assumtionem v. 17. χ. δ. τ. ϑ., ὅτι ἦτε δοῦλοι τ. Ἁμ., cujus vim h. l. explicandam sibi sumsit, in memoriam reducerent, quo magis lectorum animos feriret, dicere Paulo visum est. Quamobrem v. 18. expositionem verborum v. 17. ὑπηκούσατε δὲ — διδαχῆς complectitur. Haec igitur est v. 17. et 18. conditio: Grates autem Deo agantur, quod *eratis* Peccati *ministri*, obsequuti autem estis (ut rem explicatius dicam) ex animi sententiâ ei doctrinae formae, cui (ut fingeremini) *traditi estis* (praestito illo obsequio divinitus s. *cui vos tradidistis*: v. supra), in libertatem *autem* (placet enim verbis ad ante dicta magis appositis rem illustrare) a Peccato vindicati in Pietatis servitium (volentes) ducti estis (s. postquam autem in libertatem a Peccato vos vindicastis servos vos Pietati addixistis: cf. supra). Conclusionem: *ergo Honestati vobis obtemperandum est* P. non addidit, quippe quam cuivis sese offerre necesse esset, qui lectis v. 16. 17. vocc. ἐδουλώθητε τ. Δ. expendisset. —

V. 19. Verbis Ἀνθρώπινον λέγω δ. τ. ἀ. τ. σ. ὑ. formulam v. 18. ἐδουλώθητε τῇ Δικαιοσύνῃ excusari certum est (*Phot.* ap. Oec., *schol. Cd. A.* ap. Matth., *Castalio*, *Kopp.*, *Böehm.*, *Flatt.*, *Rueck.*, *Reich.*, *Koelln.* al.). Primo enim loquutio ἐδουλώθητε τῇ Δ. excusationis indigebat. Nempe si Ap. illius loco δοῦλοι γεγόνατε τῆς Δικαιοσύνης scripsisset, nemini id offensioni fuisset, quandoquidem in formulis δουλεύειν τῷ Θεῷ, τῇ Ἁμαρτίᾳ et finitimis *nihil* nisi *obsequii* notio cogitari solet (v. not. ad v. 6. p. 383. et v. 12.). Sed quum versum 17. dilucidaturus vs. 18. in formulam ἐδουλώθητε τ. Δ. incidisset, quae parum apta videri posset, quoniam, quum δουλοῦν τινα alîquem *libertate ereptâ mancipium facere* denotet ideoque qui δουλοῦται in suâ potestate esse desinat, Romani Christi doctrinâ susceptâ *arbitrii sui jacturam* fecisse, ut *coacti* Honestati servirent, existimari poterant, sane illa loquutio excusanda erat, ut nihil nisi hoc *ad Christi sacra transgressos totos se Pietati tradidisse* Paulum dicere voluisse lectores intelligerent. (1 Cor. 9, 19.). Quod quo melius sentirent, illius formulae vim v. 19. ὥσπερ γὰρ κ. τ. λ. — v. 22. illustravit. Ac veram esse quam diximus interpretationem etiam ex eo intelligitur, quod ubi Ap. mentem suam exposuit quo offendi poterat vocabulo id quâ sumtum volebat potestate iterum iterumque repetiit (v. 19. δοῦλα — δοῦλα v. 21. δοῦλοι — ἐλεύθεροι· v. 22. ἐλευθερωθέντες ἀ. τ. Ἁμ., δουλωθέντες δὲ τ. Θ.). διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν] Genitivum recte expedivit *Rueck.*: propter imbecillitatem, *quam* ἡ σὰρξ ὑμῶν *gignit* (quia σαρκικοί estis, non πνευματι-

tionibus obruerunt. — Rectissime *Chrys.*, *Oec.*, *Jt.*, *Vulg.*, *Beza*, *Grot.*, *Beng.*, *Wetst.*, *Rosenm.*, *Boehm.* et multi alii verbis *τίνα οὖν — ἐπαισχύνεσθε*; unam sententiam *interrogativam*, ad quam vocabulis *τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος* respondeatur, inesse censuerunt. Quorum interpretatio ne posthac addubitetur paullo accuratius mihi firmanda est. Nempe *οὖν* ad primariam rem, h. e. ad v. 17. *χ. δ. τ. θ.*, *ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς Ἁμ. κ. τ. ἑ.*, se recipientis est (v. not. ad Marc. p. 110.). Postquam enim Ap. formulam v. 19. *ἐδουλώθητε τῇ Δικαιοσύνῃ*, ne secus intelligeretur, et excusavit et illustravit v. 19. 20., ad rem revertitur h. m.: quemnam *igitur* (h. e. ut loquutionis v. 18. *ἐδουλώθητε τ. Δ.* ratione redditâ ad rem me revocem) fructum habebatis *tum* (scil. quum Peccati essetis ministri) ex iis rebus, quarum nunc vos pudet? *Nullum* vero. Nam etc.. *Γάρ*, quod pro *οὖν* Chrys. (etiam in Mt. 3. 8.) et nonnulli Latini, ut Augustin. (v. Sabatier.) offerunt nullius frugis est. Stribliginis ratio manifesta. Praecedit enim *γάρ* v. 20. et sequitur v. 21.. Nihilominus *γάρ* probavit *Mill.* Prol. §. 882. Deinde bene habet constructio *τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε* (scil. *ἐξ ἐκείνων*), *ἐφ' οἷς νῦν ἐπ.*; (Luc. 6, 34. Rom. 7, 6. 10, 14. 16, 2. 1 Cor. 10, 30.), quod qui negavit *Reichius*, quoniam omissum Pronomen *demonstrativum* h. l. a *Substantivo* regeretur, eum vereor ut intelligam. Neque enim *ἐξ ἐκείνων* a Substantivo *καρπόν* funditur, sed, quum integrâ formula sit *καρπὸν ἔχειν ἔκ τινος*, a loquutione *καρπὸν ἔχειν*. Tum verbis *τίνα — ἐπαισχύνεσθε*; unam negativam perconstationem contineri multa clarissime indicant; primo *τότε* et *νῦν* ad se invicem relata, deinde *ἐκείνων*, quo ad *ἐξ ἐκείνων*, verba supplenda, digitus intenditur, tum *τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος*, quum vocula *γάρ* firmando responso inserviat: *τίνα οὖν καρπὸν — ἐπαισχύνεσθε; (οὐδένα καρπόν)· τὸ γὰρ κ.τ.λ.* (cf. 4, 1. 2.), postremo membrum oppositum v. 22. *νυνὶ δὲ — ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν*, quod ut bene comparatum sit, versu 21. hoc dicatur necesse est: *nullum* olim Romanos ex turpitudine habuisse emolumentum. Denique optime comparata est sententia: quodnam *igitur* (ut unde profectus sum eo redeam v. 17. 18.) emolumentum (1, 13.) habebatis *tum* (np. quum Peccato serviretis v. 17.) ex iis rebus (dicuntur prava studia et male facta), quarum *nunc* (ubi mutato hero resipuistis) vobis pudor est? *Nullum*. Nam illae res in *mortem* exeunt (in quâ nemo, nisi insanus, emolumentum reposuerit). Nunc autem (ut excusatâ loquutione denuo utar) a Peccato vindicati in Dei autem servitium ducti (cf. v. 18.) habetis emolumentum vestrum (i. e. quod vobis, Dei servis,

Digitized by Google

competit, τὸν καρπὸν ὑμῶν) ut sancti fiatis (vid. v. 19.), exitum autem (rei i. e. sanctitatis) vitam sempiternam. Haec igitur dicit: *Nulli vobis prava studia*, quae olim exercita nunc vobis rubori sunt, *quippe in mortem exitura emolumento erant*; sed nunc vitae ratione commutatâ emolumentum vestrum habetis sanctitatis (quae nemini ruborem suffundet) spem, exitum autem rei vitam aeternam. — Syrus [*Theodoret.* et *Theophyl.*, ut videtur] *Lutherus* [qui male ἐφ' οἷς ad τίνα καρπόν i. q. τίνας καρπούς rettulit!], *Heum.*, *Wolf.*, *Carpz.*, *Kopp.*, *Rueck.*, *Koelln.*, *de Wettius* al. percontationem verbis τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε; absolvi, tum ad eam responderi vocabulis ἐφ' οἷς (i. e. ταῦτα τότε εἴχετε καρπὸν, ἐφ' οἷς) νῦν ἐπαισχύνεσθε·, postremo vocibus τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος communiri v. ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε crediderunt: *qualem* (τίνα i. e. ποῖον) igitur fructum tum habebatis? (Responsum: *pestiferum quidem*, his v. conceptum sequitur:) In iis rebus (i. e. libidinibus et malis facinoribus) fructum tum habebatis, *quarum vos nunc pudet et taedet? Nam* illae in mortem desinunt. Parum firmae eae rationes sunt, quibus haec enarratio nuper impugnata est, v. c. non esse probra ipsa fructum perniciosum, sed parere illa hunc fructum, τὸν θάνατον opinor (*Reich.*; recte vero pristina Romanorum facinora acerbi obedientiae Peccato praestitae fructus vocarentur, si cetera, maxime v. 22., ad id congruerent), mire Paulum pudere nunc Romanos suae turpitudinis, quia *pestem* i. e. mortem afferat, affirmare, quum ruborem nobis eliciat res *turpis*, quam fecerimus, non res *perniciosa*, quae metuenda videatur (*Rueck.*, *Reich.*, *de Wettius*). Sane enim nisi qui omnem honestatis sensum exuerint gravis poenae commisso maleficio sibi ab judice irrogatae homines pudet, quandoquidem poenae gravitas admodum turpis facinoris quod patraveris exprobrationem continere videtur. Quidni igitur homines facinorosos *mortis* a Deo sibi propositae pudeat, cujus denuntiatione de suâ spurcitiâ graviter admoneantur? Imo illa interpretatio ipsa per sese tam contorta est, eam ut quisque, qui aliquem simplicis veritatis sensum habeat, repudiaturus sit (v. *Beza*) *falsamque* eam esse omnia ea argumenta evincunt, quibus *tertio* l. positis nostram explicationem supra munivimus. Quamquam hoc unum eam evertit, quod cum eâ v. 22. minime consistit, qui ut concordaret longe aliter formandus fuerat, v. c. sic: νυνὶ δὲ — τίνα καρπὸν ἔχετε; ἐφ' οἷς οὐκ ἐπαισχύνεσθε· (aut saltem νυνὶ δὲ — ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν τὸν ἁγιασμόν, ut ὁ ἁγιασμός pro re, quae non rubori futura sit, commemoretur) τὸ γὰρ τέλος ζωὴ αἰώνιος. Hinc iis, qui illam interpre-

Digitized by Google

tationem inierunt, aqua haesit in v. v. 22. ἔχετε τον καρπὲν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν, ut *Rueckerto.* Ven. *Reichius* monstrum peperit interpretationis, neque peperit solum, verum etiam aluit et exornavit. Scilicet verbis τίνα — ἐπαισχύνεσθε ut unam sententiam interrogativam facerent arcte consociatis καρπὸν ἔχειν *fructum proferre* exposuit et ἐφ' οἷς Pluralem ad τίνα καρπόν collective locatum cl. *Win.* gr. p. 126. revocavit: quales igitur fructus tum proferebatis (qualia tum facta edebatis), quorum vos nunc pudet? (*Pestiferos* fructus). *Nam* etc.. Fructum *proferre* est καρπὸν ποιεῖν, φέρειν et καρποφορεῖν, non καρπὸν ἔχειν, quod valet *fructum, emolumentum habere.* Deinde non posse τίνα καρπόν i. e. *quem* (qualem) *fructum*, quemadmodum vocabulum ὁ καρπός, collective poni omnibus notum est qui graece sciunt. Fuerat igitur Paulo scribendum: τίνας οὖν καρποὺς εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς —; Plura adjicere piget. Reliquum est, ut de nonnullis vocc. sigillatim dicam. Τέλος *finem, exitum, ultimum* denotat. Τὸ τέλος τοῦ ἀνθρώπου *hominis ultimum* est *extrema hominis sors* 2 Cor. 11, 15. Phil. 3, 19. 1 Petr. 4, 17., sed τὸ τέλος τοῦ πράγματος id declarat, in quod res desinit 1 Petr. 1, 9.. *Erasmus* τὸ τέλος v. 21. *vectigal*, quod colligitur e servitute peccati enarravit plaudente *Beza*, ut τοῖς ὀψωνίοις v. 23. responderet. Quasi id referret, quum sententiae τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος et τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον versu 23. aliâ sententiâ fulciantur. In eo interpreti elaborandum est, ut verbis τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος vocc. τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον belle respondeant. At *Erasmo* assensus v. 21. τὸ τέλος ἐκείνων *vectigal a malis facinoribus exigendum* et v. 22. τὸ τέλος *vectigal sanctitati aut sanctis hominibus* (a Deo) *pendendum* exponere debet. Τὸ τέλος *mercedem* in utramque partem significare, in bonam *praemium* v. 22., in malam v. 21. *poenam* fuerunt qui *Krebsio* temere crederent. Philo de poenitentiâ II, 406. *Mang.* ὧν (impiorum hominum) τὰ τέλη βαρύταται ζημίαι σώματός τε καὶ ψυχῆς εἰσίν. et Ael. V. Hist. 3, 43. τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστόν — vocabulum *exitum* denotat. Joseph. A. J. 6, 1, 2. init. Ἀπειρηκότες δὲ τοῖς κακοῖς οἱ πεπειραμένοι καὶ τοῖς ἀκούουσιν αὐτὰ διδασκαλία γενόμενοι τοῦ μὴ προσδέξασθαι τὴν κιβωτὸν ποτε πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τοιούτῳ μισθῷ καὶ τέλει (hâc lege, ut tale penderent *tributum*; τέλος i. q. paullo ante δασμός) τὸ λοιπὸν ἐζήτουν μηχανὴν — ἀπαλλαγῆς αὐτῆς. Alciphr. ep. 1, 34. fin. — ἵνα μικρὰ κραιπαλήσαντες ἐπιδειξώμεθα ἀλλήλοις τὸ καλὸν τέλος τῆς ἡδονῆς. *finem bonorum, summum bonum* τὸ τέλος indicat; v. *Bergler.*. θάνατος] Dicit P. mortem *physicam*, ut v. 16.. Nexum est

enim hoc caput a praecedente disputatione 5, 12. sqq.. Male Theodoret.: θάνατον δὲ λέγει οὐ τὸν προσκαιρον τοῦτον, ἀλλὰ τὸν αἰώνιον. et *Morus*: „per θάνατον — intelligo latissime omnis generis perniciem, miseriam, quae peccando contrahitur." Num conscientiae terrores aliaque miseria, quam ante obitum homo improbus sentiat ad id referri possunt, quo male facta *denique* (v. v. 22.) finiantur, h. e. ad τὸ τέλος? δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ] „Supra dixit τῇ Δικαιοσύνῃ 18. Nimirum qui bonitati rebusque honestis servit et Deo servit, quia Deus hoc semper amavit et in evangelio apertissime praecepit." *Grot.*. ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν] Loquutio concisa, quâ aperte ad v. 19. παραστήσατε τ. μ. ὑ. δ. τ. Δ. εἰς ἁγιασμόν alluditur: *habetis* fructum vobis concedendum *in sanctitatem* (zur Reinheit) i. q. εἰς τὸ ἅγιοι γίνεσθαι *ut sancti evadatis*, ergo emolumentum vestrum in *futurâ* sanctitate aut in sanctimoniae *spe* repositum est. Sententiâ male offendaris (v. *Rueck.*). Nam quod Paulo supra v. 19. licuerat, ut Romanos novam vitam vix ingressos animo informaret ideoque τὸν ἁγιασμόν rem proponeret aliquando ab iis obtinendam, idem Apostolo hîc concedendum est. *Kopp.* ἔχετε τ. κ. εἰς ἁγιασμόν pro ἔχετε καρπὸν ἁγιασμοῦ, *Cramer.* εἰς ἁγιασμόν pro ἐν ἁγιασμῷ, *Flatt.* ἔ. τ. κ. ὑ. εἰς ἁγιασμόν pro ἔ. τὸν καρπὸν ὑμῶν τὸν εἰς ἁγιασμόν („ut in dies sanctiores fiatis" v. not. ad v. 19.) dicta volunt. Nugae. *Rueckertus* autem nonnulla hallucinatus deinde more suo de hujus explicatione l. desperat.

V. 23. Quod Ap. v. 21. 22. dixit, male facta in mortem desinere, sanctorum Christianorum extremam sortem vitam esse sempiternam, versu 23. argumento fulcit: *Nam* ita, inquit, res comparata est, ut Peccatum nummos, *quos peccando merueris*, tibi *mortem* (quâ nihil tristius) persolvat, Deus tibi (*quum nullum ornamentum merueris*) *dono* det *vitam sempiternam* (quâ nihil optatius) Christi beneficio. Haec non apta solum est, verum etiam acuta antithesis, quod qui non intellexit *Rueck.*, eum bene refutavit *Koelln.*. Τὸ ὀψώνιον, quum primo obsonii comparationem notasset, serioribus scriptoribus *stipendium militare* et metaphorice *mercedem* valuit. Phot. 367.: ὀψώνιον: τὴν ὀψωνίαν· τὸ δὲ παῤ ἡμῖν ὀψώνιον μισθὸν λέγουσι καὶ σιτηρέσιον. Sed Pluralem τὰ ὀψώνια (*nummi*, quibus stipendium datur, *pecuniae*, quibus merces persolvitur: v. τὰ ἐφόδια et τἀπίχειρα cl. *Schaefero* ad Bos. ellips. p. 304.) scriptores magis frequentasse video (cf. v. c. Polyb. 1, 67, 1. 6, 39, 15. 1 Macc. 3, 28. 14, 32. Joseph. A. J. 12, 2, 3. Luc. 3, 14. 1 Cor. 9, 7.), quam Singularem (Polyb. 6, 39, 12. 2 Cor. 11, 8.). *Grot.*, *Beng.*, *Wetst.* al. τὸ χάρισμα *donativum* (Suet. Calig. c. 46.),

Digitized by Google

καί 1 Cor. 3, 1.). Dici autem ab insipiente corpore (v. not. ad v. 6. p. 379 sq.) prognatam infirmitatem *intellectus tarditatem* (*Beng. Heum.* al.), non *animi pravitatem* ex eo elucet, quod Ap. v. 19. sq. positam v. 18. vocem in τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκός lectorum intuitus exponit. Solemus enim mentem nostram magis explanare propterea, quod lectorum ingenio diffidimus. Quodsi Ap. praeter ingenii tarditatem τῇ ἀσθενείᾳ τῆς σαρκός aliquid subesse voluit, eam animi hebetudinem indicatam esse credo, quâ fit ut non nisi gravibus et quae vehementem animo motum afferant verbis enuntiatae rei vim persentiscamus. *Γάρ nempe* declarat. Exponit autem P. rem *propter lectorum imbecillitatem* accuratius. Quare quum v. ὥσπερ γὰρ κ. τ. ἑ. cum vocc. ἀνθρ. λέγω διὰ τὴν ἀσθ. τ. σ. ὑ. arcte cohaereant, ii falluntur, qui ἀνθρ. λ. δ. τ. ἀ. τ. σ. ὑ. in parenthesin abdiderunt, ut ὥσπερ γὰρ κ. τ. ἑ. e vocc. v. 18. ἐδουλώθητε τ. Δ. apta essent (*Knapp.*, *Vater.*, *Rueck.*, *Reich.* al.). Haec est igitur P. disputatio: — in Honestatis *servitutem* venistis. Humanâ voce utor (i. e. asperiore illâ quidem, sed ex hominum loquendi consuetudine depromtâ et populari quadam trutinâ examinandâ utor formulâ) propter ingenii vestri tarditatem animique hebetudinem (ergo: quo melius quid mihi velim tum intelligatis tum sentiatis). Nempe (h. e. ut vestrae infirmitati prospiciens rem accuratius explanem) quemadmodum exhibuistis membra vestra *serva* (i. e. quae se ad Impuritatis arbitrium prorsus accommodarent) Impuritati et Improbitati — ita nunc exhibete artus vestros *servos* (h. e. qui se ad Probitatis nutum totos fingant) Probitati —. Quos supra scripsi interpretes bene vidisse, verbis ἀνθρώπινον λέγω δ. τ. ἀ. τ. σ. ὑ. vocc. v. 18. ἐδουλώθητε τ. Δ. excusari, ii cur P. ἐδουλώθητε τῇ Δ. excusaverit partim non intellexerunt partim non explicuerunt. *Kopp.* ἐδουλώθητε quoniam Pauli Christianorum *libertatem* (in eo nimirum positam, quod lege mos. non teneantur 7, 6. Gal. 2, 4. 5, 1. sq.) praedicantis institutioni adversari videri posset excusatum esse credit! Contra *Phot.* ap. Oec., *Castalio*, *Jasp.*, *Flatt.* al. excusationis rationem hanc esse opinantur, quod Pietatem homines *in servitutem* abducere P. dixerit, quum Pietatis obsequium *veram libertatem* afferat. Eorum, qui aliam verborum ἀνθρώπινον λέγω δ. τ. ἀ. τ. σ. ὑ. interpretationem proposuerunt, consilia vix mentione digna sunt. Unde pauca, quae, nescio qui, aliis insignia visa sunt, strictim attingam. *Reichius Bezam*, *Limborchium* aliosque sequutus purgari servi et heri aut servitutis et libertatis collationem ex mutuis hominum commerciis sumtam, quâ Christianorum Honestátem colendi officium declararetur (v. 16.—22.)

Digitized by Google

censet h. s.: humane utor loquendi modo ad vestrum captum me submittens, quo melius mentem meam percipiatis. Idem *Grotio* et *Wetst.* placuisse videtur, qui non satis perspicue quid sentirent exposuerunt. At enim vero haec excusatio afferenda erat, priusquam P. istâ a servis repetitâ similitudine uteretur, h. e. v. 16. ante v. *οὐκ οἴδατε —;* Deinde cur tandem v. 19. post *ἐδουλώθητε*, vocabulum offensioni obnoxium, ita posita est, ut explicatio subjungatur in eodem v. *δουλωθῆναι* v. 22. desinens? PP. gr. et qui eorum vestigia premunt *ἀνθρώπινον λ. δ. τ. ἀ τ. σ. ὑ.* ad vocc. sqq. referunt et voci *γάρ* explicandi potestatem subjiciunt h. r.: *rem humanam* i.e. effectu non difficilem (sic *Orig.*, *Chrys.*, *Theophyl.*, *Julian.* ap. Aug. Op. Perf. II, 233., *Clarius* al.; contra *Theodoret*: rem *humanam* h. e. quae ab homine praestari possit) *postulo propter eam quae e corpore vestro nascitur imbecillitatem* (ethicam). *Nempe* tanto studio Honestatem nunc vos complecti volo, quanto olim Improbitatem complexi estis. Quodsi nullam vestrae infirmitatis rationem habendam esse ducerem, ut multo majori studio Pietati serviretis quam quo Impuritati serviistis auctor vobis essem. Possunt sane *ἀνθρώπινα* et *humana* tum hominibus tolerabilia (1 Cor. 10, 13. Pollux III, 27. 131. componit *κοῦφον*, *εὔφορον*, *οἰστόν*, *ἀνθρώπινον*, *ἀνεκτόν*, *φορητόν*, *ἀνάσχετον*), tum ad efficiendum facilia (Sen. de Benef. 6, 27. Illis enim [Diis] durissimas partes imponis, tibi humanas.), tum hominibus ignoscenda (Xen. Cyr. 3, 1. 40. *ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν*) tum omnia ea vocari, quae hominibus consentanea sint. Hâc enim notione vis vocabuli absolvitur. Sed *ἀνθρώπινον λέγω* illi contra usum loquendi enarrarunt *ἀνθρώπινον ἀπαιτῶ* rem humanam flagito. Deinde Theodoret. jejunam, ceteri falsam (quid enim eo difficilius est, quod P. deinceps postulat?) et quae a praeceptionis severitate, quâ P. hoc capite utitur, valde abhorreat sententiam procuderunt. Postremo illud *tantundem, non plus, studii, quam quod* — non ductum est e P. verbis v. 19., sed iis illatum. — Voc. *ἡ Ἀκαθαρσία* h. l. non impuritatem, quae libidinibus venereis contrahitur (*Theophyl.*, *Rueck.*, *Koelln.*, *de Wettius* al. cf. 1, 24.), sed sordes quibus mens improbe sentiendo agendoque oppletur notare quum e v. *εἰς τὴν ἀνομίαν* emergit (alioqui P. *εἰς τὴν ἀκαθαρσίαν καὶ τὴν ἀνομίαν* dixisset), tum ex eo elucet, quod Ap. in affirmativo, quod huic opposuit, membro generalem *sanctitatis* notionem efferre satis habuit (*εἰς ἁγιασμόν*). *Ἡ ἀνομία* legis contemtio est aut morum licentia, quâ lex violatur. Contrarium dicit *ἡ δικαιοσύνη* 2 Cor. 6, 14. Jam *ἡ Ἀκαθαρσία* et *ἡ Ἀνομία* in vocc. *τῇ Ἀκαθ. καὶ τῇ Ἀνομ.*

Digitized by Google

personae spectantur i. e. membrorum corporis rectrices. Sed in proximis v. *εἰς τὴν ἀνομίαν*, quibus Ap. quidnam ex eo consequutum sit, quod Romani corpus suum illis rectricibus emancipassent, enuntiat, morum perversitatem declarat: quemadmodum praebuistis corporis vestri membra (cf. v. 13.) *serva* (v. supra) Impuritati et Improbitati hoc effectu, ut *improbe facta*, *quae patrastis* (*τὴν ἀνομίαν*), *nascerentur*, *exsisterent* (*ὥστε ποιεῖν τὴν ἀνομίαν*). Cf. supra p. 49.. *Theophylacti*, *Oec.*, *Grot.*, *Kölln.* al. enarratio *ita ut in dies pejores fieretis* et *εἰς ἁγιασμόν*] *ita ut quotidie progressum faciatis in sanctitate* verbis non respondet. Idem de *Lutheri* versione existima: gleichwie ihr eure Glieder begeben habt zum Dienst der Unreinigkeit und von einer Ungerechtigkeit zu der andern — i. e. — *δοῦλα τῇ Ἀκαθαρσίᾳ καὶ ἐξ (ἀπ') Ἀνομίας Ἀνομίᾳ* — 2 Cor. 3, 18.. *εἰς ἁγιασμόν*] *εἰς finem* h. l. indicat. Refertur enim ad Imperativum *παραστήσατε*. Vocab. *τοῦ ἁγιασμοῦ* non solum *consecrationem* (i. q. *τὸ ἁγιάζειν* 2 Thess. 2, 13.) declarare, verum etiam consecrationis effectum aut quod habeas *ἡγιασμένος* i. e. *sanctimoniam*, *sanctitatem* valere (ut h. l. et Hebr. 12, 14.) non erat quod *Rueck.* miraretur. Cf. *Buttm.* Ausf. gr. Sprachl. II, p. 315.. Sed *εἰς ἁγιασμόν* sine Articulo P. scripsit, quum hoc dicere contentus esset: quo sanctitatem consequamini h. e. *ut sancti evadatis ex pollutis*. Ut aut sanctimoniae fastigium, aut certum quendam sanctitatis gradum, aut sanctitatem a Christo imperatam hîc memoraret non erat necesse. Converte: ita nunc praebete membra vestra serva (obnoxia) Probitati (herae), ut puri fiatis ex contaminatis. Ceterum Syrus v. *εἰς τὴν ἀνομίαν*, quae *Guil. Wall* (v. *Wolf.*) deleta voluit, meo judicio in suo Cdc. legit, sed duobus concinnis membris efficiendis intentus liberius hunc l. convertit.

V. 20. Illustratur hoc vs. antegressa v. 19. sententia *ὥσπερ γὰρ — εἰς ἁγιασμόν* h. m.: sistite nunc, inquam, membra vestra *serva* Honestati, quemadmodum ea olim Impuritati in servitutem dedistis (v. 19.). Quum *enim* (nempe) servi essetis Peccati, *liberi eratis Honestati* (i. e. quod ad Honestatem attinet i. q. Honestatem nihil plane curabatis) v. 20. (Recte igitur his v. usus sum: *οὕτω νῦν παρ. τ. μ. σ. δοῦλα τῇ Δικαιοσύνῃ* —). Hanc esse Ap. voluntatem, tum totius l. ratio, tum constructio *ἐλεύθεροι ἦτε τῇ Δικαιοσύνῃ* (i. q. *οὐκ ἦτε δοῦλοι τῇ Δικαιοσύνῃ*), quae ad v. v. 19. *δοῦλα τῇ Δικαιοσύνῃ* composita est, docet. Licet et per leges grammaticas et per sententiam voce. *ἐλεύθεροι ἦτε τῇ Δικαιοσύνῃ* sic explicare: liberi eratis Honestati h. e. Honestas (quae persona hic inducitur) vos homi-

Digitized by Google

nes liberos existimabat, quos in nullâ re sibi obedire videret. Cic. Parad. 5, 2, 36. An ille mihi liber, cui mulier imperat? Sed praestat simplicior interpretatio, quâ Dativus relationis agnoscitur: *ἐλεύθερον εἶναι τῇ Δικ.* liberum esse *Honestati* i. e. quod ad Honestatem attinet. Non temere Paulum *ἐλεύθεροι ἦτε τῇ Δικαιοσύνῃ* pro *ἐλ. ἦτε τῆς Δικαιοσύνης*, (*ἀπὸ* (7, 3. *ἐκ* 1 Cor. 9, 19.) *τῆς Δικαιοσύνης* posuisse *Rueck.* quoque intellexit. Sed Dativum de industriâ Apostolum exarasse, quia *ἐλεύθερός εἰμί τινος* s. *ἀπό*, *ἔκ τινος* rem designet ab hoc l. alienam i. e. liberatus sum a re, *quâ aliquando tenebar* ridicule ille observavit. Nihil enim hae formulae declarant, nisi *liber sum a re*, cui utrum aliquando obnoxius fuerim an non fuerim, nonnunquam e contextâ oratione, ex illis loquutionibus nunquam, cognoscitur. Ceterum voce. *ἐλεύθεροι ἦτε τῇ Δικαιοσύνῃ* non hoc affirmare (liberi eratis Honestati, quia ei non obedire vobis tum *jus* erat) sed ad *perditos* hominum, qui nondum Christiani facti essent, *mores* referenda esse (liberi eratis Virtuti, quum ita viveretis, tanquam Virtus nihil ad vos pertineret) et res ipsa ostendit et multi viderunt interpretes (v. c. *Grot.*, *Carpz.*, *Reich.*). Nihilominus *Rueck.* Paulum sententiam minus veram: *nihil tum erat Justitiae in vos juris*, ut antithesis, quae versui 18. responderet, nasceretur enuntiasse perhibuit! Patet ex iis quae dicta sunt falli qui cohortationem v. 19. (*παρασταήσατε*) versu 20. *ratione* muniri (*γάρ*) credunt (*Rueck.*, *de Wettius*). Illud quoque non obscurum est, *ironiam*, aut *quasi ironiam* (*Koelln.*, *de Wettius*), quam multi cum *Koppio* v. 20. deprehendisse sibi visi sunt, nullam esse. Neque enim voce ullâ indicata est, neque in hunc l. convenit. *Reich.* peccandi licentiam ironice libertatem dictam esse jecit: — liberi *videlicet* (i. e. sumtâ peccandi licentiâ in turpi eratis libertate servique verius Peccati, quam homines liberi) eratis quod ad Pietatem attinet. Contra *Kopp.*, *Tholuc.*, *Koelln.* Paulum *commodum* per ironiam vocare, quod potius fuerit detrimentum autumant: quum servi essetis Peccati, liberi *scilicet* eratis respectu Pietatis (egregium vero ornamentum!). Qui sive suum illud *scilicet*, freilich, Paulo obtruserint, sive id voce *γάρ* contineri putaverint, aeque reprehendendi sunt.

V. 21. et 22. Obiter nunc Ap., lectores a morum levitate perversitateque avocaturus, quam sit tum pravi obsequium detrimentosum, tum virtutis studium fructuosum disputat (cf. ad v. 15.). — Recentissimi hujus epistolae interpretes perfacilem hunc l., cujus explicatio nemini dubia videri debuerat, partim argutis partim ineptis observa-

Digitized by Google

donarium militare (Tacit. Annal. 1, 44., sed v. ibi *Ernesti*), quod militibus bene meritis praeter stipendium dabatur explicant. Quum τὸ χάρισμα in universum *donum* declaret, poterat etiam *donativum* hâc voce indicari, quamquam id suo vocabulo ἡ ἐπίδοσις dicitur. Sed sententia mihi parum apta videtur; *stipendium quod peccando merueris* Peccatum mortem persolvit, *donativum autem quod Deus praeter stipendium gratuito dat quum Christus medium se interposuerit* vita sempiterna est. Praeterea τὸ χάρισμα τοῦ θεοῦ alias Paulo simpliciter *Dei beneficium* denotat (5, 15. 11, 29. 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6.). Postremo ne similitudinem a militiâ desumtam τὰ ὀψώνια, ut τὸ χάρισμα *donativum* exponatur postulare putes, considerandum est, τὰ ὀψώνια τῆς Ἁμ. metaphorice dici, ut nihil nisi ὁ μισθὸς τῆς Ἁμ. *merces, quam Peccatum solvat* cogitetur. Sed quod Ap. *donum*, quod Deus det, per Christum aut Christi interventu aeternam vitam esse contendit eo spectat, quod Christus τὴν δικαιοσύνην hominibus divinitus donatam benevole ad genus humanum pertulit, quae sempiternam vitam parit, si fide, honestatis genitrice, ejus compotem te reddideris (v. not. ad 5, 15. et 1, 17. p. 45 sq.).

EMENDANDA.

Ut leviora omittam, ut p. 70. l. 45. Bezae l. Beza, p. 214. l. 19 Raphael. l. Raphel., p. 244. l. 7. ἐκονταέτης l. ἑκονταέτης, p. 247. l. 45. accomodanda l. accommodanda, p. 250. l. 51. piocreatricem l. procreatricem, p. 252. l. 6. οὕτω l. οὕτω, p. 254. l. 46. εἰς τι l. εἴς τι, graviora haec fere sunt:

P. 12. l. 6. proverbio l. praeverbio, p. 47. l. 38. necessario l. necessaria, p. 65. l. 43. inducat l. inducit, p. 74. l. 20. l. non in, p. 79. l. 2. καταπύγωνες l. καταπύγονες, p. 158. l. 28. post vocatus adde vincit, p. 169. l. 10. προηγιασάμην l. προηγιασάμεθα, l. 28. l. esse], p. 180. l. 33. l. accurata notitia, p. 196. l. 8. et l. ut, p. 217. l. 15. ποφ l. παφ, p. 241. l. 26. incussio l. incursio, l. 25. fero l. fere, l. 8. שָׂרָה l. שָׂרָה, p. 247. l. 28. imputatum l. imputatam, p. 248. l. 12. 13. praebeat — agnoscat l. praebeant — agnoscant, p. 249. l. 40. nostrae l. nostra, p. 250. l. 40. fontes l. sontes, l. 48. dementiae l. clementiae, p. 256. l. 23. fortis l. sortis, l. 24. l. triumphamus de, p 270. l. 27. l. φίλῳ πιστῷ· ὁ, p. 277. l. 10. Brisson. l. Boisson., p. 305. l. 37. qui l. quia, p. 312. l. 39. depromtâ l. depromta, p. 336. l. 45. l. γῆς ἐκ τῆς γῆς ἐστι, p. 364. l. l. initiatos l. initiati.

Digitized by Google

HALIS
TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google